

400840  
MADE IN SPAIN



*Joseph de Comanditi*  
*no 120 y 121*

*to*  
*maria Antonia*

*J. J. ...*

*J. J. ...*

*J. J. ...*

Joseph de Lamezelle  
no 130, 131, 132, 133, 134

40

maria ad na  
P. L.

P. J. 130

P. ad  
P. 130

con ~~de~~  
Kings

Handwritten notes along the left margin, possibly describing a process or sequence of events.



Handwritten text in the bottom right corner:  
maridato  
allafore  
baficome  
deintore

# TASSA.

**Y**O Marcos de Prado, y Velasco, Escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, y de los que residen en su Consejo, doy fe, que por los Señores del, se viò vn libro intitulado *Commentaria Philosophica, tam in octo libros Physicorum, quom in duos de Generatione, & tres de anima, tomus primus*, que auia sido impresso con licencia de los dichos Señores, compuesto por el Maestro fray Chrisostomo Cabero, de la Orden de S. Bernardo; y le tassarõ a quatro maravedis el pliego, q̄ està impresso en cincüeta y vno, y a este precio, y no más mandarõ se venda: y q̄ esta fe de tassa se ponga en el principio de cada cuerpo, para que se entienda, y sepa el precio a que cada vno se ha de vender: y para que dello conste di esta fe, en Madrid a 27. dias del mes de Enero de 1628. años.

*Marcos de Prado,*  
*y Velasco,*

¶ 2

Erra

R-12899

## Errata insigniora.

Fol. 9. pag. 1. lin. 2. essentiam, lege existētiam, fol. 14. pag. 2. lin. 6. diuinum, lege dubium, fol. 89. in titulo, de canonicō, lege de vnione, fol. 36. pag. 1. lin. 28. secundo argumētō, lege secundum argumentum, fol. 45. pag. 1. lin. 20. non, lege nam, fol. 110. in titulo, circa primum, lege circa secundū, fol. 137. pag. 2. lin. 14. nemoque, deleque, ibid. lin. 33. cum est, lege primum est, fol. 138. pag. 1. lin. 27. quæ in, lege quam. fol. 139. pag. 2. lin. 12. genere, lege gerere. fol. 143. pag. 2. liu. 3. & prasticam, lege est practica, fol. 149. lin. 22. ex, lege est, fol. 150. pag. 1. lin. 22. formalem, lege finalem, fol. 193. pag. 2. lin. 2. tribuant eo, lege tribue meo, ibid. lin. 24. magister, lege magistro, fol. 244. pag. 1. lin. 16. in intellectu, lege in anima, fol. 259. pag. 2. lin. 4. philosophicæ, lege philosophiæ, ibid. lin. 22. argut, lege argute, ibid. lin. 21. ergo, lege erga, ibid. gratias, lege gratis fol. 276. pag. 1. lin. 25. physicis, lege phisicus, fol. 284. pag. 1. lin. 17. neotericis, lege neoterici, fol. 321. pag. 1. lin. 30. in actiones, lege in actionibus.

*Vidi hunc primū tomum in uniuersam stagiritæ naturalē philosophiam, sapientissimi Patris Magistri Fratris Christostomi Cabero, Ordinis Diui Bernardi, qui demptis, his mendis suo respondet archetypo. Compluti die 17. Ianuarij, anno 1628*

Magister Sebastianus  
de Lirio.

NOS

## CENSURA DOCTORIS Enrici de Villegas, in Complutensi Academia Sacre Theologiæ primariæ moderatoris Cathedræ, & Sancti Officij Inquisitionis sacri Censoris.

**C**ommisit hos de naturali Phylosophia libros per Illustris Curia Complutensis Vicarius, vidi, & miratus sum omnia, videlicet veritatem cum facilitate, subtilitatem cum claritate coniunctas; opus itaque vidi aureum, quod authori si non haberet, Christostomi nomen adderet; quare e republica fore iudico, vt prælo mandetur. Compluti die 17. Februarij, anno 1627.

*D. Enricus de  
Villegas.*

9 3

NOS

**N**OS Licenciatus Laurentius de Iturri-  
zarra, Theſaurarius Eccleſiæ collegiatæ  
Sanctorum Iuſti, & Paſtoris, necnō Ge-  
neralis Vicarius in Archiepiſcopali curiã Com-  
plutenſi, & in tota Diceceſi Toletana, facultatē  
cōcedimus Patri Magiſtro Fr. Chriſtoſtomo Ca-  
bero Ordinis Ciſterciensis, vt Cōmentaria Phi-  
loſophica, tam in octo libros Phyſicorum, quã  
duos de Generatione, & tres de Anima, quæ ip-  
ſe elaborauit, & ex noſtra comiſſione Doctor  
Enricus de Villegas primariæ Theologiæ mo-  
derator Catredæ in Academia Complutenſi  
aprobauit, typis mandari valeant in cuius rei  
teſtimoniũ has literas manu noſtra ſubſcriptas  
dedimus Compluti 27. Februarij, anni 1627.

*Licenciatus Laurentius  
de Iturrizarra.*

Por ſu mandato

*Pedro Fernandez Notario.*

**Cen-**

**CENSURA PATRIS  
Magiſtri Fr. Chriſtophori  
Martinez, Collegij Diui Ber-  
nardi Abbatis, & Vniuerſita-  
tis Complutenſis Iudicis  
conſeruatoris.**

**C**ommiſſione Reuerendiſſimi Patris noſtri  
Magiſtri Fr. Angeli Manrique Generalis  
obſeruantie ſacri Ordinis Ciſterciensis Hi-  
ſpaniæ, & Cathedra Philoſophiæ moraliſ in Acade-  
mia Salmanticensi moderatoris, &c. Legi Commen-  
taria Philoſophica in duas diuiſa partes, per Pa-  
trē Magiſtrū Fr. Chriſtoſtomū Cabero cōpoſita, & nil  
inueni diſſonum Fidei orthodoxæ, ſed omnia ſunt acu-  
mine, eruditione, ac ſuauiſſime diſpoſita, dignaque  
iudicari, vt mandentur typis. Compluti die prima  
Ianuarij, anno 1627

Magiſter Fr. Chriſtophorus  
Martinez.


**NOS**

plumbeum sit ingenium, philosophica secreta  
facile valeat penetrare. Opus itaque istud vtile  
fore omnibus philosophiæ operam dantibus  
iudico. Matriti die prima mēis Septembris, an  
ni Domini 1627.

*Magister Fr. Franciscus  
Voil.*

[SV]

Fol. 1.



**I N V N I  
V E R S A M S T A  
G I R I T A E N A T V R A L E M  
P H I L O S O P H I A M.  
P R Æ L V D I V M.**



**P**HILOSOPHIAM  
naturalem  
(quã di-  
uinis aus-  
picijs ag-  
gredimur  
in lex attribuit Aristoteles  
partes. In prima. corpus natu-  
rale, & mobile, substantiam vi-  
delicet corpoream, & accidē-  
tia Physica contemplatur, de  
cuius proprijs causis, & affe-  
ctionibus differit: idque præ-  
stat per octo libros Physico-  
rũ. In 2. parte agit de corpore  
incorruptibili, & in generabi-  
li, de quo per quatuor libros  
de celo, & mundo. Mundus  
enim in Arist. sententia, licet  
secundum singulas sui partes  
intereat, secundum totum per-

durabit. In 3. parte (quã cõsti-  
tuunt duo libri de ortu, & inte-  
ritu, seu de generatione, &  
corruptione) agit de corpore  
corruptibili, & de illius mul-  
tiplici operatione, scilicet de  
generatione, nutritione, aug-  
mentatione, & alteratione, &  
species corporis corruptibilis  
completitur, tractat. enim de  
elementis, & mixtis. In 4. parte  
corpora mixta non viuentia  
explicat, agens de Metheoro-  
logicis impressionibus, quæ  
in aere, terra, & aqua sunt,  
nempe de cometis, & alijs  
ignitis impressionibus, de fon-  
tibus, fluijs, ventis, de ro-  
ribus, pluvia, pruina, niue grandine,  
&c. In 5. parte corpus viuẽscõ-  
siderat, in cuius explicatione  
tres libros de anima expedita

A huic

hinc etiam expectant libri de somno, & vigilia, de vita, & morte, de iuuetute, & senectute. Sexta philosophiæ pars sūt libri de historia partis naturalis, & generationis animalium, ubi singulas animalium perscrutatur proprietates. Ex his autē sex philosophiæ partibus, eas explicabimus, quæ nō solū delectationem, sed cōmodū, & vtilitatem scholastico instituto afferunt.

Ptolixæ tractant nōnulli in philosophiæ exordio de nomine philosophiæ, & eius præstātia, ac vtilitate, quæ per functione attingā, quoniā ex eorū indagatōne parū nobis accrescit emolumentū. Videantur *Coimbr.* & *Pereira* in exordio *Physicorum.* Philosophiā apud Græcos idem est ac apud Latinos amor sapientiæ, & merito satis philosophia, sapientiæ amor, & studiū nūcupatur, quoniā absq; philosophia nullus olim dicebatur sapiēs, & absq; amore nemo vnquā philosophiā cōparauit, nā (vt celebre erat apud Ægyptios) amor sapiētiā cōmitatur, sine quo nulla rei cognitio adquiri potest, nec acquisita consistere. Quātū laudis, & honoris sūt philosophiæ deferēdū, suadet philosophiæ materies, & philosophiæ parēs 9. *Ethic.* commendat, affirmās philosophiā tantū esse, vt his a quibus eā accepimus,

nec honorem, nec mercedem vllam parē referre possimus, non secus ac dijs, & parentibus.

Solent etiā recentiores philosophi diffusē disceptare quæstiones proæm. philosophiæ, in eis tamen discutiendis non imorabor, quoniā ex dijs tract. 1. & vltimo nostræ Dialecticæ, nullo negotio possunt defairi: summam tamē quid dicēdū sit in philosophia proponā, vt doctrinæ q. proæm. Dialecticæ memoriā renouetur.

Obiectum formale, quod seu materiale per se adæquatū totius philosophiæ est ens naturale, & mobile, vt cōprehendit tam substantias corporeas, quam accidentia physica, & corporea, quæ mobilia sunt saltē terminatiue. Probat quoniā philosophia demonstrat de substantia corporea, & mobili passiones, & proprietates, & etiā de accidentibus corporeis, nā proprietates, & affectiones coloris, & saporis ostendit, sed obiectum adæquatū continet sub se omnia, quæ in scientia, cuius est obiectum, tractantur, ergo obiectum philosophiæ est ens naturale sumptum tota illa latitudine.

Imò si hæc conspiciantur attente generatio alteratio augmentatio, & his similes motus

motus quoniā moueri, vt quo dicuntur, sub obiecto adæquato philosophiæ contineri affirmāuis. Vnde Collegiū Carmelitarum, alijque noui philosophi hinc aientes, ens mobile, seu naturale corpus videlicet materia, & forma cōflatū, philosophiæ esse adæquatū obiectum, de motibus, ac de accidentibus, de quibus passiones physicum demonstrare cōspicimus, haud quā philosophiā per se agere affirmabūt: quia obiectum adæquatū de omni de quo tratat sciētia debet enuntiari, vt in nostris dialecticis cōmentariolis tract. 1. disp. 1. dub. 1. alijsque in locis edocuisse nunc in meā aduenit mentem: de motu autē qualitate quantitate, & his similibus per accidens, & in obliquo agere philosophiam, minime *Stagirite* conscripta volumina dicūt, nec docuit aliquis vnquam. Decepti sunt ij Authores quoniā obiectū principalitatis ad quod reliqua ordinantur obiecta, esse obiectū adæquatū autumarunt.

Principalitatis seu (quod idē est) attributionis obiectū est corpus compositum ex materia, & forma de prædicamēto substantiæ, quod interdum corpus naturale, interdū corpus mobile radicaliter motu corporeo apud recentiores nūcupari inuenies. Patet, quo

nā obiectū attributionis est obiectum partiale, in quod reliqua obiecta partialia tendūt velut in scopum, sed omnia de quibus agit Philosophus naturalis ordinātur, vt explicetur corpus mobile, eiusq; passiones demonstrētur, ergo corpus mobile est obiectū attributionis philosophiæ lege tract. 1. Dialecticæ d. 1. dub. 6. Obiectum formale quo est attingibilitas, & capacitas, quæ est in ente naturali, vt a philosophia naturali attingatur, quā capacitem loco allegato explanauit.

Philosophia est vna scientia in specie, & vna simplex qualitas omnis formalis extensionis expert. Lege tract. vltimū Logicæ, disp. vlt. dub. 2. & dub. 3. Est scientia speculatiua, vt ex tract. 7. Logicæ, d. 2. cōstat. Quod si obijcias, medicinā esse partem philosophiæ, sed medicina est scientia practica, ergo philosophia nō est purē speculatiua. Respondeatur negādo medicinā partē esse philosophiæ, esse tñ philosophiæ sororem, vt verbis vtar *Arist.* quoniā medicina a philosophia adiunatur, & principia suscipit, iuxta illud proloquū, ubi desinit physicus ibi incipit medicus. Est igitur philosophia sciētia speculatiua, quoniā ens mobile, & eius proprietates cōtēplatur, & in hæc cō-



templatione sistit. Medicina vero est practica, quia finis eius est opus nēpe corpus humanum ab ægritudinibus liberare, respicitque humanū corpus, ut sanabile. Sed philoso-

phia incommuni enucleata ad eius enucleandā partē, ad octo scilicet physicorum lib. deueniamus prius tamen, hanc Metaphysicam disputatiunculā perlege.

## DISPUTATIO PRÆAMBULA de essentia, existentia, & subsistentia.

**REBRO** in hauri incidemus mentionē, ob idque hanc ab insituto philosophico alienam de essentia, existentia, ac subsistentia metaphysicam quætionem, priusquā de physicis decernemus negotijs, breuiter dirimere opere pretium duxi. Domicare namque de existentia materiæ, & de essentia contendere totius; si hæc non radicitus penetretur disputatio, satis difficile, valdeque laboriosum erit.

### DVBIVM I.

*Quid sit esse essentia, quid existentia.*

**ENS** interdum nominaliter summi, interdum participaliter (hoc est) interdum essen-

tia concretum, interdum existentia concretum significare, notatum est in nostris Dialecticis commentariolis tractatu 4. disputations 3. dubio 1. Pari ratione esse nominaliter, & participaliter summi poterit. Participaliter, id est, tanquā verbum, de cuius ratione est significare tempus: nominaliter, id est, a tempore absolutū: nomen enim est vox significatiua ad placitum sine tempore. Vtrumque nostra tedocuit Dialectica tractatu 6. disputations 1. dubio 5. consule eam. Vnde cum in prædicationibus essentialibus, exēpli ergo, homo est rationalis, copulam a tempore absolui dimimus, copulam nominaliter summi asseueramus; & nil aliud præter connexionem prædicati cum subiecto nullo tempore connotato significare volumus.

Sed age explicemus quid sit esse

esse nominaliter sumptum, esse scilicet essentia. Huic respōsurus quæstionculæ quæ a tyro Complutensis integrā suæ curatæ physicæ triuit paginulam pulchra Diui Augustini ex soliloquijs describens verba, quibus suæ hæsitati tantus doctor patrocinari videtur: pulchra sane, si ad re pertinerent, re enim vera aliopotius, quā ad id quod agimus illa expectant testimonio, ea legito, & minus opportune esse tradita reperies: acturus igitur, hic auctor de essentia, de veritate disputat. Qua veritate? alij iudicent, & quid ibi querat, quærant alij.

*1. Concl.*  
3.

Est igitur rei essentia prædicata essentialia, cuiusvis rei, sine quibus non modo res non potest existere, sed nec concipi, aut intelligi. Quæ nam sint hæc prædicata essentialia rogaris. Sunt profecto rationes huic rei, & alijs communes, connexionem cum ratione peculiari, tali rei eas contrahente; & in tali re primo considerabili. Exēpli gratia, essentia hominis consistit in animali, reliquisque rationibus communibus contractis per rationalitatem; quæ est prima ratio considerabilis in homine inter omnes rationes soli homini proprias, ac peculiare: & huiusmodi prædicata, sine quibus homo intelligi nequit, siue existant, si-

ue non existant sunt hominis essentia.

Hæc ita explicata essentia in generabilis, & incorruptibilis dicitur, quoniam licet generari, aut corrūpi dici queat prout vestita est potentiali, vel actuali existentia, secundū vero rationem essentia præcise in generabilis, ac incorruptibilis est; diciturque æternæ veritatis, quoniam prædicatorum essentialium inter se connexionis tempore, haud quaquam dependet, ut ex dicendis patebit.

Existentia est actualitas essentia, hoc est, quod talia prædicata sint in aliquo individuo iam producto, & existenti extra causas; nam sicut effectus formalis albedinis est facere album, sic (nostro modo concipiendi) effectus quasi formalis existentia est, efficere rem esse extra causas. Nihil enim aliud est existentia, quam actus correspondens potentia obiectiua, quo actu res de obiectiua exit potentia, sed hæc sequens illustrauit dubio lam.

### DVBIVM II.

*An ratione essentia, & existentia distinguatur.*

**ESSENTIA**, & existentia ad eō sunt inter se identificate, ut

vix noster quærat intellectus eas adinvicem separari, arbitror enim solum modo per diuersas expressiones separari, distinguere posse, quo pacto ens, & vnum, siue bonum posse separari docuit tractatu 2. Logicæ disputatione 3. dubio 4. Hominis, verbi gratia, essentia secundum expressionem essentia est ab æterno, atque adeo in generabilis, & incorruptibilis, nilque dicit secundum illam expressionem nisi prædicata essentialia: id autem, quod sic intellectus exprimit, exprimere valet secundum existentiam possibilem, vel actualem: nam me indice essentia est veluti quid commune ad esse actuale, & ad esse possibile. Ens nominaliter sumptum, hoc est, secundum expressionem essentia tantummodo, neque est actuale, nec possibile; sed abstractans ab utroque.

Fortè ac magna essentia; & existentia identitate deceptus, vel ut sese magis, ac magis à Thomistis essentiam ab existentia, ex natura rei distinguuntibus auerteret, docuit Puente Hurtado disputatione 8. Metaphysicæ sectione 3. essentiam actualem, & existentiam esse idem re, & ratione, ac per consequens nomina Synonima: quam doctrinam nullo firmo suauit argumento, quia neq; infirmo sua-

deri valet: & contra eam, vnicam statuo conclusionem, & duplex concinno argumentum, quibus Philosophus prædictæ subscribens doctrinæ, nullo negotio inducetur in laqueum.

Actualis essentia distinguitur ratione ratiocinata: ab existentia saltem tanquam includens ab incluso. Probatur 1. essentia, & existentia ratione distinguntur. Ergo essentia actualis, & existentia distinguntur ratione, saltem tanquam includens, & inclusum. Antecedens non abnegauit Hurtado, nam teste Suarez tom. 2. Methaphysicæ disp. 31. sect. 6 ab negari nequit: ipsum audite: *Et in primis nullus est Theologorum qui distinctionem rationis inter essentiam, & existentiam non admittat, consequentiam probo. Nam essentia actualis includit existentiam, & actualitatem; existentia vero solam actualitatem includit, ergo tanquam includens, & inclusum distinguntur.*

Confirmatur quia essentia actualis nihil aliud est quam existens, sed existens, & existentia non sunt ratione idem, ergo neque essentia actualis, & existentia. Patet minor: nam existens est concretum, duoque nostro modo concipiendi dicit, essentiam videlicet, & existentiam; at existentia est abstracta:

3  
Conclusio

Suarez

4

Hurtado

abstractum, & tantummodo essentiam dicit, ergo essentia actualis, & existentia non sunt nomina Synonima.

Secundo probatur, homo existens differt ab equo per essentiam actualem, conuenit cum equo per existentiam. Nam homo, quam equus existit, sed idem re, & ratione non potest esse principium distinctionis, & conuenientia, ut tract. 3. Logicæ disp. 3. dub. 3. attigi. Ergo essentia actualis, & existentia differunt ratione.

existens

3

D V B I V M III.

An reali distinctione essentia, & existentia discernantur.

Molina

Distingui à parte rei existentiam ab essentia omni studio Thomistæ persuadere contendunt, quibus Molina 2. p. q. 3. art. 4. disp. 2. subscribit. Summâ adhibent diligentiam in pluribus Angelici Doctoris testimonijs adducendis, quibus suam expresserit opinionem. At utinâ Thomistæ doctrinæ Thomisticæ consulentes hanc ab schola D. Thomæ sententiâ relegissent, sicque huius disciplinæ plures adquirerent alumnos, posse autem ab schola Diui Thomæ huiusmodi opinionem,

sine tante scholæ iactura de pelli, percipies facile, si tibi persuadeas, crebro Angelicum Doctorem nomine existentia substantiam significasse, quam à parte rei ab essentia, & existentia distingui dubio ostendam sequenti. Sanctus namque Doctor duplex esse cognouit, vnum existentia, & essentia, quod nomine essentia significauit: alterum substantia, & istud appellauit nonnunquam substantiam, nonnunquam existentiam: in phrasibus enim Diui Thomæ solet nuncupari substantia, existentia. Vnde in hac questione cuique est liberum proprium ferre iudicium.

2  
Conclusio

Sic igitur conclusio: essentia, & existentia non distinguntur ex natura rei. Assertio est adeo his temporibus plausibilis, ut vnus hac tempestate vix reperiat moderatus, qui oppositæ parti subscribat. Consule magistrum meum Lorca, Suarez, Vazquez ex reliquis modernis Theologis.

3

Vt hoc tibi persuasum habeas assertum, ad huius vocis existere significationem attende: existere (Caleping teste) significat apparere prodire exoriri; cui significationi consonat præfate vocis inter Theologos, & Philosophos frequens explicatio: existere (inquiunt) est, esse extra causas,

Las, tum enim res existit, cum extra causas in rerum natura esse apparere, prodire, & exoriri consideramus: implicat ergo rem exortam in rerum natura esse, & propria carere existentia sibi adedò intrinseca, ut sit ipsamet rei essentia.

5  
Carmel.

Huic Grammatices minime, attedentes rigori Carmelitani Patres disp. 3. Physicæ quæst. 5. concesserunt, materiam primam in priori in quo causat formam, & compositum concipi in rerum natura extra causam efficientem, sed non concipi existentem, quoniam tunc non concipitur in statu sistenti, quem nomen existentie significat, tunc enim rem existere (dicunt quando est in statu quasi stante, & sistenti. Rigorem (inquam) Latine lingue minime hic consideraere patres: aliud namque est sistere seu stare, aliud existere: est sistere idem, ac consistere (si fidem Ambrosio damus Calepino) existere vero idem, ac exoriri, puta extra causas. Si ita est apud Grammaticos exploratum, & inter Theologos, ac Philosophos recentiorum receptum: quo pacto defendi potest, rem prius subsistere, quam existere? & materiam primam à forma, quam ex sua evocavit potentiam emendicate existentiam? & naturam

humanam Christi per existentiam Verbi Divini existere? at de his tract. 1. disput. 1. iterum succintus redibit sermo.

Assertum valet innumeris comprobari argumentis, vno, vel altero solummodo utar, quoniam in re adedò à nostro aliena instituto omnia non licet argumenta proponere. Primum sit, nullo superaddito modo nullaque superaddita entitate est extra causas essentia, fugis ergo existentiam realiter superaddi essentia, ab eaque realiter secerni. Consequentia multum continet roboris, si existere, nil aliud sit quam rei actualitas. (hoc est) rem esse extra causas: antecedens probo; concipe lapidem exempli ergo productum antea quam forma sua modus à quo dicitur in Thomistarum opinione existens advenire seu pullulare concipias. Rogo ne, concipias lapidem impotentia an in actu: non impotentia, quia concipias illum lapidem productum, ergo in actu: in actu ergo existentem, quia actualitas rei est existentia rei; me autem posse sic concipere lapidem productum nullo, realiter superaddito modo, haud quaquam debes negare Thomista, nam tibi si licet in rerum natura essentiam ab existentia distinguere; cur mihi illucitum erit in rerum

## D V B I V M III.

Quid addat suppositum supra naturam, negativum, an positivum.

rerum natura essentiam ab existentiam separare? & essentiam sic separatam esse in rerum natura, atque adedò extra causas asserere? Quod sequens suadebit ratio.

Secundum argumentum est, existentia est modus essentia, aliàs posset sine essentia dari in rerum natura, sed modus causatur à re cuius es modus, ergo existentia ab essentia causatur, sed non causatur ab essentia intra causas, vel in esse possibili, ergo ab essentia in esse actuali, ac per consequens ab essentia existenti. In priori enim illo in quo essentiam causam esse existentia considerat Thomista, esse iam essentiam in rerum natura consideret necesse est, nam causa causare nequit, nisi existat: si ergo essentia existentiam causat, erit antea, quam illam causet existens: implicat igitur essentiam realiter suam existentiam causare: implicat (inquam) quoniam essentia in illo prior esset existens, & non existens, existens, quia causa realis cuius necessaria conditio ad causandum est existentia: non existens, quia nondum pullulasse existentiam credit Thomista.

Alia sciantur argumenta

omittenda, quia

vulgaria  
(P.)

Aliquid aliud ultra naturam dicere suppositum incipit nemo: est namque una Theologorum omnium doctrina, Verbum divinum naturam assumpsisse humanam, & nequaquam sibi unisse suppositum personamve: assignandum ergo est aliquid ultra naturam: quod suppositum addat, id namque nuncupamus suppositalitate. Vnde sensus quæstionis est: quid dicat suppositalitas an scilicet, sit quid negativum, an quid positivum.

Pro huius dubij decisione nota, personam, suppositum, & subsistens se habere ramquam superius, & inferius; valet namque, est persona ergo suppositum, est suppositum, ergo subsistens: non vero, è contra, est subsistens, ergo suppositum, nam anima rationalis est subsistens, & non est suppositum; suppositalitas enim est subsistentia in re gratæ naturæ substantialis. Idem non valet, est suppositum, ergo persona, quoniam æquus suppositum est, & non persona, quæ sic definitur. Persona est rationalis naturæ individua

substantia (hoc est) substantia, ex his tribus concretis persona, suppositum, & subsistens, hæc tria deprime abstracta, personalitas, suppositivitas, & subsistentia, de quibus sicut de concretis debita cum proportione philosophare. Vocatur igitur in quaestione, quid sit suppositivitas: an sit quid positivum, an negativum: & quid quid de suppositivitate definitum inveniatis, de personalitate, & subsistentia dictum puta.

<sup>3</sup> *Durand. Henric. Vazquez*  
In primis Durandum Henricum, aliosque Theologos, quos refert Vazquez tom. de Incarnatione disput. 3. cap. 1. alienes suppositum creatum distinguere sola ratione à natura, atque adeò suppositivitate, seu subsistentiam à parte rei à natura non fecerunt, minime autem. Quoniam nullo possunt negotio ad magnum deduci absurdum, sic: in Christo Domino mansit natura humana, sed suppositivitas, seu creata subsistentia per se non distinguitur à parte rei à natura humana, ergo mansit in Christo subsistentia creata, haberetque Christus duas personalitates, seu subsistentias, unam creatam, alteram increatam, quod nullus concedet Catholicus.

<sup>4</sup> *Scotus.*  
Secundo minime auscultes sententiam, quæ tribui solet Scoto, aientem suppositum supra naturam solum addere ne-

gationem. Quam, vel à qualis communicationis, vel aptitudinalis, vel utramque simul: ita ut suppositum sit quod nec alteri communicari potest, neque est communicatum. Cæterum nequit iure hæc Scoto describi sententia; si Liqueto eius fido discipulo adhibemus fidem, quam ei habendam fore, remque ita esse, Magister meus Lorca tom. de Incarnatione, disput. 28. pulchre docet, eamque firmis impugnat argumentis, consule ipsum loco allegato, num. 14 & rationes quibus illico nostram probabimus sententiam, contemplare.

Præterea exaudire non licet Herbeum, & Labelum, suppositum, seu personam supra naturam tantummodo addere accidentia, affirmantes. Quoniam ex hoc sequeretur asserto, suppositum esse unum per accidens, ex substantia enim, & accidenti non fit unum perfecte: deinde natura humana à verbo assumpta propriam retineret suppositivitatem, quoniam humana natura, ex eo quod sit verbo hypostaticè unita, haud quam propria reliquit accidentia, natura ergo humana propriam non amittit personalitatem si personalitas accidens est, esse autem substantiam ex eo liquet, quod constituit hominem, & eum non supponit constitutum.

Tan-

<sup>5</sup> Tandem ab aliquorum Thomistarum doctrina vellem te auertere omnino; hi namque essentiam, & existentiam à parte rei distinguentes, de subsistentia perperam philosophantur, subsistentiam arbitantes mediam esse entitatem substantialem inter essentiam, & existentiam naturæ. Sic Caietanus in 3. partem, quæst. 4. ad art. 2. in quem acriter irruunt Vazquez in 3. partem, disput. 31. & Suarez tom. 2. Methaph. disput. 34. consule illos, & facile persuadebis tibi, implicare in adiecto, rem prius natura esse suppositum, atque adeò subsistere, quam existat, nam subsistere est existere perse in communicabiliter, ergo prius est, rem existere, quàm subsistere, unde rectè inferitur, subsistit, ergo existit, & non è contra, existit, ergo subsistit, nam accidens existit, & non subsistit, illud autem prius est, à quo non valet subsistendi consequentia, si Aristotelico fides adhibetur proverbio.

<sup>7</sup> His placitis relatis, & explosis restat omnium. Firmata consensu opinio, asserens, suppositivitatem esse quid positivum substantiale, naturæ substantiali super additum, idque supra naturam addere suppositum. Hanc quam amplectimur vulgarem sententiam, non vulgari methodo magister Lor-

Lorca.

ca loco supra allegato comprobatur. Unam & alteram è multis firmis; rationibus, quas affert, referam in brevis, quibus nullatenus negationem solummodo suppositum supra naturam addere, fiat planum.

<sup>8</sup> In primis si ad sacram recurrimus Theologiam, Incarnationis, & Trinitatis mysterium huic suadet modum dicendi. Nam tria Divina supposita minime sola negatione constituantur, ergo nec creata constituantur negatione sola. It è frequenter patres dicunt, Verbum Divinum aliquid, quod purus homo habet, assumptum esse, & aliquid non; assumptum naturam hominis, & personalitatem, seu suppositivitate non assumptam: si autem personalitas esse negatio, non verificatur aliquid non assumptum esse, nam personalitas (habet in sententia) aliquid non est.

<sup>9</sup> Probatum ergo statuta: assertio, argumento ex metaphysica petito; nam natura nequit reddi in assumptibilis, & incommunicabilis propter negationem; quoniam illic nequit, quare hæc natura est incommunicabilis? Si respondeas, quia habet carentiam, nihil dicis, talis namque solutio est petitio principij, quoniam id quod inquit, id respondes, inquit enim, quare natura habet carentiam assumptionis, & commu-

ificationis, & respondes quia habet carentiam: teneris nam que assignare aliquam rationem positivam, propter quam naturæ conveniat, hæc carentia. Si enim disquiram, quare homo non est æquus? Respondebis, quia est rationalis, ergo pari ratione, inquirenti, quare natura est incomunicabilis, debes aliquam rationem positivam proponere, hæc autem positiva, ratio debet esse distincta ab entitate, naturæ; nam si ex eius intrinseca entitate exigitur, naturam esse incomunicabilem naturam, & in assumptibilem, non potest à summi natura, & communicationis restat ergo, ut aliqua sit ratio positiva superaddita propterquam habeat natura carentiam communicationis, quæ subsistentia, seu suppositalitas non incipatur. Quid autem hæc positiva ratio sit, sequentia collucebunt dubiola.

### D V B I V M V.

*An subsistentia sit res, an modus.*

**P**ositivum quod suppositum ad de re supra naturam dudum ostendimus, non esse rem, sed modum substantialem, minime est hoc tempore sub lite. Meum audite Magistrum Lorca tomo de

Incarnatione disp. 28. *Subsistentia* (inquit) *distinguetur à natura realiter non tanquam res are, sed tanquam modus are, cuius est modus, quia subsistentia modus quidam est ipsius nature prout communiter defenditur in scholis hac temperate.* Quam doctrinam in suis commentarijs ad 3. partem Divi Thomæ tradiderunt Suarez, Vazquez, & reliqui Theologi recetiores, quibus hoc subscribo asserto.

Subsistentia (idem de personalitate, & suppositalitate dictum puta) entitas est modalis à parte rei modali distinctione à natura cuius est modus distincta, atque adeo suppositum, à natura tanquam includens ab incluso à parte rei secernitur: modus (inquam) substantialis, ut ex dubio precedenti liquet: ibi enim subsistentiam, substantiam esse, & à parte rei à natura distinguatur reperies, modum vero esse, restat hic probandum.

Patet ex frequenti partitione substantiæ, quam passim in Aristotile reperitur, in materiam formam, & quæ ex his, id est compositum, quæ divisio de substantia, quæ est res debet intelligi, alias substantialis unio materiæ, & formæ substantia non esset, dividitur, namque substantia adæquate

2  
*Assertio.*

in formam materiam, & compositum. Substantia (inquam) corporea, quæ est res, nam præter formam materiam, & compositum substantiale, dantur alie substantiales entitates, unio videlicet, personalitas, seu subsistentia, & actiones substantiales generatio, verbi gratia. Vnde sic argumentor: subsistentia non est materia, nec est forma, nec compositum substantiale, ergo non est substantia, quæ est res: erit igitur substantia, quæ est modus, entitas scilicet substantialis, & modalis.

Hanc satis plausibilem Theologorum sententiam, quam amplexati sumus, conatur Puente Hurtado disp. 11. metaphysicæ, sect. 5. evertere fuditus duplici argumento magno opere laxo. *Quod in modo carne res concinnatum esse gloriatur, quasi ego essem consequentiam negaturus.* En syllogismus: omnis modus naturæ est essentialis determinatio illius ad aliud, sed nullum suppositum creatum est essentialis determinatio naturæ ad aliud, ergo nullum suppositum creatum est modus naturæ.

Si negas maiorem propositionem, comprobatur, hac inductione, seu ascensu: hic modus, & hic modus est essentialis determinatio naturæ ad

aliud, & in ceteris simili modo, ergo omnis modus naturæ est essentialis determinatio naturæ ad aliud. Nego illud, in ceteris simili modo, perfectas quæ habet quæritas in Eucharistia est accidentaliter modus, & non determinat quantitatem ad aliud. Item figura quantitativa, quam in nostris Dialecticis commentariis, tracta. 5. disput. 4. dubio 6. explicui, est in multorum opinione modus, licet in ordine, ad aliud quantitatem non determinet: de ratione ergo modi non est determinare naturam in ordine ad aliud, sat enim est, ut naturam determinet in ordine ad se, quo pacto subsistentiam naturam determinare aio. Præterea esto, quod reliqui modi naturam in ordine ad aliud determinarent arguitur remissa paritate defuncta de alijs modis ad modum perfectitatis, quoniam modus peculiaris, cum sit, peculiare habet conditiones ac proprietates.

Secundum argumentum Hurtado est, quia Divini Verbi subsistentia supere nequit effectum formalem modi, atque adeo non posset supere vices subsistentiæ creatæ humanitatis Christi. Respondetur Verbum Divinum, non posse supere vices modi, ut formam inherentem, & modificantem, posse

posse tamen ut terminū vniōnis hypostaticæ, quo pacto Verbum Diuinum vices supplet substantiæ in Incarnationis misterio.

### DVBIVM VI.

*Quem effectum formalem  
Substantia tribuat  
nature.*

**C**uiuslibet formæ quiditas nullo alio modo explanatur melius, quam eius effectū formale, quem tribuit scio subiecto declarando. Forma nāque causat dādo seipsam; erit igitur ipsa quale est, quod suo dat subiecto. Quid autem det substantia naturæ cuius est modalis forma disquirimus, in quo multū est negocij, quoniam substantiæ effectus formalis adeo latet in occulto: ut Theologorū libris euoluis nullam videam illum effectū penitus de promissis dicam laconice, quod veritati proximius, minusque intellectu difficile esse indicauero.

Hæc, quam multis esse multiplicatam cōtrouersijs fecerit, sita est (ni fallor) in modo loquendi, pendetque eius ex acta decisio ex voluntate conditiones veræ, & propriæ substantiæ constituentis, atque adeo id asseuerandum erit,

quod Theologorum modoloquendi magis videbitur consonum.

Substantia per carentiam communicabilitatis explicatur frequenter, qua propter incommunicabilitatem explanare tenemur, prius tamē munus positium, quod substantia exercet, indagare oportet precium erit. Est sane munus substantiæ, vltimo perficere, complere, & terminare naturam existentem. Doctrina est Francisci Suarez disp. 35. Metaphysica sect. 4. num. 14. & satis hac ætate plausibilis, naturam namque solum existentia indutam concipimus in de terminatam, & indifferentem ad existendum, cum alterius dependentia, à quo sustentatur, & per substantiam tollitur huiuscemodi indifferentia, & in determinatio: atque adeo effectus formales substantiæ erit determinare naturam ad esse independens, eam complendo, & perficendo, auferetque à natura dependentiam, qualem sola existentia in ducta proterat habere, & eam redit incommunicabiliem.

Illustremus hanc doctrinā exemplis. Natura Angeli (de cuius substantia sicut de humana cum debita philosopha re proportione) si careat substantia poterit aliena termina

nari, & à verbo assumi diuino: si vero ea ornetur incommunicabilis in assumptibilisque est. Item animarationalis dū propria afficitur substantia, nec supposito alieno, imo nec corpori communicatur, ut autem supposito communiætur alieno, vel in corpore suscipiatur, tali denudari substantia, opus est, ut dubio sequenti, & tract. 1. disp. 2. ostendatur.

### DVBIVM VI.

*Cuiam natura redatur  
incommunicabilis  
per subsistentiam?*

**S**ubsistentia naturam redit incommunicabilem alteri, doctrina est omnium firmata consensu, quid autem per illā particulam, alteri, intelligendum sit, in præsentiarum disquiritur. Res enim communicari potest alteri, ut subiecto inhesionis; sic albedo parieti, vel ut subiecto tantum informationis, ut forma ignis materiæ ligni. Item communicari potest, ut pars totius materiæ primæ composito substantiali. Tandem communicari potest alteri, ut supposito, ita est natura humana Christi Do

mini Verbo cōmunicata diuino: tot ergo modis, quot dicitur natura communicabilis alteri, dici poterit alteri incommunicabilis: ideoque non in cōgrue vertitur in diuinū, cui nam dicatur incommunicabilis natura per substantiam, subiecto ne, toti, an supposito? Hoc est: an munus substantiæ, sit redere naturam incommunicabilem alteri, ut subiecto, ut toti, & ut supposito simul, & omnino: an vero redere naturam incommunicabilem, vel subiecto, vel toti, vel supposito, munus sit propriæ substantiæ; sufficiatque quæuis incommunicabilitas, ad astruendam in re sic incommunicabili veram, & propriam substantiam. Quam quæstionem fere non esse de re scio; ob idque nullo negotio defenditur, quidquid hac in re asseueratur. Si ergo sita est in modo loquendi reiecto nouo quodam neotericorum placito, loquamur cum multis.

Suarez disp. 34. Metaphysica sect. 5. quamlibet incommunicabilitatem sufficere ad astruendam substantiam astruit, quam ob rem cuiuscumque entitati substantiali substantiam concedit, quia substantialis entitas alteri incommunicabilis est, ut inhesionis subiecto, materiæ formæ, & partibus integralibus hominis, v.g. brachio

brachio, imo vnioni qua materia, & forma coniectuntur subsistentiam concedere minime renuit, quam doctrinam notæ infimæ neoterici plures amplexati sunt, quoniam non illico contra eam efficax occurrit ratio. Theologi vero auctoritate graues hunc de subsistentia philosophandi modum verbis accipiunt male: nouamque imaginationem esse inquit, & nouitas hæc in re vicio vertenda est, sic Magister meus Lorca, tomo de Incarnatione disp. 29. Vazq. in 1. part. disp. 125. cap. 4. & Thomæ omnes.

Lorca.  
Vazquez

3  
Conclusio

Verusta est Theologorum opinio asserens, illam entitatem vere, & proprie dici subsistentem, quæ est substantialis entitas omnino incommunicabilis alteri, tanquam subiecto, tanquam toti, & tanquam supposito, quæ autem cuique eorum communicabilis est, caret subsistentia, cuius muus est redere rem incommunicabilem omnino: incommunicabilem (inquam) in sensu composito, hoc est, ut incommunicabilis sit dum subsistentia afficitur, ipsa tamen ablata communicari quirit. Hæc doctrinam præfati edocuerunt Theologi, quos Vazquez, & Magister Lorca, locis nuper citatis sequuntur, & eis adhæreo.

Vazquez  
Lorca.

4

Si huius cui subscripsimus

asserit, validissimam disquisitionem rationem, quam haud quamquam valeat fugere contrarius, reperies minime: nulla enim hac in re referri valet opinio, quæ efficacissimis nititur argumētis, gloriatur. Ea ergo tenenda est, quam patres commendant, & scholastici suadent. Nuper autem à nobis propositam menti patrum, & scholasticorum esse magis consonam inficiabitur nemo, & sequentia comprobabunt.

Nulla est in partibus concilij, & vetustis scholasticis facta de subsistentia partiali, & incompleta mentio, ergo ut noua admittenda non est. Patet antecedens, nam (nimeas me fallit existimatio) Franciscus Suarez primus subsistentiam partialem, qua non redatur natura incommunicabilis omnibus, & omnino, attulit ad scholas, ego qui huic subscribunt auctori viciū nouitatis comittunt. Præterea subsistentiam (ut inquit Puente Hurtado) ignorauit Aristoteles, & misterium incarnationis, si fidem cuidam neoterico Complutensidamus, notam fecit subsistentiam, sed ex misterio Incarnationis solum innotuit nobis subsistentia, qua redetur natura humana incommunicabilis omnino, si à natura humana pulularet, cuius subsistentiæ vices Verbum gessit

Diui;

De forma.

Diuinum, ergo subsistentia partialis, quæ non redit naturam omnino incommunicabilem, commentitia est, sed hæc dubio clarescent sequenti.

DUBIUM VIII.

Quo pacto materia forma, & compositum subsistant.

Adest præpõterus ordo, sed claritatis ergo necessario commutandus: prius namque de materia, forma, & composito, instituendus erat sermo, quam de eorum ageretur subsistentia. Ceterum claritati consulens, hoc dubiolum in alium riuere locum minime libet; quoniam in præsentiarum discussa, forte dabuntur obliuioni alibi; & fas non est Metaphysicam de subsistentia quæstionem phylis miscere negocijs.

Quodlibet substantiale compositum ex materia, & forma constari, scies postea: nunc autem, scire oportebit: an non solum compositum, sed etiam forma, & materia proprijs gaudeant subsistentijs. De eis ergo non permixte, sed sigillatim, quod verius videbitur, definiamus.

(P)

ANIMA rationalis à rebus longo distat intervallo: ipsa enim speciali natura prærogatiua absque omni valet materia consistere, nullique supposito, vel toti communicari: de anima igitur separata diuerso sane modo, ac de alijs formis substantialibus, de materia prima, imo ac de se ipsa corpori coniuncta, philosophari tenemur.

Anima rationalis à corpore seiuncta vere, & proprie subsistit. Huic asserito omnes adhæret Theologi, & probatur facile, anima rationalis à corpore separata non est in alio, nec tanquam in subiecto, nec tanquam in toto, nec tanquam in supposito, ergo est subsistens: at non suppositum, aut persona, quoniam suppositualitas est natura totalis, & integra subsistentia, ut sanctus Doctor docet. 1. p. q. 2. artic. 2.

Anima rationalis dum est in corpore subsistens non est, quoniam est alteri communicata tanquam pars suo toti: tunc enim quemdam habet perfectatis modum, qui minime attingit perfectionem modi subsistentiæ, quem habebat dum erat à corpore seiuncta

C anima

anima (exempli ergo) beati modum habet subsistentiæ, quem in Resurrectione corporis amitteret, & alius perfectioris modus illico fuisset: qui nequaquam subsistentia dicitur, quoniam animam communicari homini patitur. Alterum huic perfectioris similem modum, quem habet substantialis forma: verbi gratia, forma equi suum modum perfectioris tenet: quoniam in subiecto inhaesionis non est: qui nullatenus est propria subsistentia, eo quod non rediret per eam omnino incommunicabilis, siquidem communicata est forma æqui ipsi æquo.

6 Dices: anima rationalis à corpore seiuncta est subsistens, à quo (rogo) destruitur cum corpore vnitur. Respondetur, animam rationalem vis corpori vniri, & in hominis generatione, & in Resurrectione eius. In generatione oritur ab anima perfectioris modus, qua dicitur perse, hoc est; non esse in subiecto inhaesionis, sicut: namque modus iusta animæ statum. In Resurrectione vero idem emanat modus, & modus subsistentiæ perit, quoniam hi duo modi impossibiles sunt. Penes diuersos autem modos essendi, & diuersos status posse animam rationalem adquire

re, & deperdere modum essendi, in auditum non est. Nā præterquam, quod id in anima rationali contingere plures asseuerant: in alijs modis compertum est. Relatio distantia iusta multorum opinionem, resultat in Petro, si distat à Paulo, & si sit proximus, illa perit, & altera propinquitatis resultat. Resurât igitur, & pereunt modi, iusta diuersos cuiuscumque rei status: hæc medocuit magister Lorca tomo de Incarnatione disput. 29.

Lorca.

De materia prima.

Materia primam propria gaudere subsistentia auctorant Suarez tomo 2. suæ Metaphysicæ, Oñab hic q. 6. art. 2. Rubio ibidem, q. 4. Puente, Hurtado disp. 2. Physica, sect. 7. & alij recētiore, nixi noua de modo subsistentiæ doctrina supra memorata. Quibus subscriberem, si ab antiquorum scholasticorum sententijs in præsentiam liceret abscelus: sine autoritate namque, & ex proprio cerebro partiales subsistentias materiæ, & formæ inquit Vazquez in primam partem disputatione 125. capite 4. & Lorca tomo de Incarnatione disputat. 29. de prompsero

7 Suarez. Oñab. Rubio. Hurtado

Vazquez Lorca.

iuuio-

iuuiores. Ne autem ex proprio dicamur cerebro loqui: omninaturq; in completę excepta rationali anima a corpore disiuncta, propriam subsistentiam negare, operis preteritum erit.

8 Assertum

Asserto ergo, materiam primam modum habere perfectioris, quo non esse in alio tanquam in subiecto inhaesionis dicitur, sicut enim accidens modum habet inhaesionis, quo dicitur esse in alio, sic materis, & quæuis substantialis forma suum habent perfectioris modum, quo perse, & non esse in subiecto inhaesionis dicuntur. Huiusmodi autem materiæ primæ perfectioritas hand quaquam subsistentia est, quoniam non redit materiam primam incommunicabilem alteri, tanquam partem toti: siquidem toti communicatur, si autem daretur materia absque omni forma, tuac propriam, & veram habere subsistentiam concedo, sicut animæ rationali à corpore seiunctæ concessi nuperrime. Hæc tamen pertenerant subsistentia nullatenus posset materia prima formam suscipere aliquam; quoniam eo ipso, quod materia comunicetur toti, perit eius subsistentia, & alius pullulauit perfectioris modus.

Dices primo: materia pri-

ma per veram, & propriam creationem producitur, sed creatio (vt inquit Sanctus Thomas, 1. p. quæst. 45. art. 4.) terminatur ad rem subsistentem, & solis rebus subsistentibus creatio conuenit, ergo materia prima habet propriam subsistentiam. Quod autem quidquid creatur, debeat esse subsistens, patet; nam quod creatur sit ex nihilo, ergo quod creatur, non est in alio tanquam in subiecto, nec ab eo dependet, eritque perse, & subsistens.

S. I. Thom.

10 Respondeo, nil huc vsque fuisse creatum nisi subsistens, nam rigorosa creatione solū modo Angelos animas rationales, & materias primas creauit Deus. Angelos propria subsistere subsistentia, sine lite est. Anima rationalis, & materia prima dum in toto sunt composito, compositi subsistentia dicuntur subsistere. Ac proinde quidquid de facto creatum est, est subsistens, vel subsistentia propria, vt Angelus, vel aliena, vt materia prima, & rationalis anima corpori iuncta. Licet ergo non omne subsistens sit creatum, nam equus est subsistens, & suppositum, & non est creatus, sed genitus, omne tamē creatum est subsistens; creatum (inquam) huc vsque, at bitror enim, Deum posse quantita-



tem creare, si illam extra omne producat subiectum, quæ hæc quaquam erit subsistens, licet aliqua videatur perfectate gaudere: quoniam in grauioribus scholasticorum fraxi subsistentia est modus, & affectio subsistentiæ, non accidentis: sicut enim personalitas est subsistentia naturæ rationalis, & suppositalitas subsistentia naturæ integræ, & completæ: sic subsistentia est modus terminans, & vltimo complens naturam substantialem, eam, que redens omnino incommunicabilem. Et sicut carentia pecuniarum in lapide non est paupertas, sed in homine, ita incommunicabilitas non est subsistentia in accidenti, sed in substantia; quoniam incommunicabilitas est quædam priuatio subsistentiam comitans: proprium autem priuationis esse determinare, & connotare peculiare subiectum, & in hoc à negatione priuationis secerni, me in cōmentariolis Logici tra. 2. dist. 1. du. 3. edo cuius, memoriter memini.

11 Dices secundo: materia, & forma assumptæ sunt à Verbo Diuino, ergo subsistunt subsistentia Verbi: ergo si nõ subsisterent subsistentia aliena Verbi, subsisterent propria. Antecedens, & primam consequentiam fateor; & secundum distinguo consequens: si

non subsisterent subsistentia Verbi, subsisterent subsistentia totius, concedo consequentiam: subsisterent subsistentia incompleta propria partium, consequentiam nego. Assumpsit namque Verbum Diuino non hominem, sed naturam humanam ex corpore coalescente, & anima rationali: an autem prius naturæ prioritate assumpsit partes humanitatis, quæ humanitatem ipsam, sublite est in altiori dirimenda loco. Interim dicito, prius naturam humanam concipi vnitam Verbo, quam ei vnitate materiam, & formam: & eo ipso, quod natura humana vnitate vnire partes, & tam humanitatis subsistentiam, quæ partium perfectates non auere: quoniam Diuini Verbi personalitas supplet vices subsistentiæ, & perfectatum creatarum, ex quibus subsistentia firmiter. Si prius assumptam fuisse totam naturam, quam partes asseueres. Scotum in tertium distinct. 2. quæst. 2. §. *Ideo quæstum*, habebis propicium, & Angelicum Doctorem minime contrarium: ac denique cum Theologiæ operam desconsule Magistrum Lorca tomo de Incarnatione disp. 33. & Vazquez ibidem disputar. 39. cap. 3. & nullo negotio quodlibet effugies periculum.

Obj.

13 Objicies: in triduo per mortem Christi dissoluta fuit vnio animæ, & corporis inter se, corpus vero, & anima permanserunt vnita Verbo Diuino; nam quod semel assumpsit nõquam dimisit: ergo anima, & corpus subsistebant suppositalitate diuina, ergo poterant, per proprias subsistentias subsistere. Antecedens, & primam consequentiam fateor: secundum vero consequens distinguo; poterant subsistere per proprias subsistentias, dum nõ erant inter se vnitæ, non ab nego, & ideo harum subsistentiarum vices supplebat intriduo Verbum Diuinum: poterant subsistere per subsistentias proprias, dum vnitæ sunt inter se: inficior plane.

#### De toto composito.

14 Totum compositum substantiale, verbi gratia, homo equus, ignis, vera propria ac integra, & totali subsistentia gaudet, per quam ita incommunicabile reditur, vt natura ea informata nemini valeat communicari, in assumptibilisque sit. Est enim subsistentia vltimus terminus naturæ substantialis, & ideo implicat naturam terminatam modo subsistentiæ, per alium terminari terminum: quoniam de subsistentiæ essentia esserationem vltimi termini anti-

quiores docuere scholastici. Sed an hæc totius subsistentia sit simplex, an composita, disquiramus.

15 Arbitror, Theologos quos secuti sumus huc vsque, nullam in subsistentia compositi fieri compositionem, nisi ad summum compositionem quantitativam extensionis, de qua nullatenus controversatur; compertam namque esse debet, subsistentiam rei diuisibilis diuisibilem esse, sicut enim substantia equi nõ est tota in toto, & tota in qualibet parte, sic nec ei subsistentia, sed tota toti, & pars correspondet partii: compositionem vero subsistentiæ ex partialibus modis materiæ, & formæ præfactos Theologos inficias ire opinor.

16 Recentiores philosophi adeo large, diffuseque rebus subsistentias donarunt, vt minime concedere reuane, totius subsistentiam ex subsistentiis partialibus materiæ, & formæ componi, & ad integrari, ipsasque materiales formas (quibus subsistentiam negauit Suarez tomo 2. Metaphys. disput. 24. sect. 5.) propria subsistentia gaudere intrepide aiunt. Forte quia artic. 3. quæst. 75. primæ partis non lectitarunt. Angelicum audi Magistrum in articulo corpore: *Ex quo relinquitur, quod cum anima brutorum animalium*

C 3. malium

S. Thom.

malum per se non operentur, non sunt subsistentes. Contradicit ergo aperte Do&ori Angelico, quicumque materiali formæ subsistentiam tribuit. Sic nouissime Antonius Sala disput. 13. Physicæ quæstion. 11. & alij eiusdem classis.

Sala.

17  
Cōclusio.

Cæterum nec subsistentiã esse simplicem entitatem assero, nec ex partialibus componi subsistentijs puto. Componitur namque subsistentia totius ex perfectatibus materiæ, & formæ inter se vnitis, ex quibus subsistentia seu suppositalitas coalescit. Sicut enim ex materia, & forma ignis, ignis resultat, pari ratione ex perfectate materiæ, & ex perfectate formæ resultat subsistentia ignis. Est nãq, subsistentia totius, æthereogeneũ totum partibus coalescens dissimilaribus. Subsistentia enim haud quaquã constat subsistentijs partialibus, sed perfectatibus diuersæ omnino rationis, cã perfectas animæ, spiritualis cũ sit, necesse est, vt à perfectate differat corporis. Itẽ perfectas formæ materialis, quæ formã edũnicari subiecto informationis paratur, diuersa est à subsistentia materiæ, quæ rãtũmodo paritur, materiam alteri, vt toti communicari.

18.

Præfata assertio plura con-

tinet, probatione indigentia. In primis subsistentiam necquam esse simplicem entitatem, ex eo mihi persuadeo, quod putem, nil posse in toto recipi competite, nisi vel in materia recipiatur tantum, vel tantum in forma, vel vna pars in materia, & altera in forma. Si affirmas secundum, esse compositam entitatem, fateris. Si primum: egre explicabis, quo pacto valeat anima rationalis per subsistentiã non in se ipsa, sed in corpore receptam subsistere: si vero oppilatis oculis contendas, nec in forma, nec in materia subsistentiã recipi, sed in tertio, quod resultat, in toto videlicet composito. Respondes profecto, quod nemo animo complecti potest: quia intelligi nequit in toto nisi ipsi subsistentiam, & nil huiusmodi correspondere formæ, & materiæ; totum enim nil aliud est quam materia, & forma vnita.

19

Ex partialibus autem subsistentijs misime subsistentiã constari, atque adeo totius subsistentiam non esse homogeneam, sed veluti quodam totum, æthereogeneum, liquet ex dictis. Obiensonam namque est, materiam, & formam, dum comunicantur, quasdam perfectates habere, quæ nullatenus subsistentiæ

stentiæ dicuntur. Si hanc complexam subsistentiam compositi substantialis, æthereogeneum esse totum, asserere, tibi tiro periculosum videtur, aduertas obsecro Franciscum Suarez, & quotquot ei subscribunt neotericos, in eodem prorsus versari periculo. Ipse enim, ne Angelico sit omnino contrarius, formis materialibus modum perfectatis concessit, qui minime, sit subsistentia, ex quo, & ex subsistentia materiæ primæ integra subsistentia constatur. Integra ergo subsistentia totius, æthereogeneum totum est, vt pote dissimilaribus constatum partibus. Eodem igitur iactamur vento, & eisdem nauigamus fluctibus.

Suarez.

20.

Rogabis, quo pacto hæ duæ perfectates vniantur inter se, vt consurgat subsistentia totalis, nam vniri aliqua vnione, & aliquo vinculo non potest negari. Suarez loco supra citato ait, vniri sicut materiã, & formam, hoc est, tanquam actum, & potentiam: nam subsistentia, seu perfectitas formæ est actus, & subsistentia materiæ est veluti potentia. Huic authori, non subscribit Puen-

Suarez.

Hurtado

te, Hurtado disput. 2 Physica sect. 7. §. 83. quoniam subsistentia formæ est tanquam in subiecto in forma, ergo non potest esse in subsistentia mate-

riæ, si autem esset actus subsistentiæ materiæ, in eius subsistentia esset subsistentia formæ, tanquam in subiecto immediato. Præterea subsistentia formæ soli formæ tribuit suum effectum formalem, & non subsistentiæ materiæ, si autem esset veluti actus subsistentiæ materiæ subsistentia formæ, ei tribueret suum effectum formalem. Assero ergo, has duas perfectates vniri vnione quasi cõtinuatiua, per quam neutra pars communicat alteri suum effectum formalem, quod vnionis genus reperitur in quouis composito integrali, sine partibus homogeneis, siue æthereogeneis cõstet: vniantur igitur hæ duæ perfectates media vnione cuius munus sit, vnire eas ad modum, quo vniantur duæ partes aquæ, non vero, vt actus, & potentia. Nam ea, quæ vt actus, & potentia vniantur si constituunt vnum perse, illud vnum perse debet esse essenziale Physicum. Ex pluribus entibus in actu, non fit vnum perse quasi essenziale Physicum: potest tamen fieri vnum perse integrale.

At dissimulare non possum, quod Puente, Hurtado loco super citato dicit: arbitratur enim, nullo vinculo, nullaque vnione, has materię & formæ subsistentias ( sic

21  
Hurtado

utriusq; forte vocat perfectitates) coniungi; & cōpositū substantiale nequaquam habere vnam substantiam, sed duas; esse tamen vnum subsistens, quia sicut corpus duas habes albedines, est vnum album, quoniam corpus, quod in recto ponitur est vnum: pari ratione, licet vna natura habeat duas substantias esset vnum subsistens, & vna persona; quoniam natura quæ in recto ponitur, vna est.

22 Dissimulare nō possum, quoniam doctrina est omni patrone, omnique destituta probabilitate. Et in primis perperam de substantia, vt de albedine hic author Philosophatur. Nam si ex eo, quod duæ albedines in eodem corpore non faciunt duos alba, deducitur, quod duæ substantiæ in eadē natura non facient duos subsistentes: poterit item deduci, quod sicut albedo in duobus subiectis facit duos alba, ita vna substantia, seu personalitas in duobus naturis faciet duos subsistentes, & duas personas: at nullus id audebit asserere Theologus, ergo nec de substantia, vt de albedine quantum ad multiplicationem substantiarum Philosophari licet, per multiplicationem albedinum, non multiplicatur alba per multiplicationem em vero personalitatum

personæ multiplicantur. Duplex natura datur in Christo Domino, diuina scilicet, & humana, & quia vnica tantum datur substantia vnica datur persona: & duæ naturæ vnica substantia terminatæ haudquaquam dicuntur duæ personæ, vel duo substantia substantiæ.

Præterea, tres substantiæ Diuinæ, licet sint in vna, & eadem natura Diuina sunt tres personalitates; & constituant tres personas, ergo etiā increatis, si in vna eadēq; natura essent duæ substantiæ, & duæ personalitates, duas efficerent personas: si ergo author esse duas substantias minime vnitas in composito substantiali concedit, fateri etiam tenetur, dari ibi duos subsistentes, quod nequaquam licet affirmari. Alia euulsiunt argumenta, sed nec hunc modum dicendi impugnare vacat, nec alia eiusdem improbabilitatis diæta, quæ passim in hoc neoterico de personalitate diuina reperies, in Instituto Physico licet referre.

Sit ergo integri Epilogus dubij, materiam, & suas personitates habere (quæ nullatenus substantiæ sunt) & ex eis quedam continuatio vinculo substantiali vnitis vnica substantiam compositi sub.


24  
Epilogus

substantialis constari, quæ substantia totum quodam eterogeneū est, ex partibus dissimularibus constans. Materia vero si esset absque omni prorsus forma, suam propriam haberet substantiam, sicut etiam illam habet anima ra-

tionalis à corpore separata, at quoniam Physica iā nobis instant negotia, alijs de suppositualitate, & personalitate quæstionculis deus salutem,


(2.)

**FINIS**



**D**

**COM**



# COMMENTARIA

## IN OCTO LIBROS DE Physica auscultatione.



**R**ARTEM in exotericis libris doctrinae facilis continebatur, ad quam percipiendam nulla manu- datione, & interpretatione magistri opus erat. Talis est ars poetica. Alterum est Acromaticum, hoc est, auscultatorium: quoniam talis doctrina in illis Acromaticis continebatur libris, ut non posset percipi, nisi attentata discipuli auscultatione, & viva voce magistri.

Libros & textus Aristot. omittam, solumque obiter in cuiusque tractatus exordio, cui libro tractatus correspondeat dicam, quoniam librorum Aristot. hic transcribere molestum esset: videatur Rub. Diuido hanc Philosophiae partem in tractatus, tractatus in disputationes, & disputationes in dubia, nam eadem metho-

*Rubio.*

Dub. I. Vtrum exacte prima principia, &c. 27

methodo, & ipsomet stylo, quo dialectica pericula euasimus, Physicas latebras in quibus versamur, fore euasuros spero,

## TRACTATUS PRIMVS.

*De toto composito, & eius principijs, circa primum librum Physicorum.*

**D**ISTRIBVIT Philosophiae princeps in noue capita primum Physicorum libellum. In primo methodum seruandam in cuiusvis enodatione scientiae erudite commendat, in secundo, & tertio aientium placitum, omnia esse immobilia ex vno argute refutat. In quarto veritas de principijs rerum opinioniones esse a veritate alienas, aperte ostendit. In quinto contrarietatem principiorum entis naturalis proponit. In sexto, ternarium principiorum numerum suadet. In septimo, quae nam sint haec tria principia declarat. In octavo, falsitatis conuincit veteres, generationem, & corruptionem rerum auferentes, ac tandem extremo capite materiam primam esse incorruptibilem, & in generabilem comprobat.

*Digressio de methodo in cognitione rerum seruanda.*

**I**N vestibulo primi Physicorum libri, quem in hoc interpretamur tractatu, de methodo seruanda in rerum cognitione fastidiose iuniores agentes, quam plurima de fatigauerunt ingenia, aliaque in praesentiarum miscent quaestiones ad physicum nullatenus minus expectantes. De primo namque cognitu nostri intellectus disputare ad animasticum expectat institutum: minime ergo licebit, vtrum singulare sit primum nostri intellectus cognitum, hic desquiere, siquidem ad integram & totam de physico auditu doctrinam per callendam nequaquam est huiusmodi quaestiones discussio necessaria. Ne autem de methodo seruanda,

D 2 quam

quam Stagiritæ primo capite huius libri sedule commendauit, omnino ieiunus discedas, accipe pauca.

2 Docuit Aristoteles capite primo, huius primi libri in cognitione rerum naturalium progrediendum nobis esse ab vniuersalioribus, ad minus vniuersalia, & aliam methodum seruandam monet, dum ait in disputatione rerum naturalium, exordiendum esse à principijs, & causis, & vtraque methodus ab Aristotele proposita multis quaestiuiculis ansam præbuit, quibus inuolutis silentio, dicam in breui, quid ad cognitionem requiritur, & quæ nam sint notiora, vniuersaliora, an minus vniuersalia.

3 Duplex recensetur cognitio, vna perfecta, imperfecta altera. Per cognitionem imperfectam, res cognoscitur non exacte, & non per suas causas, & partes; de qua nihil occurrit dicendum. Cognitione perfecta sub diuiditur in perfectam in omni genere causæ, & absolute, & perfectam in aliquo genere. Ad cognitionem perfectam in aliquo genere satis est causas, illius generis cognoscere; verbi gratia, ad cognitionem rei in genere causæ finalis, sufficit fines eius cognoscere. Cognitione vero perfecta, in

omni genere causæ, adhuc est duplex, comprehensiuæ, & non comprehensiuæ, cognitio comprehensiuæ est, qua cognoscuntur omnia rei principia, omnes causæ, effectus, attributa, & quidquid in causæ virtute continetur, & qua obiectum cognoscitur, vt cognoscibile est, de qua tractent Theologi; de de visione Dei sermonem instituunt. Cognitione non comprehensiuæ, perfecta solum exigit, vt res cognoscatur secundum omnes suas causas tam internas, quam externas, per quas potest defini, aut demonstrari.

4 Vt alterum, quod definiendum proposui, pateat, nempe, quæ nam sint notiora, duplicem scito, dari cognitionem, vnam distinctam, confusam alteram: cognitione distincta totum, & eius partes cognoscuntur distincte. Cognitione confusa, totum, & partes confuse cognoscimus. Itē scito, totum etiam esse duplex, actuale, hoc est, essentialibus constans, & potentiale, hoc est, totum vniuersale, de quo non nulla docui tractatu 3. Logice disput. I. dum an genus prædicetur, vt pars, an vt totum discuti. Totum actuale essentialibus si physicum sit, partibus constat physicis, verbi gratia homo corpore, & anima,

ma, si sit methaphysicum genere, & differentia, verbi causa, homo animalitate, & rationalitate. Totum potentiale, hoc est, vniuersale, est totum, continens sua inferiora sub se, sic dicitur omnia inferiora continere vniuersale.

5 Quoduis ex relatis totum, cognosci valet; vel cognitione distincta, vel cognitione confusa. Totum actuale cognoscitur distincte, si distincte; & clare eius cognoscuntur partes, verbi gratia, homo vt totum physicum est; clare cognoscitur, si corpus, & anima, ex quibus physice ad integratur, distincte cognoscuntur; & vt totum methaphysicum, si animalitas, & rationalitas intelligantur distincte: item animal, vt totum potentiale distincte, & clare dicitur cognosci, quando omnia animalis inferiora, vel plura percipiuntur distincte, puta, homo, equus, leo & cætera animalia, si vero hæc non percipiuntur animalia, cognoscitur animal confuse; sicut etiam homo confuse percipitur, cum partes, ex quibus constat, non percipiuntur, nempe anima & corpus: vel animal, & vel rationale, vel inferiora, vt Petrus Paulus, &c.

Sit ergo hac in re certum, prius à nobis singularia cognosci, quàm vniuersalia, prius (in

quam) confuse: nam singularia prius se intellectui offerunt, quam vniuersalia, quia imperfecta species, & à singulari re causatur, & solum singulare re presentat directe, ergo confusa cognitione prius singulare, quam vniuersale innotescit: nam cum à longe rem distantem cōspicimus, prius esse hoc corpus deinde esse, hoc viuens, & hoc animal indicamus. Si vero de cognitione distincta actuali, fiat sermo; arbitror vniuersaliora esse notiora, nam animal, verbi gratia, est pars methaphysica hominis; ergo vt distincte cognoscatur homo, necesse est, prius distincte cognosci animal: Item Petrus ex homine, & ex differentia individuali veluti methaphysice componitur, atque ad eodē erit homo quasi methaphysica pars Petri, cognosceturque homo cognitione distincta actuali, prius quam Petrus: & hac via dicuntur vniuersaliora, nobis notiora minus vniuersalibus, ac singularibus.

Methodus igitur seruanda in cuiusvis rei doctrina est, ab vniuersalioribus incipere vtpote à notioribus, quæ methodus, ordo doctrinæ vulgo nuncupatur. A principijs vero rerum, ipsa incipit natura, & ob id quicumque ab ipsis summit exordium, ordinem ser-

uasse naturæ gloriatur: vtrum  
que Philosophiæ parens ser-  
uauit ordinem in horum pro-

gressu librorum, quos in his in-  
terpretamur Scholijs,

## DISPUTATIO PRIMA.

### De principijs corporis naturalis in communi.

**A**CTVRO de prin-  
cipijs entis natu-  
ralis in particula-  
ri, de eis in com-  
muni agere prius, Aristoteli-  
ca iubet commendata metho-  
dus. Prius ergo quam de ma-  
teria prima, forma, & priua-  
tione instituat sermo, à  
principijs in communi, & Phi-  
losophi stylo, & rationi ipsi in-  
choare, consentaneum erit.

### DVBIVM I.

Num exacte prima prin-  
cipia definerit Aris-  
toteles.

**H**AD quaquã in præsentia  
agimus de principio, à  
quo res sumit exordium, sicut  
aurora dicitur principium diei,  
& instans illud, in quo anima  
corpori infunditur, appellatur  
principium vitæ: nec de prin-  
cipio in tota illa latitudine,  
qua summitur ab Aristotele, cum  
illud describit dicens: principium  
est, ex quo aliquid fit,  
aut cognoscitur; & ad princi-

pium in hac acceptione duæ  
solum conditiones requirun-  
tur, vna est prioritas aliqua,  
altera connexio cum princi-  
piato: quo pacto si principium  
summat, latius patet quam  
causa, nam in Diuinis Pater  
non est causa filij, & est filij  
principium: summitur ergo prin-  
cipium in præsentia pro princi-  
pio rei naturalis, in qua acce-  
ptione definitur à Philoso-  
pho, cap. 5. huius 1. lib. aiente:  
*Principia sunt, quæ nec sunt  
ex alijs, nec ex alterutris, sed  
ex ipsis cætera;* quam defini-  
tionem venerantur omnes, &  
nos amplectimur.

Aristot.

Affertum

Sic sunt singula verba allatæ  
definitionis explicanda. *Prin-  
cipia sunt, quæ non fiunt ex alijs,*  
hoc est, ex similibus principijs,  
forma ex alia forma, materia  
ex alia materia, & priuatio  
ex alia priuatione, *nec ex alte-  
rutris,* id est non mutuo sunt  
principia, forma principium  
materiæ, vel è contra; & pri-  
uatio principium formæ, aut  
materiæ, vel è conuerso, *sed  
ex ipsis cætera,* hoc est ex  
his

his principijs omnia corpora  
fiunt.

**3.** Ex verbis præfatæ defini-  
tionis constat, qualiter prima  
corporis naturalis principia  
distinguantur à reliquis re-  
bus. Nam per illa verba, *Quæ  
nec fiunt ex alijs, nec ex alte-  
rutris,* excluduntur omnia prin-  
cipia, quæ non sunt simplicia,  
sed composita ex alijs, atque  
adeo non sunt prima princi-  
pia. Excluduntur etiam ele-  
menta, tum quoniam ex semet-  
ipsis vicissim generantur, tum  
etiam quia ex materia, & for-  
ma componuntur, verba illa,  
*sed ex ipsis cætera;* excludunt  
causas extrinsecas finalem vi-  
delicet, & efficientem; ex  
quibus proprie loquendo ni-  
hil fieri dicitur; effectus  
fit ab efficiente, non ex effi-  
cienti, fit propter finem, non  
ex fine.

**4.** Non patitur Püente, Hurta-  
do disput. 1. Physica sect. 2.  
§. 11. particulam *ex*, minime  
denotare habitudinẽ ad cau-  
sam efficientem, quoniam  
hanc habitudinẽ in Sacris  
denorat literis, vt patet in  
**Ioann. 8.** *Qui ex Deo  
est, & infra vos ex pa-  
tre diabolo estis.* Igitur parti-  
cula *ex*, non solum verificatur  
de effectu formæ, & materiæ,  
& termini à quo, nempe priua-  
tionis formæ introducendæ,  
sed etiam de effectu causæ ef-

ficientis. Fribola sanè obie-  
ctio, loquitur ne sacra pagina  
in rigore Aristotelico? aut de  
rigore Philosophico curauit?  
*Ab initio, & ante sæcula crea-  
ta sum,* dicitur de sapientia  
Ecclesiastici 24. nunquid sa-  
pientia fuit creatione, de qua  
locuntur Philosophi creatæ?  
absit. Absit etiam huius neo-  
terici obiectio.

**5.** Sed aduersus explicatam  
definitionem plures circun-  
feruntur obiectioes. Prima  
est. Principia hæc constant ge-  
nere, & differentia, ergo  
fiunt ex alijs, pater consequẽ-  
tia, nam compositum physicum  
habet esse ex alijs, quia con-  
stat materia, & forma, ergo si  
principium constat genere, &  
differentia erit ex alijs. Item  
constant partibus integranti-  
bus, vt videre est in materia.  
Respondetur, principia dici nõ  
fieri ex alijs tanquam ex par-  
tibus Physice constituentibus,  
& essentialibus: genus & dif-  
ferentia sunt partes essentia-  
les non Physicæ, sed Meta-  
physicæ, partes vero illæ inte-  
grantes non sunt essentielles,  
sed accidentales, atque adeo  
non obstant, vt materia sit  
principium.

**6.** Secunda obiectio: vel parti-  
cula illa *ex*, ter ab Aristotile  
repetita denotat habitudinẽ  
termini à quo, vel habitudinẽ  
partis essentialis componen-  
tis,

ris, vel utramque habitudinē simul. Si solam habitudinem termini à quo, materia & forma non erunt principia corporis naturalis, quoniā termini à quo non sunt. Si solam habitudinem partis componentis, priuatio cum nihil sit, atque adeo nec pars essentialis componens, non erit principium corporis naturalis. Si utramque denotat habitudinem, sequitur, formam non esse principium corporis naturalis, quoniam forma à priuatione tanquam à termino à quo oritur.

Respondent nonnulli, particulā *ex*, tribus positam locis, non eundem semper efficere sensum, sed in primo, & secundo loco denotare solū habitudinē partis essentialis, in tertio autem loco habitudinem partis componentis, & termini à quo denotare, ita ut sensus definitionis sit. *Principia sunt, quae nec fiunt ex alijs, nec ex alterutris tanquam ex partibus, sed omnia fiunt ex ipsis*, siue tanquam ex partibus componentibus, siue tanquam ex termino à quo. Sed authores isti, ut definitionem ab hac calumnia liberent, illam destruant, nam una & eadem particula in unica definitione, non potest adeo diuersum sensum habere, nimisq; æquiuoce loquutus fuisset Arist. Respondendum est, particulam *ex*, in tribus

collocatam sedibus eodē modo fore summendam, & prædictam definitionem hunc facere sensum: *Principia sunt quae nec fiunt ex alijs*, tanquam ex partibus componētibus, vel termino à quo, *nec ex alterutris*, veluti ex partibus, aut termino à quo, *sed omnia fiunt ex ipsis*, tanquam ex partibus componētibus, vel termino à quo. Negotamen formam fieri ex priuatione, ut ex termino à quo, quoniā forma, sicut non est, id quod est, sed quod aliquid est, si rigurose loquamur; sic non est quae fit, sed quae fit totum compositum. Nam licet forma aliquomodo fieri dicatur, ut anima rationalis fieri à Deo dicitur, sed per generationem non fit aliqua forma, quoniam sicut non generatur forma, ita nec fit, nisi ut quo, etenim fieri, ut quod, concretis rigurosius quam abstractis conuenit.

Tertia obiectio est: corpora caelestia non fiunt ex priuatione, ergo non sunt vera illa ultima definitionis verba, *sed ex ipsis cetera*, hoc est composita naturalia fiunt ex principijs primis. Responderi potest Arist. in hoc loco ea principia definisse, quae sunt principia corporis generationi, & corruptioni obnoxij, quale est corpus sub lunare, non vero principia corporis caelestium, quae

quae nec generantur, nec corrumpuntur. Vel simauis dicendum sensum definitionis non esse, quod omne ens naturale fiat ex omnibus principijs, sed quod fiat ex principijs, ita ut caelum fiat ex materia, & forma, non ex priuatione praesistenti, & praesupposita tempore, corpus autem sub lunare ex forma materia, & priuatione antecedentibus, & verba illa, *sed ex ipsis cetera* intelligenda sunt distributione accommodata, ita ut hoc ens naturale ex his principijs, & illud ex illis, & aliud, & alijs fiat, si vero corpora caelestia ex priuatione fieri disputatione asserueres sequenti, ruit obiectio.

## DUBIUM II.

*Vtrum tria tantum sint principia entis naturalis.*

**C**irca principiorum entis naturalis numerum Philosophi errant antiqui, quorum deliria referre non vacat: lege Rub. solus Arist. veritatem est assequutus, propter quo dignus est, ut omnium generum iteris, atque linguis eius illustre celebretur ingenium. Relatis enim omnium usque ad sua tempora Philosophorum sententijs, & impugnantis; tria tantum esse entis

naturalis principia, materiam, formam, & priuationem docuit 6. & 7. cap. huius primi libri. Aristotelem sectantur quotquot successerunt.

Sed ut ex Philosophi doctrina constat, distinctione utendum est, nam ens naturale duplicem potest habere statum, & considerationem, inferi scilicet, & in facto esse. Ens naturale inferi est sub actuali productione, & in via ad esse, & nihil aliud est in multorum sententia ens naturale inferi, quam ipsa generatio qua fit, atque adeo idem est querere, quot sint principia entis naturalis inferi, ac querere quot sint principia generationis: quo pacto generatio, & ens naturale inferi distingui possint, illico attingam. Ens naturale in facto esse dicitur totum productum, & ex materia, & forma iam constitutum. Aliter tamen de ente naturali, inferi, & aliter in facto esse philosophandum est. Dico ergo, prima principia entis naturalis inferi esse tria solum materiam videlicet formam, & priuationem, entis vero naturalis in facto esse duo tantum esse principia, nempe materiam, & formam.

Quod tria sint principia entis naturalis inferi, nec plura, nec pauciora probatur. Quia illud est principium corporis

E poris

Rubio.

Conclusio.

poris naturalis inferi, sine quo nullo modo potest fieri compositum substantiale, & ex illo fit, sed sine materia, forma, & priuatione fieri nequit compositum substantiale, & fit ex illis, & non ex alijs: ergo tria sunt principia entis naturalis in fieri. Maior est certa. Minor probatur, quoniam compositum necessario constat ex materia, & forma, ut ex partibus componentibus, & in materia necessario præsupponitur priuatio formæ introducendæ, ergo materia, forma, & priuatio sunt principia entis naturalis, & non alia res, quia nulla alia apparet, quæ conditiones principij habeat.

Entis autem naturalis in facto esse, duo solû esse principia materiam, scilicet, & formam, manifeste patet: etenim compositum consistere nõ potest sine materia, & forma, nihil enim aliud est compositum, quam materia, & forma simul vnitæ, ergo solum materia, & forma sunt principia entis naturalis in facto esse: nam quod priuatio non sit eius principium euidenter est, cum forma & priuatio formæ nequeant esse simul tempore in eadem materia, ergo in facto esse compositi, destruitur priuatio, & solum remaneat materia & forma, tanquam principia cõ-

stitutiuua compositi substantialis.

Verum enim uero quæuis receptum, & sine controuersia fit, duo tantum esse entis naturalis in facto esse principia, & tria entis naturalis in fieri, non desunt aliqua argumeta, quibus probetur, plura esse quã tria, & aliqua quibus probetur, esse pauciora. Propone mus primo, diluemusque probantia esse plura, & postea, quæ probant esse pauciora.

Primum argumetum probans principia entis naturalis inferi non esse tantum tria, est: quia vnio pertinet ad intrinsecam constitutionem compositi, ergo sunt tria principia constitutiuua entis naturalis in facto esse, & quatuor in fieri. Nõ vnionem esse principium, quia non est ratio constitutiuua totius, sed vnio media qua totum constituitur, nec est terminus formalis dans esse formale toti composito, ut tract. primo de generatione dicam.

Secundum argumetum est. Forma corrupenda est terminus positiuus a quo generatio nis, ergo datur quatuor principia generationis. Patet antecedens, nam ex aqua fit vinum, ergo aqua est terminus, a quo vinum fit. Cõfirmatur, nam cõuersio, siue totalis sit, qualis est transubstantiatio substantiæ panis in corpus Chri-

Christi, siue formalis qualis est cõuersio aeris in aquam, vel aquæ in vinum, petit terminum a quo positiuum, sed generatio entis naturalis est cõuersio formalis, ergo petit terminum a quo positiuum formam videlicet expellendam, erunt igitur quatuor principia entis naturalis in fieri, materia scilicet, priuatio, forma corrupenda, & forma generanda.

Respondetur, generationem per se respicere terminum a quo priuatiuum, formam autem expellendam respicere per accidens, cuius signum est, quod etiam si in materia nulla forma expellenda esset, introduceretur forma per veram, & realem generationem, ex quo ruit confirmatio, nam generationi accidit, quod fit cõuersio, sicut accidit, quod præsupponatur forma expellenda. Solum enim generatio respicit materiam, ut subiectum commune mutationum; formam, ut terminum ad quem, & priuationem tanquam terminum a quo, ut patet ex hac generationis definitione: generatio est mutatio de non esse ad esse, cõuersio autem qualiscumque sit, terminum positiuum petit, atque adeo generatio est mutatio de non esse ad esse, cõuersio autem qualiscumque sit, terminum respicit positiuum, sed sicut accidentaliter est, cõuersio,

ita accidentaliter respicit positiuum terminum a quo.

Primum argumentum quo probatur principia entis naturalis esse pauciora, quam tria, est: quia principia de quibus hic loquimur, debent esse intrinseca, nam quia sunt extrinseca principia causa efficiens, & finalis non sunt principia, sed saltem forma, & priuatio sunt extrinseca generationi, ergo non sunt generationis principia. Ut huic satisfaciant argumento, discrimen querunt nonnulli inter ens naturale inferi, & entis naturalis generationis, nam generatio (inquiunt) non est res in fieri, sed fieri rei. Res in fieri est totum substantiale, dum in fieri cõsideratur, & in via, & ideo ens naturale in recto ponitur: fieri vero entis naturalis est generatio, quia fieri in recto, & ens naturale in obliquo ponitur. Afferunt ergo enti naturali in fieri materiam, & formam esse intrinsecas, atque adeo eius principia generationi vero extrinsecas, & nõ esse eius principia, nam in præfenti nõ generationis, sed entis naturalis principia assignantur.

Adeò acuta distinctio displicere nequit, nihilominus tamen quoniam ignis in fieri solet, ignis generationem significare, & sic magis principia entis naturalis clarescunt, possu-



mus aliquando per ens naturale in fieri, eius generationē intelligere, & tria principia alata non solum esse principia entis naturalis in fieri, sed ipsius generationis asserere: quę principia si toto rigore loquamur intrinseca non sunt generationi, dicuntur tamen ei intrinseca, tum, quoniam sunt generationi coniuncta, tum etiam, quoniam materia, & forma sunt rei genitę, intrinseca; priuatio autem, vt generationis, & entis naturalis in fieri principium dicatur, necesse non est, vt enti naturali, & generationi sit intrinseca, sed quasi coniuncta, solum enim requiritur, vt principium aliqua res dicatur, quod principium fiat ex ipsa, & ex alio fieri solum verificatur de toto substantiali respectu partis componentis essentialis, & termini, a quo, non respectu causa efficientis, vel finalis.

11 Secundo argumento, quo priuationem non esse principium entis naturalis probatur, est. Nam ex nihilo nihil fit teste philosopho, sed priuatio est nihil, ergo priuatio non est principium, ex quo fit ens naturale. Respondetur, illud pronuntiatum sequentibus limitationibus esse verum: prima, ex nihilo nihil fit, ab agente creato, non a Deo, qui ex nihilo Angelos creauit:

secunda limitatio est. Ex nihilo nihil fit, hoc est, ex pure nihilo, qualis est negatio pura, nihil fit. Ex nihilo non pure, quod est aliquid ex connotato, qualis est priuatio aliquid fit, non tanquam ex subiecto, aut parte componente, sed tanquam ex termino a quo; fit igitur totum substantiale ex materia, vt ex subiecto, ex forma, vt ex parte formali formaliter componente, & vt ex termino ad quem: ex priuatione vero, vt ex termino a quo.

12 Dices, principium debet esse simul cum suo principiato, sed priuatio non potest esse simul cum ente naturali in fieri, nec cum eius fieri, & generatione, ergo priuatio, non est principium entis naturalis, nec eius generationis. Respondet Plaza hic, priuationem esse in eodem instanti, in quo est generatio, non in existendo, sed in desinendo. Solutio hæc implicat in adiecto; nam esse in desinendo est non esse; atque adeo si in desinendo est, non est, nam res quando desinet, est, & quando desinit non est, nec existit. Facilius est concedere, priuationem non esse quando est generatio, esse nihilominus principium, quia de ratione principij, quod est terminus a quo, non est simul cum principiato

piato existere, imo postulat præire, nam cum generatio fit transitus de non esse ad esse, quado principiatur quod est, existit, fortassis non existit principium, quod dicitur non esse.

13 Eadem principia, quę generatio habet, habet & corruptio, nam corruptionis principia sunt materia forma, & priuatio. Materia, quoniam subiectum commune est generationi, & corruptioni. Forma quę perit, est terminus a quo corruptionis, & eius priuatio terminus ad quem; quoniam sicut generatio, est transitus de non esse ad esse, ita corruptio de esse ad non esse, atque adeo forma generanda est terminus ad quem generationis, & forma quę perit terminus a quo corruptionis.

14 Ad calcem huius disputationis inquires, an principia entis naturalis sint contraria inter se; de quare longa esse non potest disputatio, quoniam compertum est, principia entis naturalis in facto esse, materiam scilicet, & formam non esse contraria, & aliqua principia entis naturalis in fieri, esse contraria, contrarietate non rigurosa, sed priuatiua; nam priuatio, quę est terminus a quo, & forma quę est terminus ad quem generationis priuatiue opponuntur, & ideo dixit Arist. cap. 5. huius 1. lib. principia entis naturalis esse contraria, hoc est, opposita priuatiue. Imo prima contraria, quoniam iunt principia, quę nec sunt ex alij, nec ex alterutris.

## DISPUTATIO SECVNDA,

## De materia prima.

**I**NTER principia entis naturalis disputatione explicata præterita, primo se offert loco materia prima, quoniam licet perfectione, & dignitate locum non obtineat primū, obtinet

illum naturę prioritate. Est namq; subiectum formę, & priuationis, & subiectum prius est saltem prioritate naturę forma, quę subiectatur. De materia igitur prima, primo loco iure agendum est, quę prima dicitur, quatenus confide-

ratur nuda formis substantia libus, & accidentalibus; nam quando vestita accidentibus; & iam ultimo disposita ad recipiendam formam, consideratur, vocari solet materia secunda. Vel forte quatenus materia prima vna forma vestita, altera vestiri valet: si vera est opinio aientium duas formas substantiales sub ordinatas in eadem suscipi materia, de qua opinione tractatu primo, de generatione, & corruptione, disput. i. ferretur iudicium.

### D V B I V M I.

*An sit, & quid sit materia prima.*

**M**ateriam primam, commune scilicet mutationis substantialis subiectum, dari in rerum natura, adeo notum, & confirmatum est auctoritate, ac rationibus philosophicis, ut superuacaneum existimem, in re adeo explorata multum immorari, nam ut optime Suarez tom. i. methaph. disput. i. 3. sect. i. tam evidens est, dari materiam primam, quam est evidens, dari in rebus substantiales mutationes ad varias formas, quia in omni mutatione aliquod presupponitur subiectum, quod

Suarez.

recipiat formam; idque exemplo materiae artificialis explicat, & confirmat Aristo. cap. 7. quemadmodum; enim in arte factis supponitur aliqua materia, lignum verbi gratia, quae recipiat formam scabelli, aut sellae; verbi gratia, sic similiter in naturalibus presupponitur materia, quae ex se nullam formam habet, sed illam recipit ab agente. In re ergo quam oculis nostris videmus, diutius immorari, non licet, experimento enim comperitum est, dari commune subiectum, in quo recipiatur forma ligni corrupta, & forma ignis producta, verbi gratia: cum enim introducit ignis, necesse est, ut subiectum, in quo ligni recipiebatur forma, perseveret; alias lignum non corruptum, sed annihilatum diceretur; quoniam annihilatio est rei totalis desertio, & nil ligni remaneret, si autem nil ligni in generatione maneret ignis, frustra prauijs dispositionibus lignum ad introductionem ignis prepararetur. Item si cibus periret omnino, viuens, aut quaquam nutrireretur cibus.

Verum enim vero, hoc mutationum commune subiectum, minime efficacissimis ostenditur rationibus, quid nam sit. Illud fateri experimento cogimur, ratione conuincimur, sed

2

sed eius quidditatem non facile peruelligamus. Aientem namque huiusmodi commune subiectum esse corpus simplex (quod non implicare contradictionem, disputatione sexta, dubio ultimo ostendam) difficulter inducemus in laqueum. Nec asseuerantem, praefatum subiectum commune esse corpus quodam ex materia, & forma conflatum, incorruptibile tamen, sicut incorruptibile a multis dicitur coelum, nequaquam conuincies facile, si Scoto duas formas sub ordinatas in eadem concedenti materia animose subscribat. At Philosophiae parens generationis, & corruptionis commune subiectum sequentibus, definitionibus pulchre descripsit.

**3** Hae minutissima entitas, pluribus solet definitionibus describi. Duplici modo eam definiuit Aristoteles: primo, per negationem dicens. *Materia non est quid, nec quantum, nec aliquid eorum, quibus ens determinatur*, hoc est, materia prima non est tota quidditas compositi naturalis, nec quantitas, nec aliqua forma substantialis, qua ens determinatur ad esse huius, vel illius speciei completae. Secundo definitur materia prima, ab eodem Aristotele positue sic:

*Materia prima est primum cuiuscunque subiectum quod, quidpiam eorum pacto, ut non per accidens in se.* id est, materia prima, est primum subiectum essentiale compositi physici, & substantiale, ex quo subiecto, & forma non componitur aliquod compositum accidentale, sed essentiale, non resultat vnum compositum per accidens, sed vnum per se. Vnde sic potest materia prima definiiri. Materia prima, est quaedam substantia partialis, incompleta, & simplex, quae natura sua est subiectum ordinatum ad compositum naturale constituendum: ex qua definitione constat, materiam primam, habere potentiam, & ordinem ad constituendum compositum, & recipiendam formam, quam obrem enucleandum est, quae nam sit haec potentia, quae materia primae conuenit, & quo pacto ei conueniat, vtrumque dubio constabit sequenti.

**4** Habemus igitur materiam esse primum subiectum substantiale, & commune omnium formarum substantialium, & esse substantiam simplicem incompletam, & partialem, cuius entitatem, & condiciones diuersis nominibus nobis significarunt antiqui, nam dicitur mater, & nutrix, quia omnes formas recipit, & est principium

cipium materiale generationis entium naturalium. Dicitur adultera, quoniam dum est una forma informata, alias appetit, & admittit dispositiones ad aliam oppositam. Vocatur Silva, quia ab ea educuntur omnes formae materiales, & alijs nominibus, quae eius imperfectionem declarant, solet, significari.

## DVBIUM II.

*An ratio potentiae, sit essentialis materiae primae.*

**D**Vplex est potentia activa, passiva altera. Activa est vis, & postea ac virtus ad efficiendum. Passiva est vis ad recipiendum. Alia etiam acceptio potentiae potest, aduci potentia scilicet obiectiva, quae nihil aliud est, quam non repugnantia rei ad essendum, cui potentiae correspondet actus existentiae, hanc potentiam habebat mundus ante quam fieret, sed nunc nomine potentiae potentiam, non obiectivam, nec activam, sed passivam intellige, quam in materia prima esse adeo est compertum, ut negetur a nemine. Est vero sub lite an haec potentia passiva, sit essentialis materiae, an extra essentialiam, & accidentalis.

Pereyra quinto Philosophiae cap. 22. solutione ad primum. *Pereyra* sequens aliquorum, ex antiquis sententiam, ait, potentiam passivam materiae primae, esse qualitatem secundae speciei, atque adeo accidens praedicamentale, omnino extra materiae essentiam, esseque veluti quendam proprietatem consequentem essentialiam materiae, cuius essentialiam absolutam esse, & nullum ordinem essentialem ad formas dicere, arbitratur. Addit praeterea, rationem potentiae non re, sed ratione a materia prima differre, quod mea sententia stare non potest cum assertionem, quae potentiam esse qualitatem secundae speciei qualitatis, astringit, qualibet enim entitas, quae ad praedicamentum qualitatis pertinet, a substantia realiter distinguitur, ut notavi tract. 5. Logicae, disput. 4. dubio 8. sed sententia haec quatenus potentiae rationem extra essentialiam materiae primae constituit, siue extra essentialiam realiter, siue ratione, sequentibus potest suaderi argumentis.

Prima, potentia est species qualitatis, ergo potentia materiae est qualitas, atque adeo extra essentialiam materiae, quae est substantia, vel si non est de praedicamento qualitatis erit de praedicamento relationis, cuius ratio

ratio potentiae consistat in respectu, & relatione materiae ad formas.

Secunda, vel potentia, quae est essentialis materiae primae, est potentia ad recipiendas formas accidentales, vel ad substantiales, sed neutra potentia essentialis est materiae primae, ergo ratio potentiae est extra eius essentialiam. Minorem probo, quoniam potentia ad recipiendas formas accidentales, erit accidentalis, quia cum actus correspondens illi potentiae, sit accidens etiam potentia erit accidens. Potentia vero ad recipiendas formas substantiales, esse nequit ratio essentialis, quoniam ratio essentialis est ratio prius considerabilis, sed prior est potentia, ad recipiendas formas accidentales, quam substantiales, ergo potentia ad recipiendas formas substantiales, non est essentialis materiae primae, quod autem potentia, ad recipiendas formas accidentales sit prior, quam ad recipiendas formas substantiales, petet, quia materia prima, prius formas accidentales, quibus disponitur, & postea formam substantialem suscipit.

Tertia, materia prima potest dari sine hac potentia, ergo distinguitur realiter ab ea, atque adeo est extra eius

metaphysicam essentialiam, de qua hic loquimur. Patet antecedens; nam materia prima potentiam, quam habet ad recipiendam formam ignis exempli gratia, adveniente forma ignis amittit. Non enim habere potest potentiam ad recipiendam formam, quam recipit. Confirmatur, nam non habet materia prima potentiam, ad recipiendam formam, iam diu genitam, & corruptam, sed potius impotentiam, cum forma corrupta a nullo agente naturali re produci queat. Materia autem, ad illam formam potentiam naturalem dicit, quam naturaliter, & per agentia naturalia valet suscipere.

Opposita sententia, quae rationem potentiae, ad recipiendas formas substantiales essentialiam, & communem materiae primae, ait, communis est, & vera utpote expressa Angelici Doctoris, & conformior menti Philosophi. Plures rationes quibus haec recepta suadeatur opinio circumferuntur, sed non omnes sunt satis efficaces. Nam qui ex eo, quod potentia materiae, sit accidens, inferunt contra auctores oppositae sententiae, debere distingui realiter a potentia, ignorant pernitus discrimen accidentis praedicamentalis, & praedicabilis.

F Licet,

Licet, enim potētia accidens prædicabile materiæ sit, poterit cum materia ideificari. Si vero est prædicabile, ut cenſet Pereyra, necesse est, ut à materia realiter differat, unde quamvis efficax aduersus Pereyrā sit argumentū, contra alios est inefficax.

7

Hæc autem mihi videtur efficax ratio. Illa est ratio constitutiua essentialis, quæ prius est considerabilis in aliqua re, sed ratio prius considerabilis in materia, est potentia ad formas substantiales recipiendas, ergo potentia est ratio essentialis materiæ primæ. Minor patet. Nam, quod prius consideratur in materia, est, quod sit primum subiectum formarum, earum receptaculum, & comparatur simul cum forma componens totum, & quæ hanc causam materiam primam, definiuit Aristoteles, ut primum subiectum, nec sine ordine ad formas definiri, explicari, & intelligi potest.

8

Sed conabitur aliquis hanc eneruare rationem duplicem distinguendo potentiam, alteram formalem, & aliam radicalem, respondebitque, potētiā radicalem ad recipiendas formas esse prius considerabilem, & essentialē materiæ primæ, formalem vero esse posterius, & extra essentialē: quemadmodum ratio-

nalitas, pro radice dicitur de essentia hominis, & formalis extra essentialē. Hæc utentē distinctione laboriose possumus convincere, sed ea vti in præſenti opus non est. Nam in materia prima vnus, & idē conceptus est potentia radicalis, & formalis, & idem diuersis nominibus significatur, quoniam per se ipsam, & per suam essentialē rationem est susceptiua formarum, & nihil possumus concipere, quod per illam potentiam radicalem constituitur, & sit absolutum, & independens à forma secundum conceptum illius potētiæ radicalis. Essentialē vero hominis explicamus, per rationalitatem radicalem, & non per formalem, quia homo immediate per suam substantiam, non ratiocinatur, sed propter aliquā potētiā superadditam. Materia autem prima per se ipsam suscipit formas substantiales, & formaliter habet potētiā ad recipiendam formam, & nequit alio modo explicari melius materiæ quidditas, nec aliud esse essentialē præter rationem potētiæ formalis imaginari valemus, quod sit prius ratione potētiæ formalis.

Super est argumentis aduersantium occurrere. Ad primum respondemus. Potentiam realiter non distingui à materia

materia prima, atque ad eam, non posse pertinere ad secundam speciem qualitaris, quoniam potentia, illa substantia est. Præterea, ut tract. Logicæ 5. disput. 4. dub. 4. docui, potentia, quæ est secunda species qualitaris, non est passiuæ, qualis est potentia materiæ, sed actiuæ, quæ est primum principium accidentale alicuius operationis superadditum agentis, potentia enim passiuæ ad illud spectat prædicamentum ad quod res, cuius est potentia pertinet. Nec ad prædicamentum relationis potētiā materiæ pertinere dicendum est, quoniam respectus quam potentia materiæ dicit ad formas est transcendentalis, qui essentialis est ei, cuius est respectus, & ad prædicamentum rei, in qua est spectat. Datur, enim inter materiam, & formas mutuus respectus transcendentalis, seu quod idem est (ut inquit Vazquez tom. 1. in 1. partem, disputat. 104. num. 25.) mutua dependentia propter quam, si impossibilis esset forma impossibilis esset materia, & e conuerso, si impossibilis esset materia, impossibilis esset forma.

10

Ad secundū dico, potentiam passiuam ad recipiendas formas substantiales esse rationem essentialē materiæ primæ, primo in ea considerabi-

lem; nam potentia ad recipiendas formas accidentales posterior est nostro modo concipiendi potentia ad recipiendas formas substantiales, quoniam quod prius intendit materia prima, tanquam eius finem, & scopum est formas substantiales, & quia eas recipere nequit, nisi prius disponatur formis accidentalibus, eas secundo respicit. Unde de forma substantiali tanquam de fine, & de forma accidentali tanquam de medio philosophandum est, & de potentia ad recipiendas formas substantiales, ut de intentione finis in voluntate, & de potentia ad recipiendas formas accidentales, ut de electione mediorum. Quod prius respicit materia, & posterius suscipit, est forma substantialis, quod vero ultimo respicit, & prius suscipit, est forma accidentalis, iuxta illud prouerbum: *Quod est prius in intentione, est posterius in executione*, atque ad eam non recte infertur, prius materia, recipit formam accidentalem, quæ substantialem, ergo prior est potentia ad recipiendas formas accidentales, quam ad recipiendas formas substantiales. Potentia vero ad recipiendas formas accidentales, accidens est prædicabile quartum, vel quintum prædicabile.

is, quoniam extra essentiam materiae est, non predicamentale eo, quod identificata sit cum materia, ipsa quae est substantia, nec potentia, cui respondet actus accidentalis, praecipue si passiva sit, debet esse accidens de predicamento accidentis. Substantia, enim per se ipsam potentiam substantialem habere potest ad recipiendas formas accidentales: imo, & ad eas producendas immediate, ut videre est in substantia, quae est relationis fundamentum, & causa immediata.

ginari, hac potentia ad formam ignis, quoniam si illam amitteret, ad iterum illam suscipiendam potentiam diceret, ut statim dicam.

Ad confirmationem respondetur materiam primam, dicere naturalem potentiam ad formam quam amisit, & corrupta est, quoniam licet nullum sit agens naturale a quo re uniri, & reproduci queat, potest supernaturaliter re produci, & iterum uniri materiae, in quo casu materia habebit, actum suae potentiae naturalem quo ad substantiam, licet supernaturalem quo ad modum; nam forma corrupta, & reproduca supernaturaliter, est actus naturalis materiae, quae potentiam dicitur naturalem ad formam suscipiendam, non determinando tempus, nec modum productionis, & posset Deus efficere, ut agentia naturalia eandem numero formam educerent de potentia materiae, vnde in resurrectione corpus, actum habebit suum naturalem, quo ad substantiam, & supernaturalem quo ad modum, actum naturalem absolute, & supernaturalem ex suppositione.

12

(3.)

DV

DVBIVM III.

Qualis sit appetitus quo materia appetit formas.

**I**N materia prima, dari appetitum ad formas substantiales, nemo inficiatur utpote expressum ab Aristotele, in hoc lib. 1. aente, a materia prima formas appeti, ut pulchrum a turpi, & virum a muliere, qualis autem sit hic appetitus, & an sit materiae essentialis, ut hinc magis quidditas materiae pate fiat, breuiter in praesenti enucleandum est.

Nota primo, appetitum esse in duplici differentia, alius est ellicitus, alius est innatus. Elicitus est actus quidam desiderij, quo amatur bonum absens, & quod non possidetur, apprehensum tamen, & cogitum per intellectum, non postquam cognouimus bonum absens, voluntas ellicit actum desiderij, qui dicitur appetitus ellicitus, & in nulla alia potentia, aut re inueniri potest, nisi in voluntate, & appetitu sensitivo. Appetitus innatus nihil aliud est quam inclinatio, & potentia quaedam naturalis ad aliquam formam, quae caret, ad quem appetitum nulla prauia requiritur cognitio. Soler diuidi appetitus ellicitus, in appetitum deside-

rij, qui est actus voluntatis, aut appetitus sensitui tendens in bonum, non possum, & absens, & in appetitum complacentiae, qui versatur circa bonum praesens, & possum. Caterum solus appetitus desiderij proprie potest dici appetitus ellicitus, & non appetitus complacentiae; nam ad appetitum requiritur prauitio, ut communis fert patet omnia. Pruiatio est causa appetitus, sed esto, quod hoc distinctio admittatur in appetitu ellicito, in appetitu innato admittenda non est. Nam potentia quando afluata est, nequit dici appetitus, nisi summa proprietate.

Hoc notato assero, materiam habere simul appetitum innatum ad omnes formas, quibus caret recipiendas. Hae est conclusio communis inter Philosophos, & ratione manifesta probatur. Nam materia prima (ut dubio praecedere vidimus) habet essentialiter potentiam, & in inclinationem ad formas substantiales, sed appetitus innatus, nihil aliud est quam inclinatio ad aliquam rem, cuius est pruiatio habendam, ergo materia prima habet innatum appetitum ad formas, quibus caret. Consulto addidi, ad formas quibus caret, quoniam licet respectu formae, quae in formatur, habeat potentiam co-

3 Assertio.

innatam a sibi, non habet appetitum, & quod appetitus, non solum consistat in inclinatione, sed in privatione. Est enim appetitus inclinatio cōnotans privationem rei, ad quam est inclinatio. Nisi velis, improprie loquendo dicere, materiam respectu formæ quæ caret, habere appetitum desiderij, & respectu formæ, quam possidet, appetitum cōplacentiæ, quem loquendi modo non approbo.

4 Dices primo, materiã formicã nequit suscipere formã Elephantis, verbi gratia, ergo materiã, non habet potentiã, & appetitum ad omnes formas. Patet antecedens; nam ad eò extensa forma, qualis est forma Elephantis in tam parua materia, qualis est formicæ nequit suscipi. Respondetur, materiam formicã posse informari formã Elephantis, ut continget, si Elephas formicis vescatur; nã tunc materiã formicã informabitur formã Elephantis saltem partiali. Qualibet materiã potest suscipere quancumque formam, sed non secundum omnem extensionem formæ, magna materiã, magnam formam, & parua parua.

5 Dices secundo, materiã primã, informatã animã rationali, non appetit alias formas, ergo falsum est asserere mat-

riam appetere omnes formas, quibus caret. Patet antecedens, nam sicut voluntas cum appetitu elicitò desiderat bonum, & si illud consequitur, non appetit minus bonum, sic materiã, quæ appetit formã animã rationalẽ, si ea informatur, non desiderabit alias formas imperfectiores, cum in animã rationali quasi virtualiter perfectio aliarum formarum contineatur. Respondetur, negando antecedens, & ad probationem dico, disparem esse rationem de appetitu elicitò, & innato; nam elicitus sequitur cognitionem, & possessio maiori bono solet cassare cognitio minoris, atque ad eò appetitus minoris boni. At vero appetitus innatus, non sequitur cognitionem, sed naturam rei, & natura materiæ est, dicere potentiã ad omnes formas, siue perfectissimã, siue minus perfectã sint, & arguere ab appetitu elicitò ad innatum, valde vitiosum est, quoniam potentiã, & inclinatio naturalis, quæ privationem connotat methaphorice dicitur appetitus. Nam appetitus de appetitu elicitò, & innato non minori Analogia, & Methaphora dicitur, ac pes de pede hominis, & de pede montis. Præterea voluntas cōsequuto maiori bono, non appetit minus bonum incompatibile

tibile cum illò, & quod cognoscit esse minus bonum, & esse incompatible cum maiori, quia necessitatio haberet appetitum, quo comparatiue eliceret minus bonum, & maius cōtemneret directè, & perfecte appetit tamen minus bonum, si comparabile cum maiori bono sit. Materiã vero cum animã rationali est informatã, appetit alias formas, & non contemnit animã rationalem, vel appetit illam ammittere, sed appetit alias formas, quarum introductione, quasi per accidens respectu materiæ, sequitur expulsio animæ rationalis.

6 Dices tertio, materiã appetit omnes formas substantiales simul, ergo poterit illas suscipere simul. Nego, consequentiam, nam simul habet appetitum ad omnes formas, sed non ad eas recipiendas simul, sicut intellectus humanus habet simul vim ad elliciendo duos actus contrarios, & non ad elliciendo simul. Materiã, ergo appetit omnes formas in discriminatim, non magis hanc, quam illam. Appetit eas recipere, non simul, sed successivè, quoniam appetit eis informari vinculo amissibili: nã Author naturæ, eam creavit talis conditionis, & naturæ, ut esset inter rerum natura generationum

vicissitudo, quæ non esset si materiã primã, non appeteret formas substantiales successivè, & indiscriminatim. Appetit, enim materiã generatōnũ vicissitudinẽ, & appetit per se generationem entis naturalis, corruptionem autem per accidens, & quasi præter intentionem materiæ. Appetit tanquam finem ultimum (methaphora vtrò) genitum: tanquam finem intermedium formam, & ut medium accidens, quoad generationem geniti disponitur materiã, & quando est cum vna forma, est in statu naturali, & quando est cum altera similiter, quoniam qualibet forma est suæ naturæ conformis, licet nulla forma materiæ satietur appetitus.

Ad alterum, quod in quaestione vocabimus, vtrũ scilicet appetitus ad formas substantiales, sit essentialis materiæ primæ, facile ex dictis responderi potest; nam cum appetitus, non solum dicat potentiã, sed privationem formæ, compertum est, appetitum esse extra essentialitatem materiæ, atque ad eò, hæc prædicatio, materiã appetit animã rationalem, est accidentalis, hæc vero materiã est capax animæ rationalis, est essentialis, nam ut animadvertit Oña quæst. 3. art. 2. appetitus

ritus innatus est accidens materiae, non predicamentale, sed predicabile.

## DVBIUM III.

An materia prima, sit ingenerabilis, & incorruptibilis.

**M**ateria primam esse generabilem, & corruptibilem probari potest primo, quia materia prima est subiectum generationis, & corruptionis, ergo denominatur genita, & corrupta, nam forma nequit in subiecto esse, & illud non denominare. Secundo, incorruptibile est perfectius corruptibili, sed materia est ingenerabilis, & incorruptibilis ergo est perfectior, non tantum forma, verum etiam toto composito, quod generabile & corruptibile est, id autem non licet concedere. Tertio, si materia esset incorruptibilis, totum esset incorruptibile, quod non est concedendum. Patet sequela, nam quia una pars compositi dicitur materialis, totum materiale dicitur, ergo quia una pars dicitur incorruptibilis, totum dicitur incorruptibile. Quarto, materia prima est radix corruptibilitatis, ergo erit co-

ruptibilis, nam si totum proportionem materiam primam est corruptibile, ipsa materia erit magis corruptibilis, iuxta illud proloquium: *propter quod unum quodque tale, & illud magis.*

Nihilominus vera est communis sententia, quae ait, materiam primam esse ingenerabilem, & incorruptibilem. Patet, nam generatio (eadem est de corruptione proportionalis ratio) est mutatio de non esse ad esse, sed omnis mutatio praesupponit subiectum, in quo, & ex quo fiat, sed materia non praesupponit subiectum, nec in aliquo subiecto est, alias materia prima non esset subiectum primum, ergo materia non potest generari, & per consequens, nec corrupti, solum ergo potest creari, & annihilari, & ex nihilo creata fuit. Unde nullum est naturale agens, quod valeat, producere, aut destruere materiam primam, quoniam creatio, & annihilatio nonquam ab agente naturali proueniunt, a solo ergo Deo materia prima prouenire potest, non ab Angelo, vel ab aliqua creatura. An autem creatura possit esse instrumentum creationis, controuertetur alibi. Sicut igitur nullum est compositum physicum, ex materia & forma, quod per creationem rigore

se fiat, sic nulla est materia prima, quae non fiat per creationem.

3 **C**ontrariae rationes nullo negotio possunt dilui. Ad primum concedo, materiam esse subiectum generationis, & corruptionis, atque adeo debere denominari ab eis, sed necesse non est, ut generatio (dictum puta de corruptione) secundum omnes sui rationes denominet materiam primam, sed secundum aliquam, & ideo non esse necesse, ut materia denominetur genita, denominatur tamen mutata, nam generatio plures habet rationes, & consequenter plures tribuit denominationes. Materia dicitur mutata, materialis forma educta, compositum genitum, & causa efficiens compositi denominatur generans, quae denominationes ab eadem entitate reali actionis, & passionis proueniunt.

4 **A**d secundum respondetur incorruptibile non semper esse perfectius corpore corruptibili: homo enim, vel equus corruptibilis est, & nihilominus est perfectior caelo empyrio, quod est incorruptibile. Tunc autem incorruptibile esset perfectius corruptibili, quando in reliquis est paritas, & aequalitas, nam negari non potest incorruptibilitatem qualiscunque sit, esse ali-

qualem perfectionem. Inter materiam autem, & compositum, vel formam nulla est paritas, & aequalitas, & ideo compositum, aut forma superat materiam perfectione, nam forma est actus, & compositum componitur ex actu, materia vero est potentia.

5 **T**ertia ratio futilis est, quoniam nititur modo loquendi, & cum de re constet, de modo loquendi rationem non habeo. Respondetur tamen, materiam dici incorruptibilem, totum vero nequaquam. Quoniam incorruptibile, vel ingenerabile sunt denominationes adeo negativae, & adeo negativae acceptae, ut negent nullo pacto compositum esse corruptibile, at licet compositum secundum aliquam partem incorruptibile sit, est corruptibile secundum se totum, & ob id absolute est dicendum corruptibile, & generabile. Dicitur autem homo materialis etiam si una pars sola materialis sit, quoniam haec denominatio est positiva & non negat secundum aliam partem esse spirituales. Accedit, quod unio hominis, ad quam in denominationibus totius compositi praecipue attenditur, est materialis, & ob hanc causam, homo absolute materialis, & cum addito spiritualis nuncupatur. Ratio vero

propter quam vno sit materialis, etiam si forma spiritalis sit, reddetur disput. 5. dubio ultimo.

Ad ultimam concedo, materiam primam, esse radicem corruptibilitatis, atque adeo quodlibet compositum, constans nostra materia esse corruptibile radicaliter, sic orbis coelestes corruptibiles sunt. Praeter hanc tamen radicem alia etiam requiruntur ad corruptibilitatem, ut dubio sexto attingam. Nego tamen, ex eo sequi materiam primam esse corruptibilem, sed potius corruptiuam materialiter. Nam illud pronunciatum propter quod vnum, quodque tale, & illud magis in causis materialibus non teneri, & pluribus limitationibus esse verum, docui tractatu septimo Logicae, disputatione secunda, dubio sexto, consule logicam.

### DUBIVM V.

*Vtrum materia omnium corporum sublunarium sit eiusdem speciei.*

**M**ateria omnium corporum sublunarium (de his solum in praesenti agimus) est

se eiusdem speciei docuit expressè Aristoteles, quem omnes eius interpretes sequuntur, & probatur ratione. Nam ut Philosophia testatur, vnum subiectum datur comune omnium generabilium, & corruptibilium, quod experientia liquet: videmus, enim materiam interdum forma ligni, interdum aquae informari.

Ceterum cum materiae primae ratio essentialis, & constitutiva sit potentia ad recipiendas formas, quo pacto vna in specie sit, & simul plures formas specie diuersas recipiat, explicandum est. Nam licet materia prima corporum sublunarium vna sit in specie per suam specificam differentiam, per rationem scilicet potentiae ad formas substantiales recipiendas: quaerendum est aliquid extrinsecum, per quod specificetur, & à quo summatur vnitas specifica materiae primae. Hoc specificatum aio, esse omnes formas substantiales, quatenus queunt informare materiam primam vinculo, & informatione amissibili ab intrinseco, & ideo materia prima est vna in specie, quoniam etiam si plures formas specie diuersas respiciat illas respicit sub eadem ratione formali, quatenus scilicet omnes conveniunt in hoc quod est esse actum adaequatum,

actu, & amissibiliter actualem, & informantem materiam primam.

**3** Quod autem à formis, haec vnitas specifica materiae primae sit desumenda, patet. Nam vnitas cuiuscunque potentiae summitur non à quolibet actu in adaequato, sed ab actu adaequato, ab omnibus scilicet actibus, quatenus eandem participant rationem, ergo potentiae materiae primae vnitas pensanda est, non penes quamlibet formam, quae est materiae primae actus in adaequatus, sed penes omnes formas, quatenus nexu, & informatione dissolubili ab intrinseco queunt afficere, & perficere, ac actuare materiam, & ut sic sunt actus adaequatus materiae primae, & quid specificatum eius, & secundum hanc rationem omnes formas, quas appetit materia prima, sunt vnum in specie lege in Logica, tract. 1. disput. 1. dub. 1. & 6. & tract. 7. disp. 4. dub. 3. vbi à quo vnitas specifica sciarum desumenda sit, dixi.

**4** Quae solet, an Deus, qui omnes materias corporum sublunarium creavit eiusdem speciei, possit creare aliam materiam primam, diuersae speciei à nostra. Respondetur, id non esse Dei omnipotentiae denegandum, quoniam nulla apparet

contradictionis implicatio, posset enim Deus creare materiam, quae nullomodo posset recipere animam rationalem, quia spiritalis est, & posset reliquas corporeas recipere, atque adeo non haberet eandem potentiam, ac habet nostra, nec eundem adaequatum actum respiceret, & si respiceret, forte non sub eadem ratione, ac nostra materia, suum adaequatum respicit: ite posset creare Deus vniam materiam, quae immediate susciperet animam, & alteram, quae reciperet eam media forma substantiali.

Inquires praeterea: an materia prima, creata à Deo distincta specie à nostra, posset esse imperfectior, quam haec nostra materia. Suarez tom. 1. metaph. disput. 13. sect. 12. & Rubio, tractatu de materia prima, quaest. 8. aiunt, hanc materiam nostram adeo esse infirmam, & imperfectam, ut nequeat à Deo alia inferior, & imperfectior creari, qui allegant Diuum Augustinum 12. de Ciuitate Dei aientem: *Duo Domine fecisti vnum prope te, scilicet substantiam Angelicam, & aliud prope nihil, scilicet materiam primam, sed probabilius loquuntur Puete, Hurtado, disput. 2. physica, sectio. 5. & alij moderni asserentes, posse, creari materias perfectiores,*



res, & imperfectiores hac no-  
stra, nam in hoc nulla videtur  
contradictionis implicatio.  
Imo si res attente consideretur,  
de facto datur (vt notat  
Harrada loco citato) mate-  
ria prima imperfectior hac  
nostra, materia videlicet cœ-  
li empyrei, quam specie diffe-  
rentiā a materia sublunari ne-  
mo inficiabitur. Et si (vt mul-  
torū ait opinio infra referen-  
da) materię Solis, Lunę, & om-  
nium Orbium cœlestium sunt  
diuersę specie a nostra, quo-  
niam perfectio, aut imperfec-  
tio pensanda, non est ex mo-  
do amissibili, vel inamissibili  
quos suscipiunt formas, sed ex  
perfectioe actus adequati,  
quem respiciunt materię, ex  
perfectioe scilicet formatū,  
quibus valent informari, ma-  
teria autem nostra perfectio-  
ribus formis informari po-  
test, quam materia cœli empi-  
rei; scilicet viuentis (si viuen-  
tis forma in materia suscipi-  
tur immediate.) admodum  
quo Authores, qui materias  
Orbium cœlestium distingui  
specie docent, asserunt mate-  
riam Solis esse perfectiorem  
materia Lunę, eo quod for-  
ma Solis, forma Lunę est per-  
fectior.

creare alios Angelos perfe-  
ctiores Angelis creatis, sic li-  
cet materia prima sit prope  
nihil, potest creari altera, quę  
sit magis prope nihil, nam nō  
adeo prope nihil materiam  
primā esse dixit Augustinus,  
vt altera proximior nihilo es-  
se, nequeat.

Nunc inquirendum restat;  
vnde vnitas numerica mate-  
rię sit desumenda. Manifestū  
est, dari plures materias in re-  
rū natura numero distinctas,  
nam ligni materia a materia  
ignis numero differt, per  
suam intrinsecam entitatem,  
per differentiam scilicet indi-  
uidualem quam eccitatem  
appellamus. Hęc autem vni-  
tas ab extrinseco solet dici  
etiam summi, sed difficile est  
assignatur illud extrinsecum,  
quoniam vnitas numeri, &  
distinctio numerica ex pluri-  
bus capitibus potest pensari.  
Si vis, dicito, non semper vni-  
tatem numericā summi ab ex-  
trinseco, & in ordine ad aliud  
licet aliquando summi possit,  
& semper summatur specifica  
in entibus, qui dicunt respec-  
tum ad aliud, de quibus loqui-  
mur, quoniam differentia in-  
diuidualis materialis est, &  
absoluta formaliter loquendo  
& secundum suum conceptū,  
licet entitatiue loquendo res-  
pectiua sit, ita philosophatur  
Rubio. Si tamen solite que-  
ris

73

ris extrinsecum; penes, quod  
indiuideretur. Dicito, illud es-  
se omnium formarum substan-  
tialium seriem, quę continen-  
tur in hac materia prima, &  
non in illa; nam secundum na-  
turę ordinem omnes formę,  
quę in hac numero materia  
valent subiectari, & ab ea edu-  
ci, nequeunt ab altera materia  
solo numero diuersa educi, &  
in ea subiectari. Quilibet igitur  
materia singularis respi-  
cit singularem ordinem for-  
marum substantialium, & sin-  
gulares formas, quas alia non  
respicit materia. Nam de ra-  
tione materię est potentia ad  
omnes formas substantiales  
secundum speciem, non secun-  
dum numerum: sic philosopha-  
re, si hac vteris solutione, quę  
mihi arridet.

## DVBIVM VI.

*An materia cœlestis, &  
sublunaris differant  
specie.*

**S**uppone ex libris de cœlo,  
cœlum esse corpus habens  
trinam dimensionem, & com-  
positum ex materia, & forma,  
non simplex, vt aliquibus pla-  
cet. Hoc autem corpus, non  
est elementale, ignis, terra,  
aer, vel aqua. Sed longe perfe-

ctius corpus elementari, nul-  
lo pacto ex elementis mix-  
tum: idem dictum puta de cœ-  
lorum astris.

Suppone secundo, dubium  
non procedere de cœlo empy-  
rio. Istud enim, vel non con-  
stat materia, vel si constat est  
specie diuersa a nostra, vt in-  
calce huius tractatus dicam,  
sed procedit dubium de alijs  
corporibus cœlestibus; de qui-  
bus querimus, an habeant ma-  
teriam specie diuersam a ma-  
teria sublunari seu (quod  
idem est) elementalī.

Multorum opinio ait, mate-  
riam cœli a materia nostra es-  
se specie diuersam, pro qua  
sententia allegantur D. Tho.  
1. p. quęst. 96. art. 2. & Aristot.  
1. de cœlo, cap. 3. defenditur  
quę a pluribus modernis. Sua-  
rez tom. 1. metaph. disput. 13.  
sectio. 11. Rubio in libris de  
cœlo, Sala disput. 3. quęstio.  
5. dubio 1. & alijs, quorum  
opinionis est hęc ratio. Si ma-  
teria cœli esset eiusdem spe-  
ciei cum sublunari, cœlum es-  
set corruptibile, quod conce-  
dendum non est. Patet seque-  
la, nam ideo corpus sublunare  
corruptibile est, quia eius ma-  
teria appetit alias formas, sed  
si materia cœli esset eiusdem  
rationis cū nostra, appeteret  
omnes formas, atque adeo cœ-  
lum esset corruptibile. Radix  
enim corruptibilitatis est ma-  
teria

S. Thom.  
Aristot.

Suarez.

Rubio.  
Sala.

teria plures appetens formas.

4 Oppositam sententiam docuerunt plurimi ex antiquis, & ex recentioribus Martinus del Rio in primo caput Geneleos. Coimbricenses in lib. 1. cælo, quæstio. 6. art. 1. Hanc sententiam reputant probabilem, & eam defendit non vulgari eruditione Ludovicus, Molina 1. par. tract. de opere sex dierum & alij.

5 Vtraque sententia probabilitate non vacat, placet tamen hanc secundam sequi, quoniam congruentior est sacrae paginæ insinuanti, cælos factos esse ex aqua, nam licet stando principijs philosophicis, vtraque facile possit defendi sententia; hæc secunda viam parat faciliorem ad explicandum opus sex dierum conformius ad literam Genesis: propter quod Molina de opere sex dierum agens, sententiam, quam primo de cælo cap. 3. quæst. 2. docuerat, materiam scilicet cæli distinguere specie à sublunari, prima parte retractauit. Affero ergo materiam omnium cælorum, qui numerari solent (empyreum excipio) & astrorum esse eiusdem speciei inter se, & cū materia sublunari. Hanc sententiam probant nonnulli, ex eo quod Deus nequeat materiam creare, quæ vnus tantum sit capax formæ, quod probant: *Quia actus est qui distinguit*, test. Aristot. 7. metaph. tex. 49. ergo inter materias non est distinctio specifica. Sed ratio est inefficax, quoniam non implicat, dari materiam primam, vnus tantum formæ capacem. Illud pronuntiatum actus est qui distinguit specificè, intelligi potest de actu metaphysico, & sensus pronuntiati erit; actus hoc est, differentia methaphysica, quæ actus dicitur, sicut genus potentia, est quæ distinguit; nam differentia munus est, facere differre.

Quod ergo mihi suadet sententiam asserentem omnes materias cæli, astrorum & corporum sublunariū esse eiusdem speciei est germana primi cap. Genesis expositio, quæ ex hac sententia, quam amplectimur depēdet. Quod ut constet, non nihil de productione cælorum dicendum est. Creatis Angelis tria solum corpora primo die creauit Deus, cælum empyrium, terram, & aquam, ut sacra testatur pagina. *In principio creauit Deus cælum*, hoc est empyrium, & terram. Ecce cæli empyrei, & terræ mentio: *Et tenebræ erant super faciem abyssi*, vide aquam obscuram, quæ sicut terra nuda erat. Nam primo die fabricatus est Deus mundum

6

dum, tāquam domum rudem, & imperfectam, cælum empyrium, ut mundi rectum, terram, ut solum, & fundamentum, & interstitium, quod inter cælum empyrium, & terram erat, repleuit aquis, ne vacuum daretur: ex quibus secunda die factum est firmamentum, diuidens aquas ab aquis, quod firmamentum nihil aliud est quam aggregatio corporum interiectorum inter aquas terrestres, & cœlestes, quæ attigunt sunt cælo empyrio: hæc autem corpora, quæ nomine firmamenti significantur, sunt cæli mobiles, ignis, & aer, ut erudite defendunt Molina Martinus del Rio, & alij, si ignis vicinus Lunæ datur. Ecce ex materia aquæ facti sunt cæli mobiles, atque adeo habebunt eandem materiam aquæ, & eiusdem speciei cum materia nostra, sed de his tractent Theologi.

7 Ad argumentū, cui opposita innitur sententia, diuersæ solent adhiberi solutiones Martinus del Rio in caput Geneleos plane fatetur, cælos mobiles esse corruptibiles, quam sententiam tenentur, asserere, quorquod astruunt, cælos eiusdem esse rationis cum elementis, ut Iustus Lipsius in Philosophia stricorum, & alij. Sed asserendum est cum communi Philosophorum, cælos

esse incorruptibiles, alias Luna corrupta esset ab igne, si Lunæ ignis adhæret, ut plurimi autumant; nam ignis Lunæ vicinus (si Luna esset corruptibilis) non posset, per tot annorum millia Lunam non corrumpere.

8 Alij dicant, cælum esse incorruptibile, etiam si materia cæli differat à nostra specie, ratio est, quia forma cæli in format materiam inseparabiliter. Quod si ab his inquiras recentioribus, cur inseparabiliter forma cæli materiam in format. Respondet, rationem esse, quoniam forma cæli adeo est perfecta, ut totum appetitum materię satiet, sed contra est, quod anima rationalis est forma perfectior qualibet forma cæli, & non satiat appetitum materię, ergo similiter forma cæli non satiabit materię appetitum.

9 Ad argumentum igitur respondentur, cælum habere materiam solo numero diuersam à nostra, atque adeo materiam habet potentiam, & appetitum ad recipiendas alias formas, nihilominus tamen esse incorruptibilem, non ratione materię; nam si ad eam attendamus corruptibile est, sed quoniam dispositio nes formarum cælorum carent contrario, à quo expellatur, & agens naturale, non alio modo

Molina Martin. del Rio.

Lipsius.

Del Rio. Coimbr.

Molina.

Conclus.

modo corrumpere potest, nisi expellendo dispositiones, & qualitates conservatiuas formæ corrumpendæ.

10

Dices primo, ergo cœlum ab intresco est corruptibile, & ab extrinseco incorruptibile. Do totum, quoniam nihil absurdum dicitur, aut ex eo infertur, potest tamen cœlum dici incorruptibile ab intrinseco, quoniam ideo est incorruptibile, quia eius forma talis est naturæ, vt non habeat in rerum natura contrarium, admodum quo quantitas incorruptibilis est, quia nulla est forma ei contraria, per quam expellatur, sed cum de re constat, de nomine non multum curo.

11

Dices secundo: materia cœli est eiusdem speciei cum nostra, sed nostra materia est subiectum frigiditatis, caloris, & aliarum qualitatum corruptiuarum, ergo materia cœli poterit recipere calorem, & frigiditatem, & alias qualitates corruptiuas, imo de facto eas recipit ab igne, qui prope cœlum est, si autem materia cœli valet suscipere calorem, suscipiet ignem, atque adeo corrumpetur.

Responderi potest imprimis, nullum esse agens à quo aliqua ex quatuor qualitatibus corruptiuis frigiditate scilicet, calore, siccitate, & humi-

ditate introduci queat; nam probabilis opinio illam regionem ignis negat, & non poterunt ab igne pati, cœli aer debile agens est, & agere in cœlum nequibit, vnde nulla qualitas corruptiuæ poterit in cœlo introduci.

Secundo responderi potest, accidentia, quæ sunt dispositiones formæ cœli esse talis naturæ, vt natura sua cuilibet qualitati resistent, quam resistentiâ vincere nequeunt quatuor primæ qualitates ob suam imperfectionem, & qualitates cœlorum adeo perfectæ, & neruosæ sunt, vt nulla sit qualitas creata, à qua possint vinci, & expelli, poterit tamē Deus alias qualitates producere, quæ qualitatibus cœli sint contrariæ, & eis robustiores, atque adeo valentes cœlorum dispositiones expellere, & cœlos ipsos corrumpere, sed de facto huiusmodi qualitates non dantur, & ideo de facto qualitas cuiuslibet cœli habet qualitates incompatibiles cū qualitatibus aliorum cœlorum, & corporum sublunariū; propter quod cœlum superius inferius non corrumpit, nec in illud agit.

Demum respondetur, materiam cœli posse recipere calorem, frigiditatem, & reliquas qualitates, quæ sunt in rerum natura, & produci, possunt, si agens

agens producens eas cœlo applicetur, hæ tamen qualitates de nouo introductæ, non expellent qualitates dispositiuas cœlorum, eo quod illæ qualitates nullum habent contrarium, & quod calor, aut frigus in cœlo producatur nihil damni cœlo ad crescit, nec ad corruptionem preparatur, aut disponitur, & dato quod calor, vt sex, vel vt octo sit in materia cœli, non est vltima dispositio ad ignem recipiendum, quoniam vltima dispositio ad formas ignis, non est calor, vt sex verbi gratia, sed calor vt sex expellens dispositiones conservantes formam substantialem corrumpendā, dispositio enim calor expellendo oppositā dispositionē, & quia in cœlis non expellit, non vltimo disponit: plura enim coniunguntur, vt calor, vt verbi gratia, vltima dispositio ad formam ignis introducendam dicatur, sed de his latius in libris de generatione, & corruptione.

15

Dices tertio: *Frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum*, ergo si materia cœli habet potentiam ad recipiendas formas sublunarium, eas aliquando recipiet, & si materia sublunarium habet appetitum formæ cœli, illam aliquando habebit. Respondetur, illud pronunciatum, si

verum est, sic fore intelligendum: *Frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum*, hoc est, ad aliquem actum, potentia autem materiæ cœli iam reducta est ad actum cum formam cœli habet; nam potentia non debet reduci ad omnes actus, quos habere valet, sed ad aliquem. Præterea sufficit, quod aliquando reducatur ad actum; nam potentia nutritiua corporis gloriosi nūquam reducetur ad actum, at fat est, quod aliquando ad actum fuit reducta, sic potentia materiæ cœli reducta fuit ad actum; nam habuit formam aquæ, & nunc habet formam cœli. Materia cœli habet potentiam naturalem, ad recipiendas formas sublunares, & materia corporis sublunaris habet potentiam naturalem ad recipiendam formam cœli, quoniam licet modus receptionis naturalis non sit, est naturalis forma, atque adeo est naturalis secundum substantiam, & supernaturalis secundum modum.

16

Arguet medicus: viuens moritur nulla equalitatibus expulsa per aduentum, & introductionem venenosæ qualitatis, vt patet in homine, qui aconitū summsit, ergo ad corruptionem compositi substantialis, non requiritur expulsio qualitatū dispo-

nen-

ponentium, sed fat est introductio qualitatis disconuenientis formæ substantiali: cum ergo calor sit qualitas disconueniens formæ cœlorum, per ipsius introductionem cœli corruptetur. Respondetur, nequaquam hominem posse, interire, nisi aliqua è primis introducat qualitas, & alia expellatur. Pater, quoniam si arbitraris ablata anima rationali aliam introduci formam (de quo tractatu primo de generatione est ferèdū iudicium) necesse est, ut disponat venenum materiam ad alteram suscipiendam formā, illam autem disponet, causando calorem, frigus, humiditatem, aut siccitatem. Decipiuntur ergo medici, qui venenū immediate per qualitatem occultam hominem vita priuare aut mutant: occidit namque venenum, quatenus causa est ut primæ qualitates perturbentur, & in ea minime sint proportione quam ad sui conseruationem rationalis exigat anima: vel si aliquam qualitatem habet venenum occultam, alia etiam occulta necessario est in viuenti concedenda, quæ sit animæ conseruatiua, & à viuenti expellatur per venenum; nequit enim substancialis corruptio dari, nisi tanta sit qualitatum pugna, ut corruptantur non

nullæ. Hęc autem pugna minime in orbibus reperitur cœlestibus, & ob id cœli dicuntur incorruptibiles: hæc doctrina & medicis placet, & mihi non displicet.

### De cœlo empyreo.

**H**Uc vsq; egimus de cœlis mobilibus, nunc super est de cœlo empyreo disputare, an scilicet conset materia, eiusdem rationis cum elementis. Dari cœlum empyreum consentaneum est sacris literis, & ab antiquissimis patribus assertum, atque adeò nullo pacto negandum. Hoc cœlum omnium est lucidissimum, & pulcherrimum, nec mouetur, nec per sensum à nobis percipitur, & est sedes, & curia cœlestis beatorum, quod cœlum perpetuum, & æternum dicitur à sanctis patribus, æternitate à parte post, non à parte ante, nam cœlum empyreū in æternum manebit. Reliqui autem cœli ram aerei quam siderei in die iudicij renouādi sunt supernaturaliter per aduentum nouæ formæ retenta pristina materia, ut inquit Molina i. par. tract. de opere sex dierum, disput. 3. Quod attinet ad materiam cœli empyrij censebit aliquis, cœlum empyreum care-

17

*Molina.*

re

re materia, atque adeò esse corpus simplex: at licet non repugnet dari corpus simplex & difficulter possit demonstrari, cœlum empyreum esse compositum, compositum censendum est, quoniam id colligitur ex pluribus coniecturis; nam cœlum empyrium habet quantitatem, quæ signum est materiae; in qua recipitur, quia ut inquit Plotinus Aneida 2. lib. 4. cap. 6. quidquid habet molem, habet materiam. Item habet densitatem, vel raritatem, quæ semper materiam primā comitantur.

*Plotinus*

a 8

Hęc materia prima, qua constat cœlum empyreum, diuersa est specie à materia corporis sublunarium, & cœlestium, atque adeò talis conditionis, ut non appetat alias formas, sed eius capacitas satiata sit sola forma cœli empyrij. Ratio autem propter quam sic de cœlo empyreo philosophamur, est, quoniam materia cœli empyrei nunquam habuit aliam formam, aut habitura est: & ex hac coniectura colligimus, satiatam esse eius materiam, & non dicere potentiam ad alias formas, ac per cōsequens nullo pacto cœlum empyreum corruptibile esse. Reliqui vero cœli materiam habent, quæ prius fuit forma aquæ informata, & postea forma cœli, ut sacræ insinuant literæ. Ex

quo constat, materiam genus esse ad materiam cœli empyrei, & ad materiam reliquorum corporum cœlestium, aut sublunarium. An autem affirmari possit cœlum empyreum esse corpus simplex disputatio ne vltima dubio vltimo scies.

Dubitauis, quæ nam sit perfectior materia, materia cœli empyrei, an ceterorum. Res est incerta, & neutra pars potest probari, & vtrumque defendi. Si materiam cœli empyrei perfectiorem reputas, dic perfectionem materie pensandam esse penes diuersum modum suscipiendi formas. Materia autem cœli empyrei formas suscipit in amissibiliter, materia nostra amissibiliter, & modus suscipiendi in amissibiliter perfectior est: si vero arbitraris materiam cœli empyrei esse minus perfectam, dicitur maiorem, vel minorem perfectionem desumendam esse à maiori, vel minori perfectione formæ, quam respicit materia, & materia nostra potest suscipere animam rationalem, quæ longe perfectior est, quam forma cœli empyrei, atque adeò materia nostra, & materia cœli empyrei mutuo se excedunt, at maior excessus est, quo materia nostra excedit materiam cœli empyrei, quam è contra, quoniam licet imperfectio sit, habere rationem

19

potentia, perfectio est, istam potentiam esse ad formas perfectissimas, vtrumque est probabile, quo autem modo anima rationalis suscipiatur in materia prima, an mediate, an immediate, tractatu primo de generatione definitur.

DUBIVM VII.

*An materia habeat propriam existentiam distinctam ab existentia forma.*

**P**reambulæ disputationis, si in memoriam dubia reuocet nonnulla, præsentis difficultatis deteges per facile nodos; dubijs namque secundo, & tertio sola ratione essentiam ab existentiam secerni ostenditur doctrina si in tuo insidet animo; iter parabitur; & quæ nam ex his duabus valde oppositis sententijs, eligenda sit, edocebit clare.

*Thomistarum opinio.*

**A**sserit, materiam primam non habere propriam existentiam, sed existere existentia formæ, & ab ea denominari existentem, sicut album ab albedine, sic non solum veteres Thomistæ, Cayetanus, Ferrara, & alij, verum etiam moderni, Vañez primo de generatione cap. 3. quæst. vltim. Nauarrete, 1. par. tom. 1. controuersia. 17. Ripa in defensione vtriusque Thomæ. Petrus Ledesma, tom. de diuina perfectione quæst. 4. art. 2. tenent etiam Cabrera, 3. par. tom. 1. quæst. 8. art. 1. Carmelitani patres hic quæst. 5. & alij.

res Thomistæ, Cayetanus, Ferrara, & alij, verum etiam moderni, Vañez primo de generatione cap. 3. quæst. vltim. Nauarrete, 1. par. tom. 1. controuersia. 17. Ripa in defensione vtriusque Thomæ. Petrus Ledesma, tom. de diuina perfectione quæst. 4. art. 2. tenent etiam Cabrera, 3. par. tom. 1. quæst. 8. art. 1. Carmelitani patres hic quæst. 5. & alij.

Probatur autoritate diuini Thomæ, nam 1. par. quæst. 7. art. 2. ad 3. inquit: *Discendum, quod materia prima non existit in rerum natura, per se ipsam, cum non sit ens in actu, sed in potentia tantum, quam sententiam, alijs non semel expressit in locis.*

Ratione probatur primo, materia est pura potentia, ergo nullum habebit actum à se, sed omnem actum habebit à forma, at existentia est actus entitatus, ergo illam ei tribuit materiæ primæ forma.

Secundo, ex duobus entibus in actu, non fit vnum per se, sed ex materia, & forma fit vnum per se, & forma est ens in actu, ergo materia erit ens in potentia, atque ad eodè expers propriæ existentia.

Tertio, quidquid habet actum existentia, constituitur in determinata specie, cum nulla sit entitas in rerum natura, quæ non pertineat ad deter-

Casert.  
Ferrara.  
Vañez.  
Nauarr.  
Ripa.  
Ledesma.  
Cabrera.  
Carmel.  
S. Thom.

3  
S. Thom.

4

5

determinatam speciem, at materia prima, non pertinet ad aliquam speciem determinatam, sed est indifferens ad quæcumque; & sola forma est, quæ eam determinat ad speciem, ergo formaliter ex se materia non habet existentiam, sed existit per existentiam formæ.

**7** Quarto, sicut se habet purus actus ad puram potentiam, ita pura potentia, ad purum actum, sed Deus, qui est purus actus, ita se habet, vt nullam habeat potentiam, ergo materia prima, quæ est pura potentia, ita se habet, vt nullum habeat actum, sed existentia est actus, ergo illam non habet materia, ex se, sed recipit à forma.

**8** Confirmatur, quia inter purum actum, & puram potentiam, debet esse summa distantia, sed si materia habet actum, non intercedit summa distantia; nam maior distantia intercedet, si nullum actum haberet materia, ergo nullum habet actum, nec existentiam.

*Assertio.*

Vera sententia, his temporibus satis plausibilis censet, materiam primam, habere ex se propriam existentiam omnino distinctam ab existentia formæ. Huius sententiæ primi author refertur, & laudatur Scotus, qui in 2. distinct. 1. quæst. 1. & secunda effica-

citer eam probauit; Scotum imitantur sui discipuli, & eò muniter recentiores, Suarez, Rubius, Plaza, & quotquot existentiam, nõ distingui realiter ab essentia arbitrantur, è quibus, nonnullos retuli disputat. præambula, dubio 3.

Probatur primo, ea doctrina diuini Thomæ 1. par. quæst. 66. art. 1. & 4. vbi duo de materia dicit, alterum fuisse per creationem productam, & alterum, quod prius natura, & origine fuerit creata informis, hoc est, sine omni forma, etiã si in nullo tempore, vel instanti fuerit, sine aliqua forma. Ex quo sic argumentor, materia prima, est per creationem producta à Deo, sed creatio teste sancto Doctore 1. par. quæst. 45. art. 4. ad 3. terminatur ad ens in actu, hoc est existens, ergo materia, quæ prius natura, quæ sit forma, creatur, habet propriam existentiam, & illam non participat à forma.

Confirmatur, quia materia prima est causa vera, & realis formæ materialis, ergo non existit, per existentiam formæ, sed per propria, patet consequentia, quia materia eo ipso, quod sit causa, debet esse prior suo effectu, qui est forma, ergo existens; nam nulla causa potest causare, nec potest proxime ad causandum intelligi, nisi intel-

Suarez.  
Rubio.  
Plaza.

10  
S. Thom.

11

9  
Conclus.

Scotus.

ligatur existens, ergo ante quam sit forma, intelligitur existens, cum autem tunc non concipiatur forma educta, sed educenda à materia, non poterit materia concipi existens per existentiam formæ non existentis.

producta, non poterit existentia spiritali existere, & esse extra causas. Confirmatur, quia si materia existeret per formam existentiam, quoties mutaretur forma, mutaretur existentia materiæ, & non àdquiret, & de nouo esset extra causas, possetque dici materiam produci ab agente, à quo forma producitur, & compositum generatur; quoniam produciens formam, simul efficeret materiam esse extra causas.

Vt huic, alijsque eiusdem roboris argumentis Carmelitani satisfaciunt patres, communiſcuntur mira, & eandem remitis considerauere modis: ipsos audite. §. 67. *Intelligitur*, inquit, *res esse quodam modo nihil, & quodam modo aliquid*, id profectio humanam intelligentiam fugit. Vales ne idem simul esse, & non esse, concipere? materiã (aiunt) quatenus intelligitur à Deo creata, est aliquid, & quatenus intelligitur nondum causata à forma, est nihil. Quis percipiet animo idem simul esse nihil, & aliquid? silentio in voluo illos duos quos in materia prima imaginantur status, nempe statum materiæ primæ ſistentis, & statum egredientis, quoniã & eadem prorsus daricie laborant, & supra disputatione præambula, dubio 3. eã licet intransitu reieci.

Cxtc-

15 Cæterum si adhuc in tua uetusta perſtas opinione, plura, quæ ex ea videntur, absurda ſequi, non celeriter contem- plare. In primis ſequitur, idẽ esse ſimul creatum, & produ- ctum, quod man ſestam inuo- luit repugnantiam. Patet ſe- quela: eſſentia materiæ præ- ciſſe ſumpta, non creatur, que (vt diſputatione præambula, dubio primo, attigi) in produ- cibilis eſt incorruptibilis, & in generabilis: creatur ergo vt exiſtens, ſed exiſtentia mate- riæ primæ non creatur, ſed educitur, ſicut forma cuius eſt exiſtentia educitur, ergo vt exiſtens educitur, atque adeo materia prima, vt exiſtens crea- tur, & non creatur. Item Deus ſua abſoluta potentia ualeat a- nihilare materiam primam, & conſeruare formam exiſtentẽ: tunc ſic. In illo caſu, materia prima annihilaretur, & non ani- hilaretur, quoniam & mate- ria eſſet in nihilum redacta, & exiſtentia materiæ primæ ma- neret, ſi per exiſtentiam formæ exiſtere, aiſ. Præterea ſi mate- ria prima per exiſtentiam for- mæ exiſteret, conſtitueret ſe ipſam in rerum natura, quoniam ſe ipſam faceret exiſten- tem. Patet: materia cauſat for- mam, & eius exiſtentiam, & exiſtit per exiſtentiam formæ, ergo cauſat ſuam exiſtentiam.

16 Forte Carmelitarum Colle-

giam, his opreſum rationibus hanc fugæ uiam quaſiuit. Concludit namque numero 55. diſput. 3. *Ergo ſolum modo totum propriam habet exiſten- tiam*, negat igitur propriam exiſtentiam, & materiæ primæ & formæ ſubſtantiali: quod aſſit ad Thomiſtarum men- tem Thomiſtæ iudicent. Fal- ſum autem eſſe nullo oſtendi- tur negotio: exiſtere eſt rem eſſe extra cauſas, ſed materia, & forma cauſant totũ, atque adeo tribuunt illi eſſe extra cauſas, & totum non cauſat materiam, nec formam, ergo totum non tribuit materiæ, & formæ exiſtentiam, ſed po- tius eſt contra materia, & for- ma tribuunt exiſtentiam toti. Vlterius animam rationalem per propriam exiſtentiam exi- ſtere, & non per exiſtentiam hominis compertum eſt; nam ſolus Deus illam extra cauſas collocauit, ergo ſolus Deus dedit ipſi exiſtentiam, non ergo habet illam à toto. Alia erumpunt argumenta, quæ breuitatis ergo uolo, reſecare.

Oppoſitis ſit ſatis.

VT authoritati diui Tho- mæ fiat ſatis, oportet ſci re, quo pacto materia prima dicatur pura potentia, & cuius actus ſit expers, & quem

Carmel.

17

12

Molina.

13

actum habere possit. Pro quo nota, duplicem esse actum, vnus dicitur physicus, & alter metaphysicus: actus physicus, qui etiam dicitur actus informatius est ille, qui distinguitur realiter à subiecto, quod actuatur, & correspondet potentiae, passiuæ materiæ primæ, verbi gratia, forma ignis, actus vero metaphysicus sola ratione, distinguitur à re, cuius est actus, & sub diuiditur in essentialem, seu (quod idem est) formalem, & in entitatiuam. Actus formalis, est, differentia metaphysica, quæ actuatur potestialitate generis, verbi gratia, rationale actuatur, & determinat animal, ad hominē, quod est in potentia, ad quamcumque speciem, & hic actus non distinguitur, nisi ratione, à genere, quod actuatur. Actus entitatiuus est actus existentie, cuius munus est actuare entitatem rei, opponere illam extrinsecas causas in rerum natura, & hic actus non distinguitur realiter ab entitate rei, & correspondet potentie obiectiuæ.

Ad auctoritatem diuini Thomæ respondeo, sanctum Doctorem dixisse, materiam primam non existere in rerum natura per se ipsam, hoc est, solam in formam, & nudam omni forma, sed semper esse formam in ductam, & rationem reddere, quoniam non est in actu, sed

potentia tantum, hoc est, quia ex se, non habet actum physicum, sed actum metaphysicum. Hæc obsecro tibi ardeat expositio, si inseruire Angelico cupis Doctore, cui duras fas non est, assignare doctrinas.

Ad primam rationem respondetur, materiam dici puram potentiam, vt significetur in physica compositione tantum esse subiectum receptiuum formarum, & vt refellatur opinio aientium, materiam primam esse aliquod compositum, ex materia, & forma, atque adeo, non vocari materiam puram potentiam, respectu omnis actus, sed solum respectu actus physici, hoc est, respectu actus informantis, & actuantis physici; nam materia non est actus actuans, vel informans: locutioni autem, quæ materia prima dicitur pura potentia, non derogat, habere actum metaphysicum entitatiuum, existentiam scilicet; nam est, potentia pura, hoc est, expertus actus actuans, & informantis physice, & simul habet actum existendi. Est ergo materia prima pura potentia, in genere physico, non vero in genere metaphysico, vt docet Suarez tom. 1. metaph. disput. 13. sect. 5.

Rogabis, an materia prima habeat actum metaphysicum essentialem, differentiam scilicet

Rubio.

licet metaphysicam. Rubiustra statu de materia quæst. 2. materiam primam esse potentiam adeo puram vult, vt constare genere, & differentia abneget; nixus quodam fundamento, quod enervauit tracta. 3. Logicæ, disput. 6. dubio 1. nempe solas naturas completas posse denominari à secundis intentionibus predicabiliis, & genus, & differentiam, in solis completis rebus inueniri. Sed asserendum est, cum Suarez loco nuperime allegato, materiam genere, & differentia constare, & in rebus in completis verum genus, & veram differentiam reperiri, & alijs rebus omissis in materia compertum est; nam materia ad nostram, & ad materiam cæli empyreæ est genus, & hæc duæ materiæ per veras differentias, specificas discernuntur; imo substantia in completa physice ad materiam, & formam genus esse, & non includi in earum differentijs, non difficulter defendi potest, si affirmetur substantiam in completam, quæ est transcendens, & analogam abstrahere à substantijs ita in completis, vt nullo pacto, hoc est physice, aut metaphysice completæ sint: materia autem, & forma sunt entia in completa physice, & completa metaphysice; nam est completa

materia, sed de his differant logicus, & metaphysicus.

Illud axioma, ex quo secunda concinnatur ratio: *Ex duobus entibus in actu, non fit vnum per se*, intelligit Suarez loco allegato sic, ex duobus in actu completis, non fit vnum per se, ex duobus vero entibus, in actu in completis, qualis sunt materia, & forma fit vnum per se. Vel sensus pronuntiati sit, ex duobus entibus in actu, quorum nullum se habeat vt potentia, non fit vnum per se, ex duobus vero entibus in actu quibus vnum se habeat vt potentia, vel subiectum, & aliud vt actus, vel forma, fit vnum per se, facient ergo vnum per se, duo entia in actu si vnum eorum gerat vices potentie, & cetera ad finem ad unitatem per se necessaria.

Ad tertium respondetur, distinguendo minorem, materia prima, non pertinet ad aliquam determinatam, speciem entis completi, & compositi, concede minorem, quia talis species determinatur à forma; non pertinet ad aliquam determinatam speciem entis in completi, nego minorem: materia enim ignis, verbi gratia, est sub determinata specie entis completi, nempe ignis per formam ignis, & per se ipsam sub specie entis

21  
Suarez.

22

Suarez.

20

in .ōpleri, nempe materia, & hoc sufficit, vt propriam habeat existentiam, ex quo facile potest intelligi, illud pronunciatum, *Omne esse est à forma*, hoc est omne esse specificum, & completum est à forma, non vero omne esse in cōpletum. Duplicet hæc solutio. Carmelitans patribus, hinc quæst. 3. quorum impugnationes prætereo tacitus, quia adeo vetusta argumenta, necessum est, vt senectute frigescant, nec nostræ solutioni Doctoris deest fauor Angelici, ipsam audite i. par. quæst. 75. art. 7. ad 3. *unde, nec propria anima est in specie, sed compositum*, pari ratione, materia prima est improprie in specie, hoc est in specie entis incompleti, in qua specie etiam est anima.

23. Ad ultimam rationem respondetur, negando maiorem, si intendant omnimodam proportionem inter purum actum, & puram potentiam, etenim purus actus nullam potest habere potentialitatem in quocumque genere, pura tamen potentia in vno genere, bene potest habere aliquem actum in alio genere, vt de materia prima explicatum est. Deus, qui est purus actus in omni genere, in nullo potest habere potentialitatem, quoniam potentialitas dicit imperfe-

ctionem, quæ in Deo inueniri nequit, materia autem in vno genere est pura potentia, in altero autem cōtinet actum, atque adeo aliqualem perfectionem.

Ad confirmationem dico, 24. impossibile esse illam distantiam inter purum actum, & puram potentiam taliter, vt potentia nullum habeat actum existentiam, si enim nullam haberet existentiam, profecto esset nihil, & non esset pura potentia, quæ aliquomodo posset proportionari, aut comparari cum puro actu.

25. Quæ res, an materia prima, habeat actum, qui vocari solet effectiuus, respondeo affirmative, nam materia prima, non solum dicit, potentiam passiuam, sed etiam actiuam, & habere potest actum effectiuum, efficienter enim valet relationes prædicamentales forte producere, & quantitas, mensententia, efficienter emanat à materia, vt alibi attingam.

### DVBIVM VIII.

*Vtrum materia prima, possit esse sine omni forma.*

2. **N**Unquam materiam primam fuisse denudatam omni

omni forma substantiali, & lege ordinaria non posse ab omni spoliari forma, & sine forma consistere, res est minime obcura, & omnium Doctorum hominum confirmata consensu. An autem tanta sit dependenda materia à forma, vt nec de potentia Dei absoluta possit existere sine illa: in magis nam dubitationem adduxit auctores.

2. Omnes fere Thomista, qui dubio præterito aiebant, materiam primam non habere propriam existentiam, sed existere existentia formæ, affirmant hic, non posse materiam existere sine forma aliqua ad huc per Dei absolutam potentiam, nec à Deo produci, aut conseruari sine forma posse.

3. Primo probatur. Materia dependet in genere causæ formalis à forma substantiali, sed Deus, non potest supplere effectum causæ formalis, ergo nequit conseruare materiam, sine forma. Patet maior; nam materia dependet à forma, non in genere causæ materialis, vel efficientis, aut aliquo alio modo, ergo in genere causæ formalis.

4. Secundo, si materia posset diuinitus conseruari, sine omni forma, posset naturaliter, sed naturaliter non potest ergo nec diuinitus probatur se quela, nam si materia habet

propriam existentiam, & propriam substantiam partialē, non habebit aliquam dependentiam ab illa, si autem nullam dependentiam habet, poterit esse naturaliter sine illa, quod patet a paritate rationis, nam anima rationalis, eo quod habet propriam existentiam, & propriam substantiam, & non dependet à materia, potest naturaliter esse sine omni materia, sed materia per se ipsam existit, & subsistit, & non dependet à forma, ergo poterit naturaliter consistere sine omni forma.

5. Auctores vero, quos dubio præcedenti docuisse, diximus materiam habere propriam existentiam, docent materiam primam, posse supernaturaliter produci, vel conseruari, sine omni forma, quibus auctoribus dubio illo subscripsi, & in præfenti adhæreo, & cum communi receptaque sententia assero, materiam primam existere posse per diuinam potentiam, sine omni prorsus forma substantiali. Patet primo; nam, quod materia sit sine omni forma, non implicat, ergo Deo non est hæc potentia deneganda, probatur antecedens, nam materia per se existit, & est per se, ergo non implicat, quod sola, & enudata existat, quoniam nullo modo dependet materia à forma,



tanquam à causâ formali, & esto, quod materia à forma dependet in genere causâ formalis, possit hic effectus formalis, secundarius cum sit, suppleri à Deo per genus causâ efficientis, si enim per formam existit materiam, poterit Deus facere, quod existat per aliquid aliud, quod non sit forma: ad modum, quo in Thomistarum opinione Christi humanitas per existentiam Verbi divini existit.

6. Pater secundo, nam maior est dependenda accidentis à subiecto, quam materiâ à forma, dependet enim accidens à substantia, ut à causa physica suæ entitatis, & existentie; sed accidens in Eucharistia conseruatur, sine subiecto, ergo poterit materia conseruari, sine forma substantiali, potest etiam forma materialis absque omni materia conseruari, ergo, & materia, sine omni forma. Ommito alias rationes, quæ circumferuntur, & habentur, tom. 1. metaph. Suarez, disput. 15. se. 9. quoniam in re adeò certa, & hac ætate adeò recepta, nō vacat immorari. Præterea quoniam proposita assertio in cōclusionem præcedētis nititur dubij, ubi ostensum est, materiam primam propriam existentiam habere.

7. Testimonia Angeli Doctoris non afferō, quoniam pro

utraque parte afferri solent, & facile possunt exponi. Præterea, quoniam adeò explorata, & euidens est hæc sententia, ut ei subscribant celebres Doctoris sancti discipuli, Soto *Soto*. 1. lib. physicorum, quæst. 6. art. 2. conclus. 2. & Bañez 1. par. quæst. 66. art. 1. dub. 2. conclus. 3. etiã si arbitrentur, oppositam sententiam expressisse sanctum Doctorem, nam inquirunt: *Anostro Sancto Doctore deficientes* (ipsorum sunt verba) *materiam posse conseruari, sine omni forma afferimus.* Quare mirum nemini videatur, etiam nos, qui ex eius, non sumus familia, quamvis ad Angelici Doctoris doctrinam valde proclives; hac in re communem recentiorum sententiam sequi immitantes illustres sancti Thomæ alumnos, & interpretes, *Victoriam* *Victorias*. Sotum, & Bañez. *Bañez*.

Satisfacere superest argumentis oppositi modi dicendi. Ad primum respōdetur, materiam primam non dependere à forma in genere causâ formalis, esto tamen, quod dependet existentia materiâ à forma existentia in genere causâ formalis, possit hic effectus suppleri à Deo in genere causâ efficientis; nam effectum secundarium causâ formalis, qualis esset existentia materiâ respectu existentie formæ, potest

potest Deus in genere causâ efficientis supplere: re enim vera, si existentia materiæ proveniret in genere causâ formalis à forma (ut arbitrantur Thomistæ) possit Deus defectum formæ per aliquid aliud supplere; & facere, quod sicut naturaliter materia à forma capit existentiam ab alia re caperet: Rode Carmelitarum Collegiū eo quod in hac questione materiam per existentiam formæ existere dicant, & in præcedenti solum modo totam existentiam convenire, asseruerunt.

*Carmel.*

8. Est tamen explicatu difficile, quo pacto materia à forma depēdeat; pro quo animadvertite, duplicem esse depēdentiam, unam à priori, alteram à posteriori, à priori dependet effectus à sua causa, verbi gratia, lux à sole; à posteriori dependere dicitur causa à suo effectu, verbi gratia, Sol à luce. Quo autem ex his modis materia dependeat à forma substantiali diuisit auctores; nam Thomistæ arbitrantur materiam à forma dependere à priori, tanquam à causa, à qua habet suum existere. Recentiores vero autumant, sola depēdentia à posteriori materiam à forma dependere, & his subscribens assero, materiam primam à forma dependere depēdentia à posteriori, ad mo-

*Assertum*

dum, quo anima dependet à suis potentijs, & causa à suo effectu, nam materia est causa materialis formæ materialis, forma nulla tēnus est causa materiæ: hæc autem depēdentia naturalis est, ita, ut nequeat naturaliter materia sine forma esse, quoniam id naturaliter postulat materia ipsa, & ipse ordo agentium naturalium; potest tamen diuisus, sine omni forma esse, nam hæc depēdentia parua est, ut pote à posteriori, ideo enim materia à forma dependere dicitur, quia forma dependet à materia, & est materiæ effectus in genere causâ materialis. Loquor de materiali forma, nam rationalis anima nec à materia causatur, nec materia ab ea; depēdentia autem à posteriori, depēntia proprie loquendo, non est, sed quædã, quasi connexio.

Dices: corpus à præsentia dependet depēdentia à posteriori, & nihilominus non potest Deus conseruare corpus, sine præsentia, ergo similiter etiam si materia dependeat à posteriori à forma, non poterit Deus conseruare materiam sine forma. Hac obiectione forsitam defendi potest, nequam posse per Dei absolutam potentiam materiam sine aliqua dari forma, etiam si propriam habeat existentiam, qua-

I. 3. niam.

niam tanta est materia cum forma connexio, ut nec lege valeat absoluta dispelari, quia essentialis est: & in auditum non est duas res distinctas ac proprias habentes existentias adeo coniecti, ut saltem una sine altera consistere nequeat, modus sine subiecto dari implicat, & unum relatum sine altero. Implicet pari ratione, materiam dari sine forma; & hac via sanctum defende Doctorem, si tibi affirmasse videtur, non posse sine forma materiam existere. Si huic te committis via, iurgio forsitam contendemus paruo: libet tamen dare obiectioni responsum. Nego antecedens, nam corpus, sine omni praesentia locali diuinitus potest conseruari, in quo casu nullibi esset positiue, esset tamen negatiue potius hic, quam ibi. Quoniam si relinqueretur suae naturae popullaret praesentia, qua praesentia huic loco, potius quam illi. Docui enim (non semel) Deum posse conseruare subiectum sine omni relatione: substantiam sine omni subsistentia, & perfectate actuali, & accidens sine omni actuali inhaerentia, ut conseruatur in Sacramento Eucharistiae: an autem ibi sit modus perfectitatis, quo inhaerentia accidentis suppleatur controuertatur a Theologis; existimo tamen dato, quod

illum modum perfectitatis habeat quantitas in Sacramento Eucharistiae, posse sine illo modo a Deo conseruari, & absque subiecto. voluit tamen Deus, illum perfectitatis, modum quantitati addere, ut quotiescunque quantitas sit sine subiecto, sit modo conformiori essendi rerum.

Ad secundum argumentum respondetur, negando sequelam & ad probationem dico, materiam esse existentem propria existentia, & in nullo genere causae materiam a forma dependere; nisi velis, dicere, finem materiae esse formam, quae dependentia non est ad rem. Nihilominus tamen materia nequit esse naturaliter sine omni forma substantiali, cuius signum est, quod nunquam materia stetit sine forma in rerum natura: ratio autem propter quam, nunquam est sine forma, prouenit a natura materiae id appetenti, & postulanti, & ab ordine agentium naturalium, ac successionem generationum naturalium. Taliter enim agentia disposita sunt ut quando una forma perijt, altera introducatur, quoniam agentia nequeunt formam corrumpere, nisi altera introducendo: nullum enim est agens, quod per se intendat corruptionem, sed generationem, ad quam, quasi per accidens corruptio

ruptio sequitur: nam generatio unius est corruptio alterius. Saltem inter non uiuentia.

Paritas autem de anima rationali, non conuincit intentum. Nam anima rationalis, si sit in materia, postulat, ut sit, peculiare dispositiones, quae possunt auferri ab agente naturali, & introducere alias, non conducentes ad conseruationem animae rationalis; in subiecto, & ablati his dispositionibus manet in rerum natura absque subiecto: in materia vero, quando una forma expellitur alia introducitur, & ideo nunquam manet spoliata forma aliqua, anima igitur quia est separata subsistens, & independens a materia, & nullum est agens, quod ei applicet aliquam materiam sufficienter dispositam, potest naturaliter sine omni materia existere, at tamen materia, etiam si subsistens esset, nequirit esse sine forma, quoniam agens, quod unam formam expellit, alteram introducit. Si tamen ordo agentium naturalium inueteretur, cessaretque generationum series, daretur materia denudata omni forma. Verbi gratia, si ignis introduceret dispositiones, quibus dispositiones ligni, atque adeo ligni forma expelleretur, & formam ignis, non introduceret ignis.

Instabis, quod materia prima, non sit, sine omni forma, prouenit ab ordine agentium naturalium, & generationum serie, ac successionem, ergo per accidens, & ab extrinseco habet materia, esse inductam forma substantiali. Respondeo, vestiri, & ornari forma, esse veluti proprietatem materiae, atque adeo non omnino per accidens, sed aliquo modo per se; eo modo, quo proprietates dicitur per se de subiecto; nam materiam habere formam, non est praeter eius intentionem, & eius naturam; sed suae naturae valde conforme, & quasi debitum: habere tamen formam prouenit ab agenti naturali, atque adeo aliquo modo ab extrinseco; partim tamen ab intrinseco prouenit, quoniam id postulat materiae natura.

Ex dictis nullo negotio dissolui potest dubium quoddam, quod excitatur a recentioribus, vtrum scilicet in casu, quod materia esset separata ab omni forma substantiali, indigeret peculiari Dei concursu, quo suppleretur formae comitantia. Affirmant Suarez tom. 1. in 3. 1. disputat. 14. sect. 3. & Conimbricenses 1. physicorum, cap. 9. quest. 6. art. 3. negat Hurtado disput. 2. physica, sect. 9. & longe probabilius; quia eadem materia, qua Deus nunc conseruat

13

14

Suarez.

Conimb.

mate:

materiam ligni, verbi gratia, conseruaret eam, etiam si omni careret forma. Patet, quia forma, non est causa materiae, ergo siue materia habeat illam, siue non, eodem modo produceretur materia, nam communiter dicitur, Deum maiorem concursum tribuere ad producendum effectum se solo, quam ad producendum illum cooperando cum causa secunda materiali, formali, aut efficienti, sed materiam quando est, sine forma conseruat se solo, ergo quando est cum illa, non conseruabit maiori concursu, sed eodem omnino inuariato; nouo enim, & maiori concursu, (si fidem recetioribus adhibemus) concurrat Deus, quando

abest causa secunda, & eius vires gerit, non vero, quando causa non abest, sed aliquid concomitans, & non causans. Huius superest disputationis epilogus, quem sanctus Thomas concinnasse videtur opusculo 32. cap. 1. sic explicans materiam primam: *Materia non est materia; unde materia non est generabilis, nec corruptibilis, quia omne quod generatur ex materia generatur, & quod corrumpitur in materiam corrumpitur, quia materia est principium primum, ex quo aliquid fit, & ultimum in quod abiit, quod corrumpitur. Unde ipsa, non nisi ex nihilo producitur, & non nisi in nihilum desinere, potest.*

## DISPUTATIO TERTIA

## De priuatione.



ONGRVO ordine post disputacionem de materia prima entis naturalis principio, de priuatione differimus, nam priuatio prius principium entis naturalis est, quam forma; breuis admodum, haec disputatio erit, quoniam de priuatione

reali, quae est fundamentum entis rationis, & de ipso ente rationis, quod priuatio nuncupatur, & est vnum membrum illius vulgaris diuisionis entis rationis in negationem, priuationem, & relationem rationis, egi in Logica tracta. 2. disput. 1. dub. 2. de priuatione autem quatenus est principium

pium entis naturalis non nihil dixi disputat. 1. huius tractatus dub. 2. & in praesenti disputacione in breui agam.

## DVBIUM I.

*Quid sit priuatio, quae est principium entis naturalis.*

**P**riuatio realis, vt tractatu illo secundo dialectice, disputat. 1. dub. 2. docui; *Est carentia formae in subiecto, apto nato ad habendam talem formam.* Negatio vero realis, est carentia formae in subiecto inepto ad habendam illam formam. Est autem inter negationem, & priuationem discrimen, quod negatio, non determinat subiectum, & priuatio subiectum determinat, vt notari dubio illo secundo. Priuatio connotat capacitatem subiecti: negatio vero minime, sed potius in capacitatem & ineptitudinem. Quanta autem debeat esse illa capacitas, & quanta haec ineptitudo, in hoc dubio est explicandum, vt quid sit priuatio, quae est entis naturalis principium, planius, pleniusque constet.

Vt autem discrimen inter priuationem, & negationem, & quid sit priuatio entis na-

turalis principium, magis patet; animaduerte, aliam esse carentiam, quae rigurose est priuatio, aliam, quae est negatio rigurosa, aliam denique, quae nec propria negatio, nec propria priuatio appellari potest. Carentia, quae est priuatio rigurosa, est carentia formae in subiecto, ita nato, & apto ad habendam talem formam, vt ei forma illa debeat, vel debito naturae, vel debito ex pacto, ordinatione, institutioneque: hoc est, vel debito naturali, seu physico, vel debito morali; nam duplex est priuatio rigurosa; altera physica, quae est carentia formae, quae debetur subiecto, debito naturae, altera moralis, qua subiectum caret forma sibi debita debito morali institutionis, & ordinationis. Physica priuatione rigurosa caret animal visu, quoniam caret forma sibi debita naturaliter. Morali priuatione (inquiunt Magister Lorca tom. 2. in 1. 2. sectio. 4. disput. 43. & Vazquez ibidem disput. 132.) Carent pueri iustitia originali, quoniam licet eis ex natura sua, non sit debita iustitia originalis, est eis debita ex institutione, & ordinatione diuina, quoniam pactum iniuit Deus de conferenda iustitia originali. Item, homo dicitur, gratia priuatus, quoniam etiam

Lorca.  
Vazquez.

si non debetur naturali debito homini, est debita ex diuina ordinatione, & homo peccato obstitit gratiæ infusioni: quod si Deus ordinationem mutaret, decerneretque hominibus non conferre gratiam, gratiæ carentia non esset rigorosa priuatio, sed negatio; nam licet priuatio physica auferri nequeat, nisi per formam oppositam; priuatio moralis, uerbi gratia, priuatio gratiæ in homine auferri potest, uel per formam oppositam, per gratiam scilicet ipsam, uel per negationem diuinæ ordinationis, qua hominem ordinauit ad gratiam, qua ratione priuatio in negationem transit: sed de his sepicule in Theologia disceptabitur.

3: Rigurosa negatio; *Est carentia formæ in subiecto inepto ad habendam illam formam, inepto adeo, ut illam habere nequeat, neque naturaliter, neque supernaturaliter, sic lapis dicitur negatus visu, quia nec lege ordinaria, nec potentia Dei absoluta uidere ualet. Sunt tamē aliæ carentiæ, quæ si mediæ inter negationem, & priuationem, quæ nec negationes rigurose, nec rigurose priuationes possunt appellari, & ob id interdum negationes, interdum priuationes à recentioribus nuncupantur, quoniam formæ, quarum sunt*

carentiæ, nec debentur subiecto, aliquo debito physico, uel morali, nec repugnant subiecto, sed saltem supernaturaliter in eo recipi queunt; huiusmodi tamen carentiæ poterunt non incongruenter negationes nūcupari. Utere quo uolueris nomine, de re enim constat, de uoce non cures.

4 His præhabitis proposito dubio respondeo, carentiam formæ generandæ, quæ est terminus à quo generationis, & unam ex tribus principijs entis naturalis inferi, esse rigurosam priuationem. Patet; nam priuatio rigurosa est carentia formæ debiti subiecto, sed forma generanda est debita materiæ debito naturali, ergo carentia formæ generandæ, quæ præsupponitur ad generationem in materia prima, est rigurosa priuatio. Quod autem materiæ primæ forma generanda debeatur, compartum est, si quidem ad illam recipiendam naturalem inclinationem, & appetitum habet. Vel si maui dicitur, priuationem illam, non esse priuationem rigurosam, nec rigurosam negationem, nec esse rigurosum debitum ad recipiendam formam, nisi materia sit ultimo disposita, si tunc esset priuatio; nam licet materia prima, semper sit priuata forma, qua caret interdum magis, inter-

*Affertio.*

interdum minus priuata dicitur; nam priuatio suscipit magis, & minus: quatenus magis, uel minus debitum (si debitum maiorem, uel minorem capacitatem dicit in subiecto) connotare potest: maior enim esset priuatio, quæ materia prima, ultimo disposita ad formam ignis introducendam haberet ad illam recipiendam, quam priuatio, quam nunc habet materia lapidis formæ ignis, eo quod magis debita est forma ignis materiæ primæ ultimo dispositæ ad recipiendum ignem, quam non ultimo dispositæ; de facto an ne materia ultimo disposita, habeat priuationem formæ generandæ ad quæ disponitur: alibi perlabens disputabo.

5 Dices, materiæ primæ informatæ una forma, non debetur altera, ergo non est altera priuata. Patet antecedens, nam si materiæ primæ altera forma deberetur, nunquam esset in statu naturali, sed violenta, & contra eius inclinationem, quod nullus concedet: & esto, quod ei debeatur secundum se consideratæ, quatenus consideratur, ut informatæ peculiari forma, non debetur ei forma altera. Respondetur, materiæ primæ una forma informatæ, alteram deberi sub conditione, si illa auferatur; nam potentiam dicit ad omnes for-

mas recipiendas successive, & successive eas appetit, & successive debentur materiæ primæ formæ, nam materiæ ligni forma ignis debetur successive, hoc est, si auferatur forma ligni, & altera, non introducatur, & hæc est ratio propter quam materia quando habet formam sit in statu naturali, quoniam scilicet habet inclinationem ad formam quam non habet recipiendam; si quam habet amittit; carere enim materiam forma ignis, non est contra inclinationem eius, si alteram habet formam, si uero nullam formam habet, carere forma ignis est contra inclinationem passiuam materiæ primæ; an autem materia possit pati uolentiam constat tractatu sequenti, disputat. I.

## DUBIUM II.

*Quot priuationes sint in materia.*

**M**ateriam primam habere tot priuationes speciei diuersas, quot sunt formæ diuersæ speciei, quas ualet recipere, minime est controuersum: nam distinctio specifica priuationum pensatur penes formas, quibus priuant, ergo

*Affertum*

si formæ differunt specie, etiã priuationes specie distinguntur, ideo enim Theologi peccata specie differre dicunt penes virtutes specie distinctas, quibus priuant.

2. Diximus de distinctione specifica priuationum, si autem de distinctione numerica earum sermo sit, est per parum controuersia. Rubius tracta. de priuat. quæst. 3. ait nobilium, tot esse priuationes specie diuersas, quot sunt formæ specie distinctæ, at vero vnica priuatione secundum numerum esse materiam priuatam omnibus formis solo numero distinctis, & illas priuationes distingui solo numero, quæ in materijs, non diuersijs sunt atque adeo, nõ possent duas priuationes numero tantum distinctas in eadem esse materiam.

3. Probatur primo, deo accidentia solo numero distincta, non cõpatiantur in eodem subiecto, sed de priuationibus more formarum accidentalium est philosophandum, ergo nequeunt esse in eadem materia priuationes tantũ distincte numero. Cõfirmatur, nõ sicut vnica paternitate pater respicit plures filios, sic & vna priuatione poterit, carere pluribus formis.

4. Secundo probatur, nam in vnico actu volũtatis nequeunt

esse duæ malitiæ morales solo, numero distinctæ, eo quod malitia moralis est priuatio, & duæ priuationes distinctæ tantũ numero in eadẽ entitate, & subiecto non reperiuntur, ergo nec in eadem materia.

Nihilominus dicendum est, tot dari in materia priuationes numero distinctas, quot sũt formæ numero differentes.

Probatũr; nam priuatio nihil aliud est, quã carentia formæ in subiecto nato, ad habendam talem formam, sed in materia prima sunt carentiæ huius, & illius formæ, etiam si solo numero formæ differant, ergo tot sũt priuationes, numero diuersæ, quot sunt formæ differentes numero. Cõfirmatur, nõ in materia, quæ habet hanc formam ignis, non habet alterã, quæ potest produci postea, & ea informari, ergo caret illa, sed illa carentia, non est mera negatio, ergo est priuatio; nescio enim quo pacto defendi possit, quod materia, quando habet hanc formam ignis, non careat alia, atque adeo, quod sit priuata illa: & intelligi nequit, quod adueniente forma ignis, auferatur priuatio ignis, quæ erat in materia, & simul careat alijs formis. Fugit namque intelligentiæ nostræ vim, vnã, & eandem priuationem abripi carptim.

Ex

6. Ex dictis infero, in hac materia prima ligni, verbi gratia, tot esse priuationes, quot sunt formæ, numero aut specie diuersæ, quæ produci queunt, & ab ea recipi, siue eas nunquã recipiat, siue iam diu sint receptæ, siue nequeant produci ab agente naturali. Nam, vt naturalis inclinatio materiæ ad formam saluetur, fat est, quod forma sit naturalis materiæ, quoad substantiam; licet supernaturalis sit, quoad modum.

7. Ad primum argumentum oppositi modi dicendi respondetur, duo accidentia solo numero distincta, posse simul in eodem esse subiecto præcipue, si respectiua sint saltem transcendentia; vt ostendit tracta. 5. Logicæ disput. 3. dubio. De priuationibus autem, sicut de accidentibus respectiuis transcendentia; philosophamur; nam aliqui extrinsecum formam sciunt, quibus priuant, respicere videntur, atque adeo, sicut ad vnitatem numericam relationis duo diximus, loco citato requiri, & vnitatem numericam fundamenti,

sic ad vnitatem numericam priuationis requiruntur, vnitates numerica subiecti, & vnitates numerica formæ.

Confirmatio ruit ex dictis loco citato, nam ibi ostendit patrem non respicere vnica paternitate plures filios, sed tot habere relationes prædicamentales secundi generis, quot filios habet existentes. Obtutum sige in illud Logicæ dubium modo citatum.

Secundum argumentũ vim non habet, & solutione non eget; nam incertum est, an malitia moralis sit priuatio, an ratio positua, & præterea etiam est sub lite, an in eodem numero actu esse possint duæ malitiæ solo, numero distinctæ, quia sunt, qui arbitrentur in actu intemperantiæ, quo quis quadragesimali die carnibus vescitur mane, duas malitias solo numero distinctas reperiri, alteram, quia tempore quadragesimæ esus prohibetur carnum, & alteram, quia prohibitus est quilibet esus ante meridiem, sed litem hanc Theologi dirimant.

(3.)

DISPUTATIO QUARTA,

De forma.

**F**ORMA primū inter principia entis naturalis continet dignitatis, & perfectionis locū, vltimū tamē si ad prioritatē attendimus, & ideo explicatis materia, & privatione ad explanationem disputationis de forma venimus, est enim forma posterior saltem natura materia, & privatione imo generatione ipsa, licet aliquomodo possit, vt prior generatione considerari in ratione scilicet terminandi, quod sufficit, vt principium generationis ipsius, per quam forma comproducit nuncupetur; de hac forma substantiali, quæ per generationē aliquomodo fit, & de anima rationali, quæ non fit per generationem, sed per creationem procedit disputatio.

DVBIVM I.

Num sit, & quid sit forma substantialis?

**L**atum amplumque habet significatum nomen forma, in cuius explanatione, nec parum volo consumere tem-

pus, nam meum haud quaquā permitit ingenium in re in vtili tantillum cūctari. Varijs ergo acceptionibus prætermittis formæ: naturalem scito in duplici esse differentia, alteram accidentalem de qua intrasitu dicam non nihil, alteram substantialem, quam ex professo explicare contendo.

Dari formā substantialem philosophicum reputa dogma ab Aristot. acceptum, & in peripatetica schola, sine controversia. Quod adeo evidens, & conspicuum est, vt fere ipsis oculis videri, cernique possit, id conspicitur in frequenti videntium interitu, & in varietate compositorum, elementorum, & mixtorum, quæ varias requirunt proprietates, dispositiones, & operationes: at hæc diuersitas provenire, non potest à materia, quæ in omnibus est eiusdem speciei, ergo provenit à forma substantiali, nequit, ergo de medio tolli, sed in re minime dubia, non licet diūtius remorari.

Secundo dubioli puncto, quid scilicet sit forma, fiet satis, quid itaque formam ipsam definiendo: Suar. tom. I. Metaph.

*Affertio. Suarez.*

Dub. I. Num sit, & quid sit forma substantialis. 79

**Hurtado** metaph. disput. 15. sect. 5. & Hurtado disput. 4. Physica, sect. 2. sic formam definiunt. *Forma est substantia simplex, incompleta, actus per se materiae, vnum per se cum illa efficiens.*

**Rubio.**

Sed breuius, ac exactius definitur a Rubio tract. 2. de forma, quæ. 1. sic. *Forma est actus substantialis vnum per se, cum materia constituens.* Particula actus, formā a materia, quæ est potentia, distinguere facit, & formam de qua hic loquimur non esse formam assistentem, sed actuantem & informantem denotat. Verbum illud substantialis additur, vt formæ accidentales excludantur, per verba illa, *vnum per se cum materia constituens*, magis formæ substantialis quiditas explanatur, & distinctio formæ ab Angelis apperitur, nam forma est constitutiva compositi, atque adeo substantia incompleta, & partialis, natura vero Angelica est actus, sed non constitutivus per se aliquid physici compositi. Dicitur forma actus, non actu actuans, nam de eius essentia, non est actu actuare, sed in potentia.

Hæc forma substantialis, quam enodamus, longe perfectior est materia de qua secunda disputatione, egimus, & ideo, sicut philosophi vsi sunt nominibus, materiae imperfe-

ctionem denotantibus, ita quibusdam nominibus significantur formam, quibus eius perfectio, & excellentia pateficeret. Aristot. textu 31. huius primi lib. pulchram appellavit formam, quoniam turpi materiae pulchritudinem, & decorem confert. A Platone appellatur mens: ab alijs philosophis diuinū quid, & scopus; alijsq; nominibus, quæ legi poterit apud recentiores, & si tunc inuoluo, quia præ manibus habentur.

Nota hic de forma loqui, quasi non sit formarum pluralitas in eodem composito admitenda, quod tract. 1. de generatione, & corruptione disput. 1. definitur, nam in presentiarum opinionem vulgarem asserentem, vnicam tantum dari formam in quacumque materia supponimus, ne teneri philosophum reddamus stupidum.

DVBIVM II.

Quæ formæ substantiales educantur de potentia materiae?

**I**n referendis, refellendis, que philosophorum placitis, & erroribus, immoramur, parum, nam eorum ineptia quid possunt emolumenti, nobis

*Auicena.* bis afferre nihil profecto. Plura enim asserunt, quæ non difficile refelli, & refutari queunt, & ex terminis patent falsa. Auicena 9. Metaphysic. cap. 4. nullam formam educi de potentia materia, sed omnes creati dixit. Alij in ea fuerunt sententia, vt existimarēt, omnes formas integras, & perfectas extitisse ante generationem, non manifestas, sed occultas, ac latentas, & per generationem formam, quæ actu erat occulta, manifestari. Sed quantum hæc deliramenta a veritate distent, nullus ambigit.

Verius est, quod Arist. docuit, hoc 1. lib. Physicor. text. 37. quem omnis philosophorum schola sequitur, nempe formam ante generationem nullatenus existere actu in materia, nec secundum se totam, nec secundum aliquam sui partem, sed solum virtute. Ratio huius veritatis est manifesta, nam alias materia haberet plures formas sibi inuicem repugnantes, verbi gratia, formam ignis, & aquæ, & earum dispositiones, & agens naturale per generationem reale nihil produceret, quod est absurdum. Habemus, iam formam non præexistere ante generationem, sed de nouo aduenire, & produci, quæ autem formæ de nouo adueniant, eo quod de nouo

creentur, & quæ, eo quod de materia potentia educantur, in hac difficultate est enodandum.

Pro huius dubij intelligentia nota discrimen, quod inter creationem, & educationem interuenit: *Creatio est productio rei ex nihilo*, ita vt nihil eius præsupponatur, à quo de pendeat, vel tanquam à formali causa, vel tanquam à subiecto, & ob id dici solet, quod creatio non fit ex præsupposito subiecto. Educi vero de potentia materia iuxta communem philosophiam: *Nihil aliud est, quam formam produci in materia, & dependenter a materia, tanquam a causa materialiter influenti*, sic explicat educationem. Vazq. 1. part. dis. Vazquez. pat. 174. cap. 2. Suar. 1. Metaphysic. disp. 15. sect. 2. & reliqui recentiores.

#### De anima rationali.

**H**is præhabitis in tribus formarum generibus rationalis scilicet sublunaris, & cælestis propositæ questionibus tribus satisfacio asseris. Primum est, animam rationalem, non educi de potentia materia, sed creari: quod sine controuersia est, & ratio est manifesta, nam educi est fieri in materia dependenter a materia, hoc est concurrente materia in ge-

in genere causæ materialis, sed anima rationalis non fit dependenter à materia, nec ad productionem animæ rationalis, materia in aliquo genere concurrat, ergo anima rationalis non educitur. Minor propositio conspicua est, nam est comperitum, & in Concilio Vienensi definitum, animam rationalem creari, atque aded non dependere in fieri, aut in conseruari à materia; cuius rei signum est, quod potest sine materia operari (vt statim dicam) independentia autem in operari signum est independentiæ in esse.

Nec contra hanc veritatem est, quod anima rationalis nunquam producatur, nisi in materia disposita: nam ex hoc solum conuincitur, animam rationalem tales dispositiones requirere, vt sit in subiecto, & constituat compositum, non vero ad sui existentiam, cum eademmet actione, qua anima rationalis in materia producitur, possit extra materiam produci, & de facto conseruetur: nam petit dispositiones, vt compositum constituitur, non vt ipsa existat; fit ergo anima rationalis in materia, sed non dependenter à materia.

#### De formis sublunariis.

Secundum assertum, omnes formæ materiales cor-

porum sublunarium educuntur de potentia materia, in quo nulla etiam est controuersia. Patet, nam formæ substantiales materiales producuntur per eandem actionem, per quam generatur totum physicum, sed hæc actio, quæ vt à causa efficienti prouenit à generante, prouenit à materia, vt causa materiali, ergo & ipsa prouenit, & dependet à materia in genere causæ materialis. Cuius rei signum est dependentia, quam in operari formæ materiales habent à materia. Tunc enim formam dependentem esse à materia in esse colligimus, quando secundum omnem operationem à materia dependet, & formam quam aliquam operationem habere posse independentem à materia videmus, eam in esse, & conseruari à materia non dependere iudicamus. Nam quod per se potest operari aliquid potest, & per se esse: formæ materiales in suo operari dependent à materia, atque aded in suo esse; nullam enim operationem exercere valent sine materia. Unde etiam si forma materialis diuinitus à materia separata daretur, nullam posset naturaliter operationem exercere, sola autem anima rationalis valet aliquando operari independentem à materia, verbi

gratia velle, & intelligere, & hinc colligimus, animam rationalem in suo esse à materia non dependere, atque adeò, nec educi è potentia materiæ.

7 Dices, anima rationalis nequit exercere operationes sensitivas independentes à materia, ergo in suo esse dependet à materia. Respondeo, animam rationalem posse aliquas operationes efficere, nempe intelligere, & velle independentes à materia, non omnes, quales sunt vegetatiuæ, & sensitivæ: ad hoc tamen, quod animam rationalem independentem esse à materia iudicemus, latet, quod aliquam operationem independentem à materia efficiat, siue illam efficiat, ut vegetatiuam, siue ut sensitivam, siue ut intellectivam, & rationalem.

8 In libris: anima rationalis, ut vegetatiua, & sensitiva dependet à materia, ergo educitur de potentia materiæ. Patet antecedens, tum, quia operationes vegetatiuas, & sensitivas absque materia, nequit exercere, tunc præterea, quia anima equi, ut vegetatiua, & sensitiva in esse, & operari dependet à materia, sed in his sensitivis operationibus convenit anima hominis, cum anima equi, imò & cum animabus arborum, quoad operationes vegetatiuas, ergo sicut for-

ma equi à materia in esse, & operari dependet ita, & forma hominis. Respondetur, negando antecedens, & ad primam probationem, concedo animam rationalem, ut vegetatiua, vel sensitiva est, operari dependentem à materia, sed non inferatur, quod ut vegetatiua in suo esse dependeat à materia; nam ab operari ad esse valet argumentum, si absolute, & sine reduplications procedat, quoniam ut independens dicatur forma, sufficit, quod aliquam operationem independentem operetur entitative, forma autem vegetatiua independentem operatur à materia à qua operationem, nam entitative loquendo intelligere provenit ab anima vegetatiua, & sensitiva, siquidem eadem anima est vegetatiua sensitiva, & rationalis.

Ad secundam probationem, dico, animam vegetatiuam, & sensitivam, ut sic, nec esse dependentem, nec independentem à materia, sed abstrahere ab utraque, nam si sit rationalis est independens, si vero rationalis non sit, dependens est à materia. Quo autem pacto anima rationalis vegetatiua, & sensitiva dicatur, præstareque valeat effectus sentiendi, & vegetandi, constabit in libris de anima.

Insta rursus, anima vegetatiua,

10

riua, ut vegetatiua non potest operari aliquid independentem à materia, ergo nec potest esse independens à materia. Respondetur, animam rationalem, ut vegetatiuam specificativam, & entitativam loquendo posse operari independentem à materia, licet reduplicative non possit operari, nisi dependentem; nam ut entitas sit independens, sufficit, quod secundum suam entitatem sit principium alicuius operationis independentis à materia.

11 Ex præfacta assertione à priori colligitur, modos substantiales educi de potentia suorum subiectorum, cum adeò strikte debeant à subiecto, ut nec produci extra illud, nec conservari possint adhuc per divinam virtutem, in quo distinguatur à formis absolutis; nam formæ etiam si educuntur de potentia materiæ, & ab ea dependeant, queunt per divinam virtutem produci extra subiectum, & non educi de potentia illius, imò & creari, at vero modis propter essentialissimam dependentiam, quæ habent à subiectis, ad concipi non potest; educuntur, ergo modi substantiales de potentia suorum subiectorum, verbi gratia, substantia à substantia, unio à materia, &c.

## De formis cælestibus.

12 HActenus dubium de reagitabatur forte, sed iam in questione plane incidimus de nomine: dependet namque dubij præsentis decisio, ex huius vocis educio acceptione, ac significato. Summitur enim pro reali productione formæ dependentem à subiecto, in quo realis præcessit formæ privatio: sic à nonnullis alij vero educationem esse actionem dicunt, quæ forma dependentem à subiecto dicitur fieri, in quo nulla præcesserit realis privatio formæ. Unde educio est effectus formæ ex præsupposito subiecto: præsupposito, vel tēpore, ut placet aliquibus, vel natura ut arridet mihi: quo notato fit.

13 Tertium assertum, formæ cælestes educuntur etiam de potentia materiæ, & similiter formæ elementales in primarum conditione. Hanc assertionem amplectuntur Rubius tracta. 2. de forma, quæstio 2. Vazquez tom. 2. in primam partem, disputa. 172. cap. 3. Hurtado disputa. 4. Physica, sect. 2. & alij, & quod attinet ad omnium cælorum formas (cælo empyreo excepto) nihil nostra sententia supposita, potest esse controversia. Nam si, ut docuimus disput. 2. dub. 5. materia cælorum à sublarari

Pubio.  
Vazgu z.  
Hurtado



solo numero differt, & solum cœlum empyreum fuit prima die factum, reliqui vero cœli facti sunt ex materia aquæ, nemo inficiabitur, formas cœli esseeductas de potentia materiæ aquæ, & cœlos fuisse genitos: quia licet non sit illa generatio ab agente naturali, fuit tamen ex præsupposita materia, cum sua priuatione, non solum naturalis, sed temporis, atque aded in generatione, & productione cœlorum (excipe empyreum) tria sūt principia, scilicet materia forma, & priuatio: in productione autē cœli empyrei priuatio, nō fuit terminus à quo. Videt. 3. disput. 1. ubi qualiter sit defendēdam, cœlos nō coactare tribus principijs docui, quoniam salutem in cœlo empyreo illa solutione opus est nobis.

14. Vetum enim vero dato, quod materia nostra, & cœlorum sint diuersæ species, & quod omnes cœli fiat prima die producti, sicut de cœlo empyreo diximus, formas cœlieductas esse de potentia materiæ facile ostēditur, quia tunc forma educitur de potentia materiæ, quando producitur dependenter ab eius influxu, ac causalitate materiali, & eodem modo conseruatur, & operatur semper, sed formæ cœlestes (eadē est de terra, & aqua in prima sui productione

ratio) producuntur, conseruantur, & operantur dependenter à materia, ergo educuntur de potentia materiæ; minor patet; nam non apparet signum, per quod inferamus, minorem dependentiam formæ cœlestis à materia, quam formæ sublunaris.

15. Displient, hæc tertia assertio Francisco Suarez. & tom. 1. metaph. disput. 15. sect. 2. affirmat, formas cœlestes non educi de potentia materiæ, quoniam licet à materia dependant, tōrum tamen cœlorum unica actione creatina fuit factum. Sed manifeste decipitur, nam cœlum empyreum (eadē est de alijs cœlis ratio in opinione Suarez, & assertionem habere materiam inter se, & à sublunari specie diuersas) nō producitur vnica actione, sed duabus, altera creatina, qua materia, ex nihilo creatur, altera generatiua, & educatiua, qua generatur cœlum, & forma educitur de potentia materiæ; creatio autem, & educitio diuersæ sunt actiones.

Quod autem materia creetur fatentur omnes, & quod forma non creetur, atque aded educatur; patet, nam creatio est productio ex nihilo, sed forma cœli empyrei fit ex materia, ergo non creatur. Quod fiat ex materia cum fiat dependenter ab illa (vt fatetur Suarez)

15.

Suarez.

16. rez) negari non potest. Si ergo fit ex præsupposito subiecto, non fit per creationem, sed actio, quæ non est creatio, & creatio sunt duæ diuersæ actiones, ergo materia cœli empyrei, & eius forma, non produciuntur per eandem actionem: productæ tamen sunt in eodem instanti, nec aliqua est prioritas, nisi naturæ, & dependentiæ. Quod vero in materia cœli empyrei, non præsupponatur priuatio, nō obstat: nam educi est fieri dependenter à subiecto, siue præsupponatur priuatio formæ educendæ, siue non. An autem creatio actio realis sit alibi dicam.

16. Sed contra hæc assertionem hæc circumsertur obiectio. Primo Genesis, cœlum, & terra dicuntur creata à Deo, & secundo Machabeorum septimo, cœlum, & terra dicuntur, ex nihilo facta, fieri autem ex nihilo est creari, ergo forma cœli est creata, & non educata.

17. Pro huius obiectiois solutione nota primo, creationem multipliciter posse summi, nam in primis solet significare quæcumque productionem, vel generationem, sic summitur. Ecclesiastici 24. cū Diuina sapientia de se ita loquitur: *Ab initio, & ante secula creata sum*, hoc est genita. Filius enim, qui est Patris sapientiæ à patre est genitus. Secundo solet accipi pro productione, & actione simultanea cum creatione, pro actione scilicet, quæ creationem comitatur, sic solet forma terræ creata, seu cōcreata dici, eo quod forma terræ producta est in eodem instanti, in quo eius materia est creata. Tertio summitur pro rigurosa creatione, quam sic definiuit Augustinus duodecimo libro de Ciuitate Dei capite 25. *Creatio est productio rei ex nihilo.*

cundo solet accipi pro productione, & actione simultanea cum creatione, pro actione scilicet, quæ creationem comitatur, sic solet forma terræ creata, seu cōcreata dici, eo quod forma terræ producta est in eodem instanti, in quo eius materia est creata. Tertio summitur pro rigurosa creatione, quam sic definiuit Augustinus duodecimo libro de Ciuitate Dei capite 25. *Creatio est productio rei ex nihilo.*

August.

Nota secundo, generationē esse in triplici differentia, alia est rigurosa, quæ est *transitus de non esse ad esse*, ab agente naturali, hoc est, *mutatio totius in totum*, ab agente naturali, vt generatio ignis in ligno. Alia est minus rigurosa, quæ licet sit *mutatio totius in totum*, non est ab agente naturali, sic cœli geniti sunt ex aqua, sed non ab agente naturali alia denique est generatio latissima prout condistinguitur à generatione, cuius generationis ratio consistit in hoc, quod sit ex præsupposito subiecto.

18.

His prænotatis ad obiectio nem respondetur, cœlum empyreum, & terram dici in Sacris literis creata sumpto hoc nomine creatio, non in rigurosa acceptance, sed in minus rigurosa, vel quatenus qualibet generatio, & productio

19.

dicitur creatio, vel quatenus productio, quæ committatur creatione, cōcreatio nuncupatur. Simul enim forma cœli empyrei est producta, & eius materia creata: cœlū igitur, & terrā in principio creavit Deus, hoc est, produxit, vel genuit non rigurosa generatione, sed latissima, quoniam cœlum, & terram non fecit ex nihilo, sed ex materia, & forma: dicitur autem ex nihilo facta, quia non per generationem rigurosam, & per concursum alicuius agentis naturalis facta sunt; nam nullum compositum ex materia, & forma creatum est à Deo, nec creari potest rigurosa creatione, quoniam eo ipso, quod est compositum, nō fit ex nihilo. Accedit, quod unio, qua partes compositi uniantur, creari implicat, sicut implicat, quod sit extra subiectum. Qualiter autē partes integrantes materiæ, non obstant, ut materia fieri ex nihilo dicatur, atque creari, non nihil cōtinet difficultatis, quā nunc silentio inuoluo, alibi eam tracturus, si opportuna ad sit occasio.

### DVBIVM III.

*An omnes formæ accidentales educantur de potentia materia.*

**M**ulta, sunt accidentium genera, varijque modi accidentales, & ideo vnica cōclusionione præsens nequit definiri quæstio, sed nonnullis præsuppositis in tribus accidentium generibus, de quibus aliqua est controuersia, triplici cōclusionione quæstioni propositæ fiet satis.

Suppone primo, actiones, & passionis non proprie educi de materia; ratio est manifesta; nam educio est actio, sed actionis non datur actio, ergo nec actionis datur educio: actio enim si proprie loquamur non fit, sed est via, qua fit effectus, & per consequens, nec passio, quam sola ratione distingui ab actione, docui tractatu 5. Logicæ disputatio 5. dab. 1.

Suppone secundo, omnes modos accidentales, qui à suis subiectis, ex natura rei distinguuntur, educi de potentia subiecti, nam magis dependent modi accidentales à subiecto, quam substantiales, sed substantiales educantur de potentia subiecti (ut vidimus præcedenti dubio) ergo & accidentales.

Suppone tertio, etiam educi de potentia materiæ, omnes relationes prædicamentales, & omnes proprietates reales, quæ rerum essentias consequuntur, quod perperam inficiatur.

inficiatur Ravius tractatu 2. quæstio. 3. eo quod existimet, non media actione relationes, & proprietates produci, sed relationes, & proprietates resultare absque aliqua actione; perperam (inquam) relationes, & proprietates educi inficiatur: nam negari non potest, proprietates, & relationes, si realiter à fundamentis distinguuntur, ut ipse nobiscum sentit, media actione produci; nam quot sunt esse de nouo producta, tot debent esse fieri de nouo, ergo quando oritur relatio, si est nouum esse, erit nouum fieri, quod fieri est actio, & educio: intelligi enim nequit, quod nouum ens reale producat, & non media productione: proprietates, ergo & relationes per realem productionem distinctam à productione rei, cuius sunt proprietates, & relationes producuntur, sed cum ex alia parte dependant à suis subiectis, ut liquido constat, necesse est, ut educantur de potentia suorum subiectorum.

His suppositis de tribus accidentalibus formis potest, esse aliqua controuersia: de intentionalibus, de artificialibus, & supernaturalibus; nam reliqua accidentia educi de potentia materiæ nullus, hucusque vocauit in quæstionem: quis enim vnquam inficiatus est, frigiditatem, verbi gratia, calorem,

albedinem, & reliqua huiusmodi accidentia absoluta, & naturalia de potentia suorum subiectorum educi, cum plus à suis subiectis dependant, quam formæ substantiales?

Prima conclusio, formæ accidentales intentionales educuntur de potentia subiecti, accidentia intencionalia voco species intelligibiles in intellectu, & sensibiles, siue sint in sensibus, siue in aere: quæ accidentia vera, & realia sunt: differunt tamen à reliquis, quoniam non semper innoscunt effectus formales, quem tribuunt. Quis enim valebit assignare effectum formalem, quem species sensibilis coloris in aere recepta tribuit aeri? hæc ergo accidentia intentionalia educi de potentia subiecti patet; nā nō minus dependēt à subiecto, quā reliqua accidentia, & media causalitate materiali à subiecto, in quo sunt causantur; hanc conclusionem tenent Suarez tom. 1. metaphys. disputat. 16. sect. 2. & reliqui Neoterici.

Secunda conclusio, formæ accidentales artificiales educuntur de potentia, subiectorum: artificiales dicuntur formæ accidentales ab arte factæ, ut variæ figuræ, & variæ dispositiones corporum. Hæc autem formas etiam educi, sua;

6  
Conclus.

Suarez.

7  
Conclus.

suadet generalis dependētia à subiecto, quam in his, & reliquis accidentibus inuenimus. An autem earum educio sit propria, aut impropria, his est nullius utilitatis, impropriam eam appellat Suarez supracitatus, & propriam Rubius tractatu 2. quæst. 3. loquere ad libitum.

Suarez.  
Rubio.

8  
Conclus.

Tertia conclusio: accidentia supernaturalia educuntur de potentia subiecti, verbi gratia, fides diuina, gratia, & charitas; hæc conclusio communis est inter Theologos recentiores, ita Valentia in 1. 2. disputat. 8. quæst. 4. puncto 2. Magister Lorca ibidem sectio. 6. disput. 24. Suarez tom. 1. metaph. disput. 15. sect. 2. & alij moderni, & patet; nam sicut accidentia naturalia educuntur de potentia naturali subiecti, ita supernaturalia de potentia obedientiali subiecti, sicut enim subiectum est causa materialis caloris per potentiam naturalem, quam subiectum habet, sic anima est causa materialis gratiæ, per potentiam obedientialem, quam habet, atque adeo, sicut calor dependet à subiecto, ut à causa materiali, sic gratia ab anima, ut causa materiali operante materialiter per potentiam obedientialem.

Valentia.  
Lorca.

Suarez.

9 Displicuit hæc conclusio antiquis scolasticis, & gratiam

non educi, sed creari dixerunt. Hos sequuntur Fonseca *Fonseca* 5 metaph. cap. 2. quæst. 4. & Conimbricenses, hic conclusio- *Conimb.* ne vltima, quæst. 12. art. vltimo, sed (ut inquit Magister *Lorca.* Lorca nuperrime citatus) sententia horum authorum non est conformis principijs philosophiæ, & hoc tempore ab omnibus Theologis improbat; & nostra sententia recepta est; atque adeo inquit; dicendum est intrepide grauiam (eadem de alijs qualitatibus supernaturalibus proportio- nalis est ratio) educi de potētia materiæ, impugnatque Caietanus, qui gratiam non crea- *Caietan.* ri dixit, & renuit, concedere educi de potentia animæ: nā re vera inter creationem, & educationem formæ, non est medium, atque adeo, si non creatur educitur.

Fonseca  
Conimb.  
Lorca.

Caietan.

10

Epilogus

Habemus iam ex dictis in hoc, & præcedenti dubio omnes modos substantiales, & omnes formas substantiales, (anima rationali excepta) educi de potentia subiectorum in quibus sunt. Habemus similiter, educi omnes modos accidentales, & omnes accidentales formas excipere actiones, quoniam etiam si à suis subiectis dependeant, medijs alijs actionibus, non dependent, ne actionis detur actio.

Desiderantur hic de forma- rum

11

rum pluralitate eandem in- formantium materiam, non- nulla agitanda minime curta dubiola: quæ tractatu primo de generatione disputatione præambula ante tuos proponam obtutus. Interea scito, pluralitatem formarum in eadē omnino materia admitti posse lege absoluta, verbi gratia, forma hominis, & forma equi lege queunt absoluta compatibiliter in eadē prorsus materia: an autem lege ordenaria formarum pluralitas in eodem sit admittenda

composito: an (exempli ergo) in homine præter animam rationalem alia sit corporis, aut carnis, & ossis forma, bellum est inter Scorum, & Thomistas iamdiu ceptum, quod loco nuperime citato penitus extinguetur. Desideratur etiam de accidentium subiecto disceptatio, vtrum scilicet accidentia in materia prima, an in forma, an in toto suscipiantur composito, sed commodius in libris de generatione, & corruptione, hæc excitabitur quæstio.

## DISPUTATIO QUINTA.

De Canonico.

**P**

Hisiologia scopum, & præsentis finem tractatus, totum videlicet substantiale multa consti- tuunt plura concausant, quæ suo prioris, & posterioris ordine dicam. In primis materia prima creatur, in qua priuationem generandæ consideram formæ, de inde educatione formæ concipere, & statim reale materiæ, & formæ vinculum, quod unionem substantialem appellamus, ac tandem substantiale contemplare compositum, quod disputatione sequenti explicabimus. In hæc

autem de unionem agere propositus exigit ordo.

### DVBIVM I.

*Vtrum inter materiam, & formam unio substantialis intercedat ab illis distincta.*

**V**nio substantialis, de qua loquimur, est qua posita ponitur totum; nā si materiā, & formam absque unionem concipiamus, totum nequaquam concipimus, si vero forma, & materia uniantur, nihil aliud

M am.

amplius ad totum desideratur: de hac autem unione discutitur, an sit distincta à materia, & forma, an vero sit ipsa forma, & ipsa materia, ita ut se ipsis nulla re, aut modo mediante uniantur, in qua difficultate, sunt duæ opinionones pugnantes.

<sup>2</sup>  
*Caietan.*  
*Conimb.*  
*Valentia.*  
Prima opinio est Caietani tertia parte, quæst. 2. artic. 8. & nominalium, quos sequuntur Valentia tom. 4. disputa. 1. quæst. 2. puncto. 5. Conimb. bricent. lib. 1. physicorum, cap. 9. quæst. 11. art. 2. aiesium nullam dari nexum, nullamque unionem inter materiã, & formam distinctam à materia, & forma, sed nihil aliud esse unionem, quã ipsam formam, ut in materia, ve (ut alij dicunt) materiam, prout habet formam, & formam, pot. ut informat materiam. Quam sententiam probabilè reputat magister meus Lorca tomo de Incarnatione disputat. 13. agens de unione humanitatis ad verbum. Probat, quia pura potentia, & eius actus inter se naturali quadam societate uniantur, & conciliantur, ergo non requiritur aliud vinculum, quo uniantur, easque conciliet, & neeat inter se. Antecedens summitur ex Aristotele 8. metaph. textu 15. ubi ait, actum, & potetiam imme-

diatè uniri, propter quod plures antiqui triplicem substantiam memorant, materiam scilicet, formam, & compositum, & nullam unionis mentionem faciunt.

Secunda opinio asserens, dari unionem mediam, qua materia, & forma uniantur ex natura rei distinctam à materia, & à forma, sicut modus distinguitur à re, communis est, & recepta, & ei subscribitur. Sic Vazquez tom. 1. in 3. part. dispu. 18. cap. 1. Suarez tom. 1. metaph. dispu. 13. sect. 9. & reliqui receptiores. Probat, quoniam etiam si datur materia, & forma, si non ad est unio, non manet compositum, verb. gratia, quando homo moritur, etiam si perseverent materia, & forma, non datur homo, quia deficit unio, ergo præter materiam, & formam requiritur unio, ut constitutur compositum. Confirmatur, quia in generatione compositi naturalis aliquid fit de novo, quod antea non erat, nempe formam esse unitam materiæ, ergo necesse est unionem hanc aliquid reale esse præter extrema, si quidè extrema esse, & intelligi possunt non unita. Quod argumētum in generatione hominis, cuius forma fit per creationem, vim evidentiorē habet, nihilominus tamen vrgeri potest in alijs.

<sup>3</sup>  
*Conclus.*

*Vazquez.*  
*Suarez.*

alijs compositis naturalibus. Nam licet forma materialis per generationem producat, posset esse generatio etiã si forma esset iamdiu producta, & uniretur materiæ per novam actionē, in quo casu, sicut & in generatione hominis opus est, ostēdere aliquid, quod de novo produceretur per illam actionem generativam.

<sup>4</sup>  
Dicit aliquis compositum fieri eo ipso, quod sit nova ubicatio materiæ, & formæ, & appropinquatio localis. Sed, ut alia omittam, quibus hæc potest fuga præcludi, generatio ad substantiam rei genitæ terminatur, non ad accidens, quale est ubicatio; & generatio, non est motus localis, esset autem motus localis, si eius terminus ubicatio esset, & nihil aliud efficeret, quam formam materiæ appropinquare.

<sup>5</sup>  
Fundamentum oppositæ opinionis enervatur facile: nã Aristoteles immediate uniri materiam, & formam dixit, quoniam nec aliquid accidens, nec alia forma substantialis mediat; coniunguntur tamen media unione, qua non obstante dici possunt immediate uniri, sicut vere dicimus, duas partes aquæ immediate uniri inter se, hoc est, nō

mediæ alia parte aquæ, verb. bi gratia, non vero omnino negamus unionem inter utraq. Quando autem Aristotele, & alij philosophi solum commemorant triplicem substantiam, agunt solum de substantijs absolutis, non vero de modalibus, quæ non ita proprie dicuntur substantiæ, sed modi substantiæ, eo quod nec per Dei absolutam potentiam, sine subiecto huiusmodi substantiæ existere valeant.

<sup>6</sup>  
Obijciat aliquis, si materia & forma unione indigent, sequitur immensa multiplicatio entitatum, & modorum, quotquot enim partes essentielles, vel integrantes uniantur, tot modos oportet constituere. Præterea sequitur processus in infinitum; nã cū modus ille sit quid reale, & uniat, naturæ realiter, necesse est, ut alio modo, & unione uniat, & eadem ratio erit de illo, quo uniat, & sic in infinitum. Concede primam sequelam, & nega secundam: primam, quia partes integrantes quantitatis, v.g. uniantur medijs indivisibilibus unitivis; secundam nega; nam unio se ipsa uniat, quoniam unionis, non datur unio in illo genere, in quo uniat, & cum illis rebus, quas uniat; va ito enim per se ipsam

materia, & per seipsā formā vnitur, & sic vitatur processus in infinitum.

## DVBIVM II.

*An vnica solum vnio reperiatur in quolibet composito substantiali?*

*Hurtado*

**D**Vrandus in 3. disput. 15. quæstio. 3. quæ sequitur Puente, Hurtado disp. 5. phisica, sect. 7. autumat in quolibet composito substantiali esse saltem duas vniones substantiales, nam ex parte materia, & alteram ex parte forme; his nouissime subscribit Paulus Aresius lib. de generatione, quæst. 16. sect. 1. Probatur primo, quia actus distinguuntur penes diuersas potentias sed receptio est actus materia, & informatio actus formæ, ergo receptio, & informatio distinguuntur eadē distinctione, ac materia, & forma; at materia, & forma realiter distinguuntur, ergo & vnio, quæ est receptio, & vnio, quæ est informatio. Cōfirmatur, quia informatio se tenet ex parte formæ, & in forma recipitur, receptio autem se tenet ex parte materia, & est in ea, vt in subiecto, ergo distinguuntur realiter: modi enim, qui subiecta realiter distincta ha-

bent, realiter secernuntur.

Secundo probatur, quia saltem in homine dantur duæ vniones realiter distinctæ, ergo idem dicendum est in alijs compositis. Antecedens patet, quia vnio, qua vnitur anima spiritualis cum materia corporea, nec potest esse corporea, nec spiritualis, cū non sit maior ratio vnus, quam alterius, ergo debent dari duæ vniones, quarum vna sit spiritualis, ex parte animæ, & alia corporea, ex parte materia. Quod non possit esse spiritualis patet, tunc, quia producit ab agente corporeo tum, quia dependet à subiecto, & dispositionibus corporeis, & vtrūque est contra rationem spiritus. Quod vero, non possit esse corporea ostēditur, quia si esset corporea esset improporcionata ad vniendam animam rationalem; nam per informationem corpoream informare formam spirituale, implicat.

Tertio, nam si vna tantum vnio esset, illa reciperetur in materia, & non in forma, atque adeo forma, non diceretur intrinsece vnita, sed extrinsece ab vnione, quæ non est in forma intrinsece; dicere autem formam esse vnitam materia extrinsece absurdum est.

Com.

**4**  
*Conluffi*  
*Vazquez*  
*Rubio.*  
*Suarez.*  
*Carmel.*

Communis, & vera sententia est, vnitam dari vnionem simplicem, non realiter compositam ex vnione materia, & ex vnione formæ; hanc sententiam tenent Suarez, tom. 1. meth. disp. 13. sect. 9. Vazquez, tom. 1. in 3. part. disp. 19. cōcl. 2. Rubius tract. 4. de forma, quæst. 6. & moderni communiter. Valēt ne Carmelitarū patres pro hac citari sententia? Ego id pænitus ignoro: vt autem tu ipse de hac re facile facias iudicium, ipsi alloquantur disp. 6. phisica quæst. 6. *Nō negamus (inquiunt) modum hunc vnionis esse realiter formaliter multiplicē sed quod à parte rei sit entitatiue modaliter plures.* Numquid hæc est doctrina Thomistica? Docuit ne aliquando Sāctus Doctor distinctionem realem formalem, quam astruxit Scotus? Et (vt alia omitam) manifesta in allatis verbis adest implicatio vnio est realiter formaliter multiplex, & non est realiter entitatiue multiplex. Sic argumentor: dātur vniones realiter formaliter duæ, ergo sunt duæ entitatiue. Patet consequentia, duæ entitates realiter formaliter distinguuntur, ergo vna entitas non est alia, ergo vna vnio ab altera entitatiue discernitur. Sed de his non ma-

gis quoniā in nostris cōnētaris dialecticis tract. 2. disp. 2. satis superq; de varijs distinctionū generibus discuti.

Sed omnia horum opinione patrum nostra patet primo, quia vnio ex natura sua, & essentialiter est nexus duorum extremorum inter se, ergo ad vnienda duos extrema sufficit vna vnio, & non requiruntur plures. Probatur consequentia, nam vnio, quæ non vnit duos extrema, sed se tenet ex parte vnus extremi, vnio non est.

Confirmatur quia eo ipso, quod vnio, quæ se teneret ex parte formæ, eam vniret materia, materia esset vnita formæ, ergo vnio, quæ se teneret ex parte materia esset superflua: re enim vera esse nequit forma vnita materia, & materia non vnita formæ, imò vix percipi posset, quod sit forma materia vnita, & materia formæ non vnita.

Patet secundo, exemplo vnionis continui ad vniendas enim duas partes lineæ, non requiruntur duo puncta, quod vnum se teneat ex parte vnus partis, & aliud ex parte alterius; sed vnum punctū indiuisibile coniungit vtramq; partem, ergo similiter inter materiam, & formam, non requiruntur duæ vniones, sed vna, quæ vtrāq;

M 3

vniat,

vniam, & copulet inter se partes.

*Hurtado* 3 Tertio nã dato, quod vna eduab' producat' vnio, vel vna corrupta altera maneret, quẽ casum admittit Hurtado, sequeretur, quod extrema manerent vnita, & nõ vnita: vnita quia habebant vnionem, non vnita, quoniam altera vnio, non aderat, & in hoc casu, resultaret totum cõpositam, & non resultaret: quæ omnia contradictionem inuoluunt. Omitto breuitatis gratia insufficientem solutionem, quã author ille huic adhibet argumento, & alias rationes, quibus potest opposita impugnari opinio, & alia, quæ docet manifeste falsa, tale est præfatas vniones inter se nullo nexu vniri, cõcedit; has vniones non esse incompletas, ex quibus resultet una perse, nihilominus tamen, ita partes vnire, vt vnũ perse resultet, quod quam facile possit impugnari, quis non videat?

6 Tandem suadet'ur proposita assertio: verbum diuinũ vniam vnica vnione naturæ humanæ, ergo & forma materiæ primæ. Negat paritatẽ Hurtado disp. illarum physicarum, sect. 7. §. 61. quoniam verbum Diuinum est incapax, vt perficiatur per vnionem: forma autem & materia per

vnionem perfici quunt. Sic argumentor: ergo si vnica solum daretur vnio in materia prima, manerent forma, & materia vnita, licet forma nõ perficeretur. Igitur vt intelligamus materiam, & formam vnitas, fat est, vnica concipere vnionẽ. Accedit quod anima saltem rationalis formam non perficitur per vnionem, sed potius per eam perficit, & decorat forma materiam: est namque forma materiæ decor & pulcritudo.

Ad primum argumentum oppositi modi discendi responderetur, actus distingui per potentias adæquatas non subordinatas inter se ad aliquid constituendum, vel efficiendum: sic distinguntur actus, visus, & auditus intellectus, & voluntatis in ordine ad suas potentias, saltem initiativæ, & inchoativæ, vel a signis: in ordine vero ad potentias, partiales, nego minorem. Potentiæ autem, quas in forma ad informandum, & in materia ad recipiendum concipimus partiales sunt, & subordinatæ, siquidem ordinantur ad constituendum vnũ compositum, & causandum vnũ effectum, vel forte vnio est actus materiæ, & formæ, vt tra. statu sequen. disp. 2. referam. |

Ad confirmationem dico in

informationem se tenere ex parte formæ, & receptionem, ex parte materiæ, nihilominus tamen sola ratione ratiocinata distingui, & nequaquam recipi in duobus subiectis: dicitur autem se tenere, ex parte materiæ receptione, quia vulgo dicitur eius causalitas, & informatio ex parte formæ, quia causalitas formæ nuncupatur, eique attribuitur vnio, vt informatio. Ad autem vnio sit receptio, & informatio scies tra. statu sequenti disputatione tertia.

222 Ad secundum argumentũ respondetur, hominis vnionem esse corporeã. Ad rationem qua impugnatur hæc corporea vnio, dico, sufficientissimam proportionem esse in vnione corporea ad vniendum extremum spirituale cum corporeo, nam si est spirituale est ita proportionatum corpori, vt ei vniamur, non mirum quod possit per corpoream vnionem vniri, atque adeo non mirum, quod informatio animæ spiritualis corporea sit entitatiue: nã spiritus informans corpus, eo modo, ac formæ corporeæ, illud informât, debet corporea vnione vniri, & corporea informatione informare; si huius vnionis plura non suppetunt exempla, nemine-

ris, nam hominis cõpositio specialis est atq; adeo sine simili; sed hoc secundum argumentum sequenti dubio illustrabitur, & tertium diluetur.

### DVBIVM III.

*Quodnam extremum sit vnionis subiectum?*

1 A Deo hic vnionis modus, est explicatu difficilis, vt de eo polliciores Methaphysici minus pollite loquantur. Suarez tom. 1. meth. disp. 15. sect. 3. nu. 13. probabile censeret, vnionẽ in sola forma subiectari, & consequenter ait, vnionem hominis esse spiritualem: ait tamen vnionẽ hominis habere conditiones rei materialis, quia (inquit) a materia omnino dependet, & illi suo modo coextenditur, quamuis ex partæ animæ extensionem non habeat. Ad dit præterea, illum vnionis modum educi de potentia materiæ, & formæ simul.

20 Ceterum doctrinam istam non probo, nam esto, quod in forma materiali possit vnio, vt explicatur ab hoc authore, suscipi; in anima rationali,

li subiectari nequit. Vnio enim ab agenti corporeo (vt ipse fatetur) producta, & a materia dependens, vt a causa materiali, non video, quo pacto possit spiritualis esse, & in anima recipi spirituali, & quo pacto generans possit in anima, spiritualis cum sit, vnionem introducere, & in substantiam agere spirituale. Cum ergo eodem modo philosophandum sit de formis materialibus, & anima rationali, quo ad modum vnionis, negandum est, vnionem in forma suscipi, vt in subiecto, & dato quod vnio in formis materialibus susciperetur, in anima rationali suscipi dicendum non est; propter quod diuersimode de homine, & de alijs compositis substantialibus nonnulli philosophantur.

3  
Vazq.  
Vazquez tom. 2. in primam partem disp. 195. concl. 3. & tom. 1. in 3. part. disp. 19. conclus. 2. etiam docet, vnionem in forma subiectari: rationem reddit, quia forma, precipue anima rationalis indifferens est, vt sit in materia, & vt sit separata, determinatur autem per vnionem, vt sit in subiecto, & non sit separata, & per se. Sed hec ratio est inefficax, nam etiam si determinetur forma, vt sit in subiecto ab vnione, potest vnio recipi in

materia: a dispositionibus enim aliquomodo determinatur forma, & nihilominus dispositiones in materia prima sunt. Præterea propter eandem rationem altera vnio in materia esset concedenda, nam si forma, quia per vnionem determinatur, est subiectum vnionis, etiam materia recipere potest plures, & diuersas formas, & determinabitur per vnionem, habebitque materia suam vnionem in se receptam, quod Vazquez negat.

4  
Sed cuiuscumque sit sententia, quæ asserit, vnionis subiectum esse formam hoc duplici suadetur argumento. Primum est, humanitas Christi vnitur verbo Diuino per modum realem vnionis, sed hic vnionis modus non subiectatur in verbo Diuino, sed in ipsa Christi humanitate, & hæc vnio sufficiens est, vt vere Verbum dicatur vnitum humanitati, & humanitas Verbo, ergo pari ratione modus, quo forma vnitur materia, recipietur in sola forma.

5  
Secundum argumentum est. Formæ accidentales, v.g. albedo vniantur materiae per modum vnionis receptum in ipsis formis, ergo formæ substantiales vniantur per modum receptum in formis substan-

stantialibus, & in materia.

7  
Conclus.  
Nihilominus sit conclusio dubiosi propositi decisiva: modus substantialis vnionis, quo materia & forma vniantur in sola materia, vt in subiecto recipitur, tam in materia hominis, quam in aliorum compositorum materia. Hanc conclusionem amplectitur Rubius, tracta. 2. de causa materiali, quæst. vnica, & oppositam sententiam impugnat duobus leuibus argumentis; leuius tamen est secundum, nam ex eo quod vnio sit in forma, aut in subiecto infertur materiam dici vnitam extrinsece extrinseca denominatione quasi non sequatur idem inconueniens ex eo quod vnio in materia sola recipiatur: tunc enim etiam diceretur forma vnita extrinsece, si materia vnita extrinsece diceretur, sed qualiter intrinsece vnita dicatur forma, dicam in fine huius dubij, in solutione argumenti, cuius causa, hoc est excitatum dubiorum.

8  
Pro hac conclusione plures suppetunt rationes prius tamen quam eis probetur, querenda est causa efficiens vnionis; nam materiam esse causam materialem, vel quasi causam vnionis ex dictis non difficulter potest colligi.

Aureolus apud Capreolum Aureolus in 4. distincta. 43. quæst. 2. & Enriqus quodlibeto 11. Enriq. quæst. 14. existimant vnionem animæ rationalis produci efficienter ab anima rationali. Dicunt enim quod postquam materia disposita est, & corpus organizatum in utero materno ad recipiendam animam rationalem, tunc ipsa anima rationalis, quasi quodam impetu copulatur materiae producendo vnionem sui cum illa quam rationem (si quæ est) approbat, & affirmat Suarez. Suarez. tom. 1. meth. disput. 15. sect. 6. num. 8. ex eo quod in anima est virtus ad producendam vnionem, & ideo non est negandum produci ab anima rationali.

9  
Verum enim vero defendi nequit vnionem ab anima rationali efficienter causari, maxime, si ita ab ea causari asseueretur, vt ipsa sola causa sit efficiens vnionem. Qua propter ait vnionem intrinsece materialem, & formam rationalem causari in genere causæ efficientis non a forma, sed a generante, ab alio scilicet homine, homo enim hominem generat. Patet, nam si vnio homini non proveniret efficienter ab homine, non posset homo dici hominis pater, & alius homo filius, cum nihil ho-

mo in homine causaret, nam cum pater non producat filij materiam, vt compertum est, nec animam rationalem, quæ est creata, si aliàs vnio non causaretur ab eo, nihil produceret, propter quod pater causa sui filij diceretur: & in generatione hominis daretur actio, quæ nihil produceret.

10 Ratio autem adducta ab authoribus contrarijs est inutilis, nam anima rationalis, propensionem habet ad informandam, & actuandam materiam, nūquam tamen eam informat, nisi sit agens disposnens materiam, & producens vnionem. Si vales, considera prius materiam, & formam si m il sumptas, & statim agens producens vnionem vtriusq; hæc autem vnio corporea, & materialis cum sit, prouenit ab agente corporeo, & materiali, non ab anima, quæ spiritalis est, in qua non adest virtus causandi vnionem istam: esto tamen, quod esset potens non re, & arguitur, produxisse vnionem, nam a potentia ad actum est inepta consequentia, quoniam potest facile actus impediri ab alijs rebus.

11 Statuto, vnionem a generatione produci efficienter; prima ratio nostrâ suadens conclusionem sit, quod vnio spiri-

tualis, qualis esset, si in anima rationali susciperetur, nequit a causa corporea, corporea a ratione. (corporea enim est generatio hominis) produci in subiecto spiritali, nempe in anima.

12 Secunda ratio, generatio, qua totū physicū causatur, nō recipitur in forma, sed in sola materia, vt in subiecto, ergo & vnio. Probo paritatē, nam sicut vnio in aduerform sententia, est causalitas, qua totū in facto esse producit, sic generatio, qua causatur totū in fieri, ergo sicut generatio subiectatur in materia, ita & vnio.

13 Tertia, nā modus iste vnionis, dato, quod in sola forma suscipiatur, depēdet in suo esse a materia in genere causæ materialis, vt fatetur Suarez loco allegato, ergo educitur de potētia materia, ergo subiectatur in materia: nā quod deducitur ab alio, vt a causa materiali, necesse est, vt in eo subiectetur.

14 Ad 1. argumentū oppositæ sententiæ respondeo, humanitatem Christi vniri verbo Diuino vna vnione hypostatica cōpleta, & composita ex duabus vnionibus partialibus inter se vnitis: vna est corporea, qua corpus Verbo vnitur, & altera spiritalis, qua vnitur anima rationalis, & vtraque sub-

subiectatur in humanitate: spiritalis in anima rationali, & corporea in materia: in Verbo autem non recipitur vnio, quia verbū Diuinū in cōpax est alicuius forme accidentalis, & alicuius modi, aut forme, cuius sit subiectū, & causa materialis. Præterea vnitur humanitas verbo Diuino, tāquā natura supposito, nō tanquam forma subiecto, forma substantialis vnitur materia, vt subiecto.

15 Ad 2. argumentū respondetur, negando paritatē, nā in accidentibus vnio, seu inherētia est modus esse, & existendi forme accidentalis, modus autē esse cuiuscūq; rei debet esse in ipsa re, si sit ei naturalis: nam sicut per seiras substantiæ debet esse in ipsa substantia, sic inherētia accidentis debet subiectari in forma ipsa accidentali: vnio autem substantialis, nō est modus esse, & existendi forme substantialis, nā forma substantialis suā propriā habet perfectitatem, cuius est subiectū. Accedit, quod forme adeo diuersæ, quales sunt forma accidentalis, & substantialis, nō mirū, quod diuersum modū vnionis habeant, sicut & diuersum modum esse, & existendi.

16 Superest satisfacere tertio argumentō præcedētis dubij,

quod presentē excitauit questione, & intēdebat probare, formā dici extrinsece vnitā, eo quod vnionis nō sit subiectū. Respondeo, ergo formā nō dici vnitā extrinsece, sed intrinsece, hoc est intime: nā duplici ex capite potest denominatione esse intrinseca, vel quia forma est in subiecto, de quo prædicatur, tāquā in subiecto, sic est hæc denominatio intrinseca, paries est tabus, vel quia forma est intima subiecto, de quo prædicatur, ita est vnio in forma, atq; adeo forma dicitur intrinsece, hoc est intime vnita materia. Huius rei irrefragabile habemus exemplū, nā verbū Diuinū dicitur intrinsece vnitū & coniunctū humanitati, etiam si vnio non sit in verbo Diuino, ut in subiecto.

17 Hæc solutione vtūtur plures Theologi, vt defendāt, esse intrinsecā, & physicā sanctitatem humanitatis Christi, quā sanctificatā esse dicūt per suppositū diuinum, quod ipsi humanitati intime coniunctum est: tūc licet non sit diuinum suppositū in humanitate, vt in subiecto, illam reddit intrinsece sanctā, quia est ei intime coniunctum. Doctrinam hæc inuenies in Magistro Lorca, to. de Incar. disp. 33. Non nulla alia scitu digna, quæ de substantiali vnione



desiderari hic possunt, discutentur tractatu sequenti, cum de causalitatibus materiae, & formae sit sermo.

DISPUTATIO SEXTA.

De toto Composito.

PRINCIPIIS, partibus, & vno ne compositi phisici, & naturalis explicatis, superest tantum ipsum compositum enodare, ut totus hic primus tractatus perpoliatur, & prima octo librorum phisicorum Aristor. expositio perducatur ad exitum.

DVBIVM I.

An ex materia, & forma substantiali constituatur unum compositum per se?

QVæstiuicula hæc facilem accipit explicationem, si animaduertamus triplicem requiri conditionem ad unum ens per se. Prima est, ut partes, ex quibus constituitur non pertineant ad diuersa prædi-

camenta: defectu cuius conditionis ex substantia, & accidenti non fit unum ens per se. Secunda conditio est, ut partes inter se uniantur: ut actus & potentia, propter quam conditionem ex duobus individuis non subordinatis nequit unum ens per se resultare. Tertia conditio requirit, ut saltem unum e duobus extremis sit incompletum, & compleatur per aliud, iuxta illud adagium ex duobus entibus in actu non fit unum per se, quod interpretatus sum disput. 2. dub. 7. Hac ratione fit unum per se, ex Verbo Diuino, & natura humana, nam licet Verbum Diuinum sit ens completum, natura vero humana ab illo assumpta non erat ultimo completa in genere substantiae defectu propriae subsistentiae, & completur per subsistentiam Verbi Diuini.

His præiudicis, assero ex materia, & forma substantiali con-

constitui unum compositum per se, ita docet Aristor. 8. metaph. textu 15. & sequuntur reliqui philosophi antiqui, & recentiores; & ratio est manifesta, nam ex actu, & potentia substantiali unum per se resultat, sed materia, & forma substantialis sunt actus, & potentia, ergo si uniantur constituent unum per se. Præterea, quia compositum physicum habet tres conditiones requisitas, ad unum per se, nã constat materia, & forma, quæ ad idem prædicamentum substantiæ spectant, sunt entia incompleta, & uniantur substantiali unione, quæ conditiones sufficientes, sunt ad constituendum compositum essenziale physicum, de quo loquimur.

DVBIVM II.

Num compositum substantiale, sit perfectius forma?

FORMAM esse nobiliorem, & perfectiorem composito fertur, docuisse nonnullos, allegantur Cimara Theoremate decimo, & Aquarius in disputatione illa, quam instituit de præstantia formæ supra compositum. Primum huius sententiæ argumentum est. Quia causa perfectior est

suo effectu, sed forma est causa totius, ergo est perfectior toto. Nec vim auferes huius argumeti, si dicas, eo probari materiam, quæ est causa totius esse perfectiorem ipso toto, nam forma est causa totius, & omnis perfectionis eius ita, ut nullam perfectionem habeat totum, quæ a forma, non proueniat, cuius rei signum est, quod unum compositum est perfectius altero, quia habet perfectiorem formam: materia vero perfectionem composito, non tribuit, nec ab ea unum compositum dicitur perfectius altero.

Secundum fundamentum est, quia licet totam perfectionem formæ contineat compositum, eo ipso, quod constat ex ea, nihilominus nequit adæquare perfectionem formæ, sed potius forma antecellit perfectione compositum. Primo, quia compositum est perfectum propter formam, & forma per se ipsam, atque adeo magis perfecta, iuxta illam paraxiam: Propter quod unum quodque tale, & illud magis. Secundo, quia compositum habet admixtam realitatem materiæ, quæ est imperfectio. Forma vero est actus, & nihil potentialitatis continet.

Vera est opposita sententia, quæ tenet, compositum

Suarez.

perfectiōnis gradum tribuit composito, secundum formæ, tertium materiæ, quem sequitur Suarez tom. 1. metaphysicæ disput. 15. sect. 7. & reliqui recentiores. Probatur; nã compositum præter perfectiōnem formæ continet perfectiōnem unione, & perfectiōnem materiæ, quas suas perfectiōnes continere videtur affirmandum, ergo totum compositum est præstantius forma. Accedit præterea, quod totum compositum est ens completum, & ex hac parte formam superat perfectiōne.

Ad primum argumentum oppositi modi dicendi responde, nō omnē causam esse perfectiorem suo effectu, sed ad summum causam efficiētem, imo, nec omnem causam efficiētem, ut constabit tractatu sequenti. Quod autem formam continens, perfectius sit simpliciter altero minus perfectam continente, solum infert, formam tribuere esse simpliciter toti perfectiōnem specificam, & ob id à forma, sumit perfectiōne, nam omnes materiæ compositorum (caelum empyreū excipio) solo numero differunt, atque adeo numericam tantum possunt tribuere perfectiōnem, & si vera est opinio asserentium omnia individua cuiuscumq;

speciei esse perfectiōne equalia, omnia composita physica ex parte materiæ erunt equalia perfectiōne, & perfectiōnis excessus pensandus erit penes perfectiōnem formæ, & unione.

Ad secundum respondetur, totum compositum præter perfectiōnem formæ continere unione, & materiæ perfectiōnes, & per consequens perfectius esse forma, & hinc ruit argumentum sumptum, ex illo pronuntiato; *Propter quod unum quodq; tale, &c.* Nã compositum, non est perfectius propter formam tantum, sed propter unione, & materiæ etiam. Præterea pronuntiatur illud, non tenere in causis materialibus, & formalibus docui, tract. 7. Dialect. disp. 2. dub. 6. Quod autem potentialitate materiæ compositum contineat, nō obstat; tum, quia illam potentialitatem coniunctam habet actui: tum etiam quia, si hanc imperfectiōnem habet compositum, imperfectiōnem incompleti continet forma, & plures perfectiōnes continet compositum, quibus forma caret; huiuscemodi comparatio, quæ inter formam, & compositum fit, nō debet intelligi de forma alterius compositi; nam arbitror animam rationalem præstantiorē esse lapide, sed comparatio debet fieri inter formam, & suum proprium compositum.

DV

## DV BIV. M. III.

*Vtrum totum distinguatur realiter à suis partibus simul sumptis, & unitis.*

I

**V**T in quo sit præsens sita difficultas, & eius resolutio consistet, observa primo difficultatem esse de toto physico composito ex materia, & forma; de hoc enim solo agere oblata exigit occasio; ea autem, quæ de hoc composito dixerimus accommodanda, sunt cuilibet toti reali partibus realiter distinctis coalescenti, imo, & composito rationis; nam eo modo, quo totum realiter compositum distinguitur à suis partibus, distinguitur compositum per rationem.

2

Secundo observa, totum physicum distingui realiter aqualibet sui parte distinctione includentis ab inclusio: & ratio est manifesta, nam, si una pars physica, v. g. materia esset idem realiter cum toto, altera etiam pars forma, v. g. esset idem cum toto, sed quæ sunt idem cum tertio, sunt idem inter se, ergo materia, & forma sunt idem inter se, quod est impossibile. Præterea si totum, non distingueretur realiter à qualibet parte, vera esset, hæc prædicatio: homo

est anima, equus est materia; has autem prædicationes falsas esse, docui tract. 3. Logica, disput. 2. dub. 4.

3  
Observa tertio, totum distinguui à suis partibus unitis divisivè sumptis; nam distinguitur realiter à forma unita materiæ, & à materia unita formæ distinctione includentis ab inclusio. Quæ observatio æque certa est, ac præcedens, nam totum distinguitur realiter à materia, & distinguitur à forma, & ab unione seorsim sumptis, imo distinguitur à materia, & forma simul sumptis, & ab unione, & forma, vel materia simul sumptis. An autem totum distinguatur realiter à materia, & forma, & unione collectivè sumptis, hoc est à materia, & forma, simul sumptis, & unitis, inquitur questio.

4  
De hac re duæ, sunt contrariæ opinionones. Prima ait, totum secerri realiter à suis partibus simul sumptis, & unitis: pro hac sententia allegatur Scotus in 3. distinctione 2. quest. 3. art. 1. quem eius imitantur discipuli, & præter hos aliqui ex familia Divi Thomæ. Caietanus, Ferrara, & alij, & novissime hanc opinionem tuentur Conimbricenses. lib. 1. physicorum, cap. 2. q. 1. arr. 3. & Fonseca 5. metaph. cap. 2. quest. 2. sect.

Scotus.

Caietan.  
Ferrara.  
Fonseca.  
Conimb.

sect. 2. & alij igniores. Astipulari videtur huic sententiæ Aristoteles multis in locis, quos afferunt, & interpretantur Rubius in librū primum physicorum, quæst. 2. & Suarez tom. 2. metaph. dispu. 36. sect. 3. consulantur ipsi.

Rubio.  
Suarez.

5 Pro hac fortè sententiâ allegari poterit Vazquez qui tom. 3. in 3. par. disputat. 19. cap. 1. asserit, præter materiâ formam, & vniõnem cõcedendam esse in composito substantiali quamdam quartâ entitatem distinctam, quâ ipse vocat informationē substantialem, atque aded à tribus entitatibus, quas totum substantiale includere dicitur necesse est, vt illud totum quod Vazquez comminiscitur à materia scilicet, & forma simul sumptis, & vnitis secernatur. Ne autem hac via pergas, sic istam quartam entitatem impugno.

6 Hæc quarta entitas, non est totum, non est pars, nec partium nexus, ergo est composita. Paret antecedens: nõ forma, quia ipse Vazquez vnã tantum in quolibet composito substantiali admittit, non materia, quia vnum debet esse subiectum; non vniõ, quoniam vnica est qua materia, & forma vniuntur, ergo nulla potest in composito substantiali dari quarta enti-

tas. Alijs valet, hac quartâ entitas impugnari argumentis, quæ hic proponere præsens haud quaquam permisit occasio, offeret se forsitan in libris de anima oportunior.

7 Prima huius opinionis ratio est. Materia, & forma simul sumptæ, & vnitæ sunt vera, & realis causa totius, sed omnis causa prior prioritate reali, quam suis effectibus atque aded distincta realiter ab effectu, ergo materia, & forma simul sumptæ, & vnitæ realiter distinguuntur à toto; maior patet; nam partes causant totum, non vt separata, ergo vt vnitæ.

8 Secunda ratio, quæ multa conueniunt toti, quæ nequeunt conuenire partibus simul sumptis, & vnitis, vt quod sit terminus generationis, & plura accidentia corporea, sicut quæ in toto suscipiuntur, & nequeunt suscipi in hominis partibus, cum vna sit spiritualis: ergo totum est tertia entitas distincta à partibus.

9 His, non obstantibus assero cum opposita sententiâ, totum non distingui realiter à suis partibus simul, & collectiue sumptis, & vnitis, atque aded totum physicum, non esse tertiam entitatem distinctam à materia forma, & vniõne collectiue sumptis; hanc conclusionem amplectuntur

Sua-

Suarez.  
Rubio.

Suarez, & Rubius locis supra citatis, ac reliqui recentiores. Probatur hæc conclusio, quia totum nihil includit præter materiâ formam, & vniõnem, ergo nequit distingui realiter à partibus simul sumptis, & vnitis. Antecedens est manifestum, quoniam nihil distinctum à materia, & forma assignari potest; consequentia probatur; nam si nihil aliud includit, non poterit distingui, tanquam includens ab inclusio à suis partibus simul sumptis, & vnitis: separabilitas autem inter totum, & eius partes simul sumptas, & vnitæ idabilis non est; nam materia, forma, & vniõ sine toto esse nequeunt, nec totum sine materia forma, & vniõne.

10

Sed rogabis, an saltem totum à suis partibus simul sumptis, & vnitis distinguatur, ratione ratiocinata; nam videtur sequi ex dictis, nec ratione ratiocinata distingui, quia nihil aliud est totum, quam partes vnitæ. Respondetur affirmatiue, sicut enim homo, & eius definitio, anima rationale distinguuntur ratione ratiocinata, vt non semel in nostra animaduerti dialectica penes expressum, & minus expressum, vel implicitum, sic homo à materia forma, & vniõ-

ne ratione ratiocinata discernitur penes implicitum, & expressum. Huiusmodi autem distinctio rationis ratiocinata parua est, & distinctioni, rationis ratiocinantis assimilatur: nec mirum, nam distinctionem rationis ratiocinata posse suscipere magis, & minus ostendi in Logica tractatu de vniuersalibus, disputatione 2. dub. 2.

Prima aduersantium ratio vehementer torquet recentiores, Suarez tom. 2. metaph. dispu. 36. sectione 3. num. 15. & Rubius, quæstione illa 2. num. 9. & alij moderni respondent, negando maiorem; dicunt enim partes collectiue sumptas, non esse causam totius, sed potius ipsum totum; partes vero diuise sumptas esse causam realem totius, & à toto composito distingui realiter. Has voces, collectiue, & diuise, aliqui moderni sic explicant; partes collectiue sumptas dicunt, esse omnes partes coniunctas, & in recto dispositas, quæ non componunt compositum, sed potius, sunt ipsum compositum, partes vero diuise sumptas, non ponunt in recto, sed vnã in recto, & alterã in obliquo auct, & ideo negat prædicti Authores, hanc propositionem, materia, & forma vnitæ sunt cau-

II

Suarez.  
Rubio.

sa totius, & a toto distinguntur realiter, concedunt tamē hanc materia unita formæ, causat totum, & hanc, forma unita materiæ causat totum, atque adeò distinguitur realiter à toto.

12. Si hos Authores arguas sic: materia unita formæ diuisiue, & in recto sumpta est causa realis partialis totius, forma unita materiæ diuisiue, & in recto sumpta est etiam causa partialis, ergo materia, & forma unitæ, sunt causæ totales totius, atque adeò distinguuntur realiter à toto. Respondent concedendo antecedens, & distinguendo consequens, si summantur collectiue negant, & si diuisiue concedunt consequentiam, quæ solutio magnopere enervat vim argumenti.

13. Si tandem ex regulis summarum eis obijcias, v2. let dicere, Petrus, Ioannes, & hic, & hic, &c. sunt Apostoli Dei, & duodecim, ergo omnes Apostoli Dei, sunt duodecim, ergo valebit dicere, materia unita formæ causat totum, & forma unita materiæ causat totum, ergo materia, & forma unitæ, sunt causa totius: paritatem negant, quia in præfenti, non accipiuntur particule collectiue, & diuisiue, sicut in summaris, sed hic diuisiue

idem esse, ac vnā partem in obliquo, & collectiue, ac vtramque partem in recto, & ideo, non recte infertur, ex eo quod vna in recto, & altera in obliquo causet totum, quod causent ambæ in recto; nā vt forma, causa sit totius in recto necessario petit, vt simul cū vniōne sit, & cū materia in obliquo, si autem etiam in recto ponatur materia, non sunt causa totius, sed ipsum totum.

14. Si hac solutione, non quiescis, & aliquis scrupulus tuum pulsat animum, eo quod hæc distinctio collectiue, & diuisiue, vel in recto, aut in obliquo multum dependeat à nostra consideratione, à qua non debet summi argumentum secundum ad affirmandam, vel negandam distinctionem realem, & realem causalitatem; & sicut valet dicere, Petrus cum Paulo portat lapidem, & Paulus cum Petro, ergo Petrus, & Paulus lapidem portant; valebit materia unita formæ causat totum, & forma materiæ unita causat totum, ergo materia forma unitæ causant totum. Si his ergo non quiescis, vtere alia probabili solutione: distingue illam propositionem: *Omnis causa distinguitur realiter ab effectu, & est prior illo, si loquamur de causis*

sis extrinsecis, quæ non constituunt essentiam rei, quam efficiunt, vera est, si vero loquamur de causis intrinsecis, præcipue adæquatis, quæ per sui exhibitionem constituunt compositum, & sui effectum, negabis illam; vnde etiam, si materia, & forma unitæ causent totum, non distinguuntur à toto, nec sunt eo priores, nec ad illud relationem dicunt prædicamentalem, aut realem: in his enim causis id est causa sui ipsius; si adæquate, & collectiue causæ intrinsecæ summantur. Quam solutionem præfæcto argumento exhibent Dominicus Soto in primum, quæst. 3. ad primum, & Pereira lib. 5. Philosophiæ, quæst. 3. in responsione ad 5. vtraque solutio difficilis intellectu, sed vtraque probabilis.

15. Ad secundum respondetur, in primis, quod aliqua prædicata conueniant toti, quæ non conueniunt, & partibus simul sumptis, & unitis, solum inferre distinctionem rationis inter totum, & partes simul sumptas, & unitas, quæ distinctionem rationis, concessi nuper. Præterea illa prædicata, quæ toti conueniunt, conueniunt partibus simul sumptis, & unitis, quamuis nõ adeò proprie, ac toti: proprius enim totum dicitur

generationis terminus, quæ partes simul sumptæ, & unitæ, nihilominus tamen, ipsæ partes aliquomodo possunt dici terminus generationis.

### DVBIVM III.

*An possit à Deo substantia simplex completa, & corporea produci.*

1. Inquirimus vnum, supponimus alterum; dari in rerum natura substantiam completam corpoream, & compositam supponimus, quod etiam philosophiæ supposuit parens, quoniam id minime eget probatione aliqua. Inquirimus autem, an dege absoluta possit produci substantia corporea completa expers compositionis physice materiæ, & formæ. De factis non dari supponimus, quoniam vt disputat. 2. dubio 6. animaduerti omne cæleste corpus ex materia, & formæ constatur, & nulla esse potest coniectura sufficiens, vt cælum empyreum (de quo non nil poterat occurrere controuersis) esse simplex corpus asseueremus: procedit igitur quæstio de possibili, & dux pugnantes ad sunt sententiæ.

2. Prima sententia, nullum corpus completum posse à Deo produci, quod sit omnino simplex, expers scilicet compositionis materiae, & formae, arbitrat. Hanc videtur insinuare Suarez disputatio 36. metaph. sect. 1. & apertius Puente Hurtado disputat. 1. metaph. sect. 1.

3. Pro hac sententia, hæc mihi occurrunt argumenta. Primum, corporeum est materiale, sed illa substantia simplex esset immaterialis, quia carens materia, ergo esset materialis, & immaterialis: materialis, quia corporea; immaterialis, quia materia carens.

4. Secundum substantia eo ipso, quod est corporea, debet esse radix quantitatis, & extensionis, ob id enim corporea est, sed quantitas est passio pullulans à materia prima, ergo implicat dari corpus, quod materia prima careat.

5. Confirmatur, quia si corpus simplex reciperet quantitatem, recipere posset calorem frigiditatem, & alia accidentia contraria, si hæc posset recipere, posset etiã formas recipere substantiales, quoniam corpus quod dispositiones suscipit, suscipiet etiã formas, ad quas disponitur, essetque nõ simplex, sed compositum.

Opposita mihi placet sententia, quæ per Dei absolute potentiam posse dari in rerum natura corpus completum compositione materiae, & formae carens affirmat. Placet hæc opinio, quoniam nulla occurrit contradictionis implicatio; nam corpus simplex non repugnat ratione substantiæ, cum substantia spiritualis detur expers materia: nec ratione corporeitatis, cum materia prima sit simplex, & sit corporea, nec ratione completionis, cum Angelus sit completissimus, & nullam physicam essentialem compositionem habeat: ex nullo ergo capite repugnat substantia simplex corporea, & composita.

Confirmatur, nam sicut in rebus spiritualibus datur substantia simplex spiritualis completa, ut Angelus: incompleta, ut anima rationalis: pari ratione in rebus materialibus dari poterit, non solum substantia incompleta materialis, nempe materia prima, sed etiam alia substantia completa, & simplex.

Huiusmodi substantia corporea completa, & simplex per creationem produceretur, quoniam in nullo esse posset subiecto, & nec generari; nec corrumpi posset; quia corpus generabile, vel

6  
Conclusus

77

81

vel corruptibile exigit necessario subiectum commune, quod modo sit sub vno generationis termino, & modo sit sub alio.

9. Dico pro opposita sententia illius superflua argumenta allata. Primum ruit, si cum Suarez loco suprã citato notes, immateriale duplicem habere significatum: nam in materiale dicitur, quod materia caret, & ut sic non convertitur cum corporeo; forma equi (verbi gratia) est corporea, etiam si à materia sit seiuicta. Secundo immateriale dicitur, quod caret extensione entitativa, atque adeo incapax est quantitatis: & in hac acceptione convertitur cum incorporeo. Substantia vero simplex, quæ possibilem esse asseueramus, & partes integrantes habebit; & erit capax quantitatis, atque adeo erit materialis, & corporea.

10. Secundum argumentum plures vexavit auctores. Sunt qui dicant; corpus illud simplex quantitatem habiturum specie diuersam ab illa molli, & tãgibili, quæ omnia corpora habent. Sed ex proprio loqui cerebro, quis non videat? Nam nec qualis ea foret, non explicant, & quem esset illa quantitas datura effectum, minime dicunt, qui

necessario esset distinctus ab effectu quem substantia composita quantitas tribuit molli. Ceterum (nisi fallor) facilis huius argumenti iuppedit solutio si putes, quantitatem nõ esse proprietatem materiae primæ quia talis est materia, & talis entitas, sed quia est entitas corporea; & ob id eademmet quantitas secundum speciem inuenitur in materia cæli empyrei, quam differre specie à materia sublunari dixi disputatione secunda, dubio sexto, si ergo quantitas est proprietatis substantiæ corporeæ, erit quantitatis mollis radix quæuis corporea substantia, siue constet materia siue sit corpus simplex.

Ad confirmationem respondeo, posse in illo simplici corpore ea recipi accidentia, quæ tali non essent substantiæ omnino repugnantia, illa vero accidentia nullatenus essent dispositiones ad introductionem alicuius formæ substantialis, quia substantialis formæ illud corpus incapax esset; & calor frigus aliæque eiusdem classis qualitates, dispositiones dicuntur, cum in subiecto capaci formæ substantialis introducendæ recipiuntur.

(?)



# TRACTATUS SECUNDVS.

## De materia & causis corporis naturalis, circa primum librum Physicorum.

**N**OVEM continet hic liber secundus capita. Primum naturæ definitionem offert, & ut magis, ac magis naturæ innoscescat quiditas, illam comparat cum arte. Secundum, discrimen, quod inter philosophiam, & mathematicas intercedere videtur, lata proponit. Tertium, quatuor genera causarum adducit.

In reliquis vero capitibus causæ & fortunæ continentur doctrina, & quem finem naturæ habeat in suis operationibus, & quare operetur necessario, definit. Omnium ergo novem capitum difficultates sex Disputationibus illustrare conabimur, in gratiam vero primi capituli sequens proponitur disputatio.

(?)

**DIS**

## DISPUTATIO PRIMA.

### De natura in communi.



**M**ULTIPLEX est huius vocis natura significatio; in primis Deus Opt. Max. dicitur natura, Auctor scilicet nature, vel (ut alij dicunt) natura naturans, vel natura uniuersalis, ut cõdistinguitur à causa naturali creata, quæ interdum natura naturata, hoc est, ex alia nata, interdum natura particularis nuncupatur, & de hac natura in particulari intellige illud pronũciatum: *Deus, & natura nihil faciunt frustra.*

Secundo accipitur natura pro essentia rei; sic fides docet in tribus personis Diuinis dari vnã naturam, hoc est, vnã essentiam. Tertio sumitur natura pro integritate rerum naturalium, & in hac acceptione sumitur natura, cum dicimus hoc, vel illud dari in rerum natura; item iuxta hanc acceptionem omne id, quod naturæ debetur secundum aliquam virtutem, & cau-

sam, dicitur naturale; quod autem omnium rerum, vel causarum naturalium vires superat, dicitur, & est supernaturalis, ut visio beata, & gratia, quæ sunt dona non debita naturæ. Quarto denique vsurpatur hæc vox natura pro primo principio intrinseco motus, & de natura in hac quarta acceptione nostra procedit disputatio.

### DVBIVM I.

#### Quid sit natura?

**N**aturam, quarto modo acceptam definit Aristotel. cap. I. huius libri sic: *Natura est principium, & causa motus & quietis, eius in quo est, primo, & per se, & nõ secundum accidens*, qua definitione sit satis proposito dubio, quatenus quid rei nature querit; singulas tamen huius

I  
Arist.

dis-

diffinitionis particulas opus est enucleare, & in primis particula illa, *principium*, vices gerit generis. Quodnam autem principium sit natura, an actiuum, an passiuum, an vtrumq; dubitari solet, nam aliud est principium actiuum tantum, vt igitur respectu caloris, quem producit in alio; aliud passiuum tantum, vt eolum respectu motus localis, qui actiue prouenit ab intelligentia; & aliud actiuum, & passiuum simul, vt animal in ordine ad motum localem animalis. Hæc difficultas multum continet controuersia; & ideo in alio dubio illico examinabitur, an sit principium actiuum, an passiuum.

2 Consulto additur, & *causa*, vt hinc intelligas, non sufficere ad rationem naturæ esse principium, sed necessum esse, vt etiã sit causa; omnis enim causa est principium, sed non omne principium est causa, vt notauit tractatu præcedenti, disp. 1. dub. 1. poterat Arist. si ei placuisset in præfata definitione particulam illam *principium* subdicere, si quidem eo ipso, quod sit causa est principium, illam tamen expressit ad maiorem explicationem, nec in hoc aliud est querendum mysterium, nam illud querere, vbi

non latet, est effundere tempus.

3 Sequitur, *motus & quietis*, qua particulas intellige non solum de motu locali, sed etiã de altera mutatione corporea: quietis nomine non significatur privatio motus, sed præexistentia, & conseruatio formæ acquisitæ per motum, in consequitione enim termini motus quiescere dicitur ens naturale; cõiunctio illa, & intelligenda est distributione accommodata, vt sit sensus; natura interdum est principium motus, & interdum quietis, implicat enim idem agens simul moueri, & quiescere, sic explicant particulam, & Conimbricenses hic conclus. 1. quaest. 2. art. 3. ad 1.

4 Verbis illis eius in quo est excluditur à ratione naturæ Deus; excluditur, & Angelus, nam Deus est causa mei motus, extrinseca tamen non intrinseca, & similiter Angelus quia licet in extraneo subiecto motum corporeum causare valeat nõ veto in se ipso, quoniam spiritualis est: requiritur enim ad rationem naturæ, vt motus cuius est principium, in ipso maneat principium: vel (vt ego arbitror) requiritur, vt natura sit in illo, quod à motu totaliter denominatur. Quapropter, si corpus

DVBIVM II.

*An ratio naturæ conueniat toti composito.*

pus simplex, atq; adeo materiae expers daretur, non esset natura, quia nõ esset in alio, vt in toto, debet enim natura esse in alio, si nõ actu saltem potentia. At licet ad rationem naturæ requiratur, vt possit producere motum in eo, in quo est, non tamen est contra rationem naturæ, producere motum in alio extraneo, nõ ignis forma est natura, eo, quod motum sursum causat in igne, & tamen valet producere calorem in aqua, & motum sursum in lapide.

5 Verba illa *primo, & per se* requirunt ad rationem naturæ, vt sit principium primũ, & radicale operationũ. Quibus verbis à ratione naturæ excluduntur cõposita substantialia, excluduntur etiam non solum formæ artificiales, sed omnes accidentales, nam licet grauitas, & leuitas respectu motuum, & potentia, vitales respectu suarum operationũ sint principia, non sunt natura, eo quod non sunt prima, & radicalia principia. Illa autem particula, & *non secundum accidens*, posita sunt ad maiorem explicationem, vt mos est Aristot. consuener enim Philosophi, dum rerum naturam describunt, verba addere, quibus clarior reddatur descriptio.

6 EXplanata naturæ definitione dubitabis: an præfata definitio toti conueniat composito, & consequenter totum substantiale ex materia, & forma coalescens, sit natura. Respondet Rubius in integram naturam, totum scilicet compositum dici proprie natura, & ei conuenire definitionem allatam, nam humanitas dicitur natura hominis; ceterum Conimbricenses, vbi supra, & Hurtado disput. 7. de natura, sect. 1. toti composito rationem naturæ negant; & meo videri conformius menti Aristot. nam natura debet esse in alio, vel tanquam in subiecto, vt ego arbitror, vel vt pars in toto, vt constat ex illis verbis eius in quo est iuxta communem expositionem, quam attulimus: & motus debet esse in eo, in quo est natura; hoc est, natura debet esse saltem, tãquam pars in eo, quod principaliter, & totaliter denominatur à motu, atq; adeo totum cõpositum, non est iuxta mentem Aristot.

Rubius.

Conimb. Hurtado.

Conclus.

Conimb.

natura, sed ens naturale. Præterea totum compositum (ut inquit Conimbricenses) nõ est radicale, & primum principium substantiale, nõ prius principium actiuum est forma, & passiuum materia, si principium passiuum sit natura proprie; ite si totum compositum dicitur primum, & radicale principium est respectu principiorum accidentalium, at vero respectu formæ, & materiæ non est primum principium, & radicale.

2.

Plane ergo sequitur, totum compositum dicendum fore ens naturale non naturam, & similiter humanitatem, si simul materiam, & formam significet, ut videtur significare, naturam non esse, sed ens naturale iuxta Arist. mentem: solet tamen homo, aut humanitas dici natura, & similiter forma solet appellari ens naturale; si tamen compositum natura dicitur, solet appellari integra, ut discriminetur à forma: nihilominus tamẽ prius dicitur natura de homine, verbi gratia, quam de accidentibus, aut modis substantialibus unione, verbi gratia, aut alio modo: de re, & de mente Arist. constat, de nomine, & voce non amplius decertemus.

DVBIVM III.

An ratio nature conueniat omni forma substantiali?

Supponit titulus dubij, quod minime est sub lite, aliquas scilicet formas substantiales esse proprie naturas, ita exprimit Arist. 1. cap. huius primi lib. & Arist. sequuntur reliqui philosophi: de forma enim ignis, verbi gratia, tota definitio nature exacte verificatur. Quod si obijcias, motum sursum, verbi gratia, non recipi in forma ignis, ergo forma ignis est extrinsecum principium motus sursum, ergo non est natura; responderetur, formam ignis esse principium intrinsecum composito, quod mouetur, ignis scilicet, de ratione enim nature est, quod sit principium intrinsecum eius, quod mouetur, siue in natura recipiatur motus siue non. Præterea motus sursum intrinsecus aut intimus formæ ignis dicitur, quoniam in materia ignis est, & ipsum ignem intrinsece denominat, & afficit.

Aristot.

De

De anima rationali.

2

Sed licet de forma ignis, & alijs huiuscemodi nulla sit controversia, de nonnullis formis non nihil est litis: nam in primis anime rationali rationem natura negauit Pereira lib. 7. suæ philosophiæ capit. 12. & id probat pluribus Aristot. testimonijs, & ratione desumpta ex eo, quod anima rationalis ut sic, non est principium motus physici, sed intellectiõnis, & volitiõnis.

Pereira.

3  
Assertum

Nihilominus tenendũ est, animam rationalem proprie esse naturam, nam est principium motus progressiui, & aliorum motuum, seu mutationum. Quod sufficit, ut natura dicatur: nam & si secundam rationem sensitiuæ, & vegetatiuæ sit principium mutationis corporeæ, etiam ut rationalis erit natura, quia eadem anima est vegetatiua, sensitiua, & rationalis. Accedit, quod intellectio, & volitio, quæ sunt operationes proueniẽtes ab anima ut rationalis, quamuis spirituales sint, dependent à sensibus, dum est in corpore, propter quam rationem dici poterit natura: in definitione nature nomi-

ne, motus, non solum intelligi possunt rigurosi motus, qui interpositiuos versantur terminos, qualis est motus alterationis, localis, & augmentationis in multorum sententia, de cuius probabilitate in libris de generatione Deo dante; sed quælibet mutationes corporeæ, & quæ à corpore aliquo dependent modo. Unde ratio, pro sententia Pereira allata euanescit, & auctoritates Aristot. quas adducit, quæ breuitati consulens ommitto, facilem habent expositionem: reuincit enim philosophus concedere, animam esse naturam, quia non est natura, utcumque, sed perfectissima natura, ad modum, quo sanctus Dionysius dixit, Deum non esse substantiam communi ratione, sed perfectissimam, sic anima rationalis non est natura, ut reliquæ formæ, sed perfectissima natura.

4

Si tamen aliquis obijciat, motum progressiuum animalis naturalem non esse, eo quod eleuatio pedis, quæ sit in motu progressiuo, non est naturalis pedi, cum pes sit grauis, respondeo, motum progressiuum includere eleuationem pedis, & eius descensionem, & utraq; naturalem esse respectu



totius animalis, at vero si tantum respectu ipsius membri, quod mouetur, consideretur eleuatio, & descensio, eleuatio non est naturalis, & descensio pedis naturalis est; potest enim idem motus naturalis esse respectu animalis, & non respectu pedis.

### De forma cœli.

5: **P**raterea est non parua cōtrouersia de forma cœli mobilis, nam de forma cœli empyrei agemus infra: controuertitur igitur inter iuniores, an motus circularis cœli sit cœlo naturalis: & supponendum est ex libris de cœlo, & mundo, cœlos moueri circulari motu, qui in ipsa cœli materia suscipitur, & efficitur ab intelligentijs cœlos mouentibus: cœlum enim ab extrinseco motore moueri communis est phylosophorū opinio, cui opinioni Patres, & Theologi stipulantur: hic cœli motus durabit vsque ad diem iudicij, & postea motus cœli cessabit, habebitq; cœli materia quietem, & aliā formā specie diuersam, vt docuit tractatu precedenti, disp. 2. dab. 5.

6: *Affectum* Hoc supposito dico, motū circularem cœli non esse naturalem, vt naturale opponitur violento, sed præterna-

turam eius, nam in cœli motibus nulla est inclinatio a cœlo, & nullus impetus ad motum, aut quietem, atque adeo, nec motus circularis est ei naturalis, nec naturalis ei esset quietes, si eam haberet, sed præter naturam. Quod autem cœlorū materia à nostra solo numero differat ac per consequens passiuam habeat ex parte materiae inclinationem naturalem ad motum, sufficiens ratio non est, vt contabit dubio sequenti, vbi naturale quod comparatione violenti naturale dicitur, debere esse secundum inclinationem a cœlo non passiuam dicam: nihilominus tamen cœlum ens naturale, & eius materia natura dicitur, si nō ea proprietate, qua corpus sublunare, & eius forma si saltē methaphorice, & hoc sufficit, vt obie sum partiale phylosophiæ sit.

7: Sed vt an cœlum ad motum inclinationem a cœlo habeat magis conuenit, dubitabit aliquis. Vtrum, si aliqua pars cœli è cœlo præscinderetur, an quiesceret naturaliter, an naturaliter moueretur, quæ casum Dei absoluta potētia esse possibilē, nō inficiaberis.

Huius dubioli multis modis respondēt authores, nam aliqui dicunt, partem illam natu-

naturaliter moueri sursum, eo quod cœlum, licet formaliter, nō sit leue est leue eminenter, & virtualiter. Sed propter eandem rationē, tenderet deorsum; nam non minus cœlum est eminenter graue, ac leue; esse autem eminenter graue, aut leue, si verificatur in cœlo, non ob aliā rationē verificari existimo, nisi quia in alio graui, aut leui motum valebit cauare, non in se ipso. Alij arbitrantur, partem illam cœli in his partem inferioribus circulariter moueri; sicut quando erat in toto, sed cum nullum in se principium motus circularis cœlum habeat, pars illa circulariter nequit moueri; nisi moueatur ab Angelo. Petrus Martinez r. de cœlo, textu 19. autumat, partem illam expellendam esse ab elementis in locum superiorem, ad modum, quo olei partes mixtæ partibus aquæ sursum tendunt, quia ab a qua expelluntur, sed esto, quod ab elementis expelleretur per impressum impulsū, ille motus naturalis, non esset illi parti, nec suæ debitus natura; illa tamen expulsio fictitia est, & nulla ratione, aut exemplo suaderi potest; nam olei partes petunt natura sua sursum, eo, quod leuitatem habent, pars autem cœli, si-

cut & totum cœlum, nec leue, nec graue est.

9: In illo ergo casu assero, partem illam statum, & locum habere præternaturale, & nec naturaliter moueri, nec quiescere, sed præternaturaliter, manereque immotam, quia nullam principium actiuum haberet, à quo moueretur; nam si cœlum mouetur ab extrinseco motore, quo modo pars è cœlo abstracta posset à se ipsa sursum deorsum, vel circulariter moueri?

10: De forma cœli empyrei superest definiendum, an sit natura; non quia cœlum empyreum principium motus sit, cum sit natura sua immobile, sed quia sit principium quietis positionis, cui negatio, non priuatio motus est annexa: quidem enim, quam cœlum empyreum habet, non acquisiuit per motū. De hac forma cœli empyrei dici, sine inconuenienti potest, esse naturam proprie, eo quod sit principium quietis; præsentia scilicet, non acquisita per motum; nam coniunctio illa diffinitionis nature *motus, & quietis* summi potest distributione accommodata, non solum, quo ad tempus, vt in hoc tempore sit principium motus, & in altero quietis; verū etiam, quo ad subiecta, vt hoc subie-

stum, sit solum quietis principium, & aliud sit motus principium: & nomine quietis intelligenda est quies positiva, cui annexa est privatio, ut quies formæ ignis, cum iam calefacta est; vel cui annexa est negatio motus, ut quies cæli empyrei. Si tamē quietis nomine intelligas solum quietem positivam, cui est annexa privatio, & conjunctionem illam *motus*, & *quietis* intelligas distributive distributione solum, quoad tempus, & ad rationem naturæ requiras, quod sit principium motus, & quietis simul, successive tamen; facile defēdes, formam cæli empyrei non esse naturam propriam.

DVBIVM III.

An materia prima, sit propriè natura.

**I**deo hac in re graves auctores inter se pugnantes, licet (ut infra dicam) res hæc non sit adeo acriter pugna digna. Affirmativam partem, nempe materiam primam, esse propriam naturam tuentur plures antiqui, & ex recentioribus Suarez tom. 1. metaph. disput. 15. sect. 11. Magister Lorca 1. 2. sect. 2. disputat. 3. Rubius, Conimbricenses. Hurtado, & alij.

Suarez.  
Lorca.  
Rubio.  
Hurtado

Horum auctorum fundamentum est, quia tota definitio naturæ de materia prima verificatur, ergo materia prima est propriè natura.

Partem negantem, materiam scilicet primam esse impropriam naturam, tenēt Valles, & tyrones. Vazquez tom. 1. in 1. 2. disp. 25. c. 3. & alij. Vis huius opinionis in eo sita est, quod eius auctores existimāt, solum principium actuum motus, & quietis dici propriam naturam, principium vero passivum, dici naturam metaphoricè.

Ut meum de hac re professorum iudicium, supponendum est primo, naturale summum posse, ut distinguitur contra artificiale, vel contra supernaturale, vel contra violentum; in presenti autem naturale summum, ut violento opponitur; nam discrimen naturalis ab artificiale dubio sequenti ostendam.

Secundo supponendum est: *Violentū esse, quod est à principio extrinseco passivo, non conferente vim, id est, veniente, & resistente per contrariam inclinationem, & contrarium impetum*, ut cum Scoto explicat Magister Lorca (supracitatus) particula enim, non conferente, contrarie summenda est: an autem, ut aliquid sit violentum debeat esse contra inclina-

Valles.

Vazquez

3

Vazquez.

Conclus.

Aristot.

Scotus.  
Lorca.

inclinationem actiuam, an contra passivam, eadem videtur controversia, ac difficiliter proposita; nam qui materiam esse propriam naturam arbitrantur, docent consequenter esse propriam violentum, quod est contra inclinationem passivam, vel actiuam, qui vero materiam solum metaphoricè naturam dici autumant, proprium violentum vocant, quod est tantum contra inclinationem actiuam, quod vero est contra inclinationem passivam, violentum improprie esse dicunt. Ita Vazquez; quem in presentiarum sequor.

His suppositis assero, materiam esse naturam, sed non eam proprietate, ac formam, sed metaphoricè, & consequenter propriam naturam debere esse principium actuum motus, & quietis, principium vero passivum naturam esse, sed non ita propriam, ac actiuam. Hanc conclusionem expressit Arist. 5. metaph. c. 4. ubi postquam formam esse propriam naturam dixit, subdidit hæc verba: *Materia enim, eo quod huius est susceptiva, dicitur natura*; & in hoc 2. lib. Physicorum cap. 1. sic de forma loquitur. *Atque natura magis hæc est, quam materia*; ex quo sic arguētor; natura de forma, & de materia, non dicitur univoce, sed analogi-

ce, ac propriè dicitur de forma, ergo de materia metaphoricè, & improprie. Maiorē allata ex philosopho suadent verba, & plura Argelici Doctoris confirmant testimonia, multis omissis ipsum audi hic lect. 1. *Forma (inquit) secundum quod aliquid est ens naturale in actu, magis est natura quam materia*, lenit ergo sanctus Doctor, naturam analogice dici de forma, & materia. Patet, quia animal dicitur univoce de homine, & de equo, homo non est magis animal, quam equus, licet sit perfectius animal. Sed forma est magis natura quam materia, ergo forma, & materia non participant univoce rationem naturæ.

Quidam philosophus recens naturam analogice dici de materia, & forma inficiatur. Quod facile posset defendi, si philosophiæ patens, non docuisset contrarium. Ait namque *metaphoricè vero omnino omnis substantia natura propter hanc dicitur*; id est, propter formam. Quibus verbis aperte docet, naturam analogice de forma, & materia dici; nam ubi est metaphora, & per illam nomē dicitur de inferioribus, necesse est, ut sit analogia ob id enim pede pedis hominis, & de pede montis dicitur analogice.

7  
Ioannes  
Martin.

Meta-

Metaphoram præfactus concedit tiro, & cum univocatio ne nominis compati docet; nam animal (inquit) quod transfertur ad significandum animal pictum, non eo vivencia significat equivoce. Sed allatum exemplum cum re, de qua agimus, non cohæret, quoniam animal, non dicitur metaphorice de viventibus, atque adeo, nec equivoce, sed de animali vero, & de animali picto dicitur methaphorice, & ideo dicitur equivoce ac consilio, seu (quod idem est) analogice analogia extrinseca, quam in nostris dialecticis commentariolis explicui. Methaphora enim reperiri nequit sine analogia seu equivocatione, quæ in illis erit inferioribus inter, quæ ad esse conceditur methaphora. Si ergo inter materiam, & formam dari methaphoram hic admittit neotericus sub nomine natura, facteri tenerur, equivoce de materia, & forma nomen natura dici. Paret ex philosopho, omnis substantia methaphorice dicitur natura propter formam, materia est substantia, ergo dicitur natura propter formam methaphorice, ergo analogice.

7  
Conimb. Conimbricenses secundo, phyllicorum cap. 1. quaest. 1. art. 2. concessis maiori, &

minori suprapositi sylogismi, negant consequentiam, quoniam sicut, licet ens sit analogum ad substantiam, & accidens non solum substantia est proprie ens, sed etiam accidens, sic licet natura sit analogica ad formam, quæ est principium actuum motus, & materiam, non solum forma erit proprie natura, sed etiam ipsa materia. Cæterum, si natura est analogica necesse est, ut de vno analogato intrinsecè, & proprie de altero vero extrinsecè, improprie, & methaphorice dicatur; nam ut tract. 4. Logicæ, disput. 2. dub. 2. ostendi, solum analogum transcendens, quale est ens communissimum respectu substantiæ, & accidentis, proprie, & intrinsecè de suis dicitur analogatis; at natura, non est transcendens, & ideo nequit dici de materia, & forma intrinsecè; & si intrinsecè de materia, & forma diceretur ratio naturæ, esset ratio univoca.

8  
Arbitror ergo, nomen natura, in sui primæna impositione, impositum esse ad significandum principium actuum, & postea fuisse translatum per quandam similitudinem, & proportionem ad significandum principium passivum: atque adeo naturam de forma, quæ est principium actuum motus,

motus, & quietis, & de materia, ac de quacumque forma substantiali, quæ principium motus, & quietis non est, analogice dici analogia extrinseca, quam explicui tractatu illo, 4. Logicæ disput. 2. dub. 2. & disput. 3. dub. 1. Eodem modo, quo dicitur natura de forma, quæ est principium actuum motus, de materia, quæ principium passivum, dicitur naturæ definitio: proprie de forma, seu principio actuum, improprie vero, & per quandam proportionem verba illa definitionis naturæ de materia, seu principio passivo verificantur; nam principium, & causa motus supponunt pro principio actuum, & causa efficienti, & postea ad principium passivum, & causam materialem significandam trallata sunt. Simili analogia violentum de violento, quod est contra inclinationem actiuam, & de violento, quod est contra inclinationem passivam dicitur; proprie enim, & rigurose nomen violentum, violentum contra inclinationem actiuam significat, sicut impetus, seu vis vim, & impetum actiuum significat proprie, passivum vero metaphorice. Item principium analogice dicitur de principio activo, & de passi-

no consule dubium 3. sequentis. disputationis.

9  
Ex huiusque dictis comper tum habemus, rationem naturæ proprie solum in formis substantialibus sublunaribus reperiri, si forma cœli empyrei natura, non est, ut facile defendi posse, dixi in materia autem, & in quacumque principio passivo solum reperiri metaphorice, & improprie. Nota, tamen hanc improprietatem magis, & minus habere; nam totum dicitur naturæ improprie, materia etiam dicitur improprie natura, & sic alia huiusmodi: at vero materia minus improprie natura dicitur, quam totum, cum facilius possint naturæ definitionis verba materiæ, quam toti aptari, & ob id communiter totum, ens naturale, materia vero natura dicitur.

10  
Dices, materia prima est principium actuum quantitatis, ut pote causa efficiens eius, ergo materia est proprie natura. Concedo antecessens, & nego consequentiã; nam illa productio quantitatis, non est motus, aut mutatio, de qua loquimur, sed emanatio, & pullulatio, qua propria passiva ab essentia dimanat.

11 Breuius quam par est, de natura discuti, quoniam totam hanc disputatiunculam esse de nomine puto, & de nomine quaestiones iamdiu habeo exosas. Tota enim huius disputationis controversia consistit in modo loquendi, quanam scilicet substantia sit in rigore sermonis natura dicenda, & quanam motus sit naturalis nuncupandus. Natura dicitur propriissime forma, minus proprie materia, improprie totum substantiale. Motus à forma proueniens dicitur propriissime naturalis, qui, à materia minus proprie, patet ex dictis: noli de hac re amplius disertare.

## DVBIUM V.

*Quo modo ars imitetur naturam.*

*Aristo.* PRIUS, quam quo pacto naturam imitetur ars, explicemus; conuenientias, & discrimina, quae inter naturam, & artem versantur, assignemus. Differunt primo definitione; nam natura est principium, & causa motus, &c. *Ars uero est habitus, cum ratione effectiuus, ut ex Aristotele. 6. ethicorum cap. 4. retuli*

tract. 1. Logicae dispu. 4. dub. 2. Differunt secundo, quia natura est substantia, ars accidens, atque ad eam natura longe perfectior arte: tertio ars accidens causat, figuram, uerbi gratia, uel alia huiusmodi: natura ualeat substantiam causare: quarto natura motum causat intra ipsum mentem compositum, ars fere semper in externam materiam operatur: natura producendo, ars regulando operatur. Conueniunt ars, & natura, quia sicut naturae perfectio consistit in conformatione cum Idea Diuina, sic artis perfectio consistit in conformatione cum ipsa natura: secundo conueniunt, quod sicut natura, semper incipit ab imperfectioribus, ita ars à facilioribus. Alia conuenientia, & discrimina uideri poterunt apud recentiores, praecipue apud Rubium, qui septem conuenientias, & totidem discrimina enumerat hic quaestio. 3.

Discriminibus, & conuenientijs inter artem, & naturam consideratis, dubio proposito, utrum scilicet ita ars naturam imitetur, ut naturae opera per se attingere ualeat, satisfaciendum superest. Cui respondeo, artem posse imitari naturam depingendo, uel alio modo imitando

*Affertum*

tando naturam non uero posse sua uirtute, & efficacia aliquod opus naturae efficere, quoniam ars, non aliter concurret cum artifice, quam tradendo regulas, & praecipua operis faciendi, quae regulae uim, & uirtutem, non habent inducendi formam substantialem in materiam, ergo ars non potest uirtute sua opera naturae efficere: dixi uirtute sua, quia aliena uirtute applicando actiua passiuis mira naturae operaefficat ars; nam ualeat ars ita causas naturales applicare, & eas ita disponere, ut causent effectus quos, si non applicarentur, non causarent.

*Augst.* Sed aduersus, hanc doctrinam est quaedam uulgaris obiectio; nam ars chimica uerum efficit aurum, ueramque formam auri introducit in materiam, ergo ars potest efficere opera naturae. Praeterea Magicos Pharaonis ueros efficere serpentes constat ex Augustino lib. 3. de Trinitate cap. 7. ergo ars attingit naturae opera. Ceterum etiam si artis ministerio uerum aurum, & ueri serpentes fiant, non inde sequitur, artem propria uirtute, & efficacia naturae efficere opera, sed ea efficere, aliarum causarum uirtute, & efficacia; ars enim solum potest causas aptare, & appli-

care, ut mira opera naturae producantur, non uero ea producere.

Hac solutione ruit proposita obiectio, & illa exempla gratis admissa uim non habent; gratis inquam, quoniam existimo artem chemicam uanam, & delusoriam, & eam recipere perniciosum esse, ut pote, quae nunquam praestat aurum, quod pollicetur, & propter huius artis usum multum ditissimi ad inopiam redacti sunt, ut pulchre dixit Pereira lib. 8. suae philosophiae cap. 21. *Alchimistas, non efficere aurum, sed absumere, non implere crumenas, sed magis deplere, & exhaurire.* Est, igitur ars uera chimica, si non impossibilis, saltem nunquam hucusque comparata, quoniam aurum factum hac arte uerum non esse, uiri rerum metallicarum peritissimi scribunt: & ob hanc causam summorum doctores, aurum illud uendentes teneri ad restitutionem in integrum. Gratis etiam datur, serpentes illos, quos incantatores Pharaonis ediderunt, esse ueros; nam falsos esse potest sine inconuenienti affirmari. An autem fuerint ueri, an apparentes sacrorum librorum interpretes definient.

## DISPUTATIO SECVNDA.

## De causa in communi.

**T**omnes causæ sigillatim suo ordine declarentur, opere pretiū duxi de causa in cōmuni, de nomine scilicet definitione, & diuisione causæ, & aliquibus causæ conditionibus vnica disputatione agere; nam explicato diuiso, causa scilicet in communi, membra diuidentia, particulares videlicet causæ melius explicantur.

## DVBIVM I.

## Quid sit causa in communi.

**P**erit propositi dubij titulus quid nominis, & quid rei causæ in communi explicare. Nomen causæ adeò late solet vsurpā, vt significet illud, à quo effectus dependet, quomodocumque dependeat, siue sit conditio, siue sit occasio, aut origo, & principium: è contra vero

vsurpatur causa strictè pro illo quod dicit ordinem ad effectum accipiendo effectum strictè, pro eo scilicet, quod à causa efficitur efficienti, quæ solum in hac arcta acceptione causa dicitur, in quo sensu Diuus Augustinus lib. 83. quæstio. q. 28. ait, *Omnem causam efficientem esse.* Est alia causa acceptio media inter duas allatas, qua accipitur causa, pro vt est communis quatuor generibus causarum efficientis, formalis materialis, & finalis: & de causa sic sumpta definitionē, & quiditatem inuestigamus, vt quid rei causæ in communi, quod dubium inquiri propositum satisficiamus.

Causæ in communi, quatuor generibus causarum definitionem, non attulit philosophus fortasse, quia existimauit nobiscū, hæc quatuor genera solū nomen causæ habere cōmune, nō essentiā, & quiditatem; nihilominus pluras definitiones causæ in cōmuni afferuntur à recentioribus: est tamē

præ-

preferenda, quam affert Suarez tom. 1. meth. disp. 12. sect. 2. quæ sic se habet. *Causa est principium per se influens in aliud.* Ly principium ponitur loco generis, vt pote commune principijs, quæ non sunt causa; ly per se differre facit causam per se à causis per accidens, verbum *influit* excludit Priuationē & reliqua principia, quæ nō dicuntur causa. Sume tamen hoc verbum *influit* non strictè, vt soli causæ efficienti cōuenit, sed latius, quatenus influere idem est, ac dare esse, vel communicare esse alteri, siue detur illud esse in genere causæ formalis, siue in genere causæ materialis, siue efficiētis, siue in genere causæ finalis; de qua causa latiori acceptione causa dicitur, vt dub. 3. dicam.

Proposita, & explicata definitione causæ in communi obijcit sibi Suarez, allatā definitionē de Patre respectu Filij, & de Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti verificari, Pater autem nō est causa Filij, nec Pater, & Filius causa Spiritus Sancti, vt cōpertum est omnibus Latinis, ergo definitio allatā exacta non est, quia conuenit alijs, a definito. Respondet Autor iste, Patrem non influere esse in Filium, ita vt illud

esse sit causatum, & aliud esse secundum essentiam ab esse Patris, id enim significant verba illa influere. Addit deinde, consulto dixisse in aliud, & non in alium, vel in aliquem, quia aliud non dicitur proprie, nisi, quod est in essentia diuersum. Hoc tamē quod addit, facile impugnari potest, eo quod in creatis Pater dicitur causa Filij, & Filius est alius à Patre, & non aliud, hoc est diuersæ speciei, sed quoniam solutio hæc, suas patitur difficultates altiorē petentes tractatum, præfata obsecro quiescas nūc solutione; scies in Theologia, quare Græci sine offensione vtantur in diuinis, nominibus correspondentibus vocibus Latinis causæ, & causati, & Latini hæc nomina non admittant, sicut, nec realis dependentia Filij à Patre, vel Spiritus Sancti à Patre, & Filio, admittenda non est in diuinis.

Præterea sibi obijcit Suarez ex mysterio Incarnationis, nam tota definitio causæ conuenit verbo Diuino personaliter terminanti humanitatem, sed, vt sana docet doctrina, verbum Diuinum non est causa humanitatis, ergo allata definitio non est bona; maior probatur, quia à verbo Diuino dependet humanitas,

4  
Suarez.

nitatis, sed illud, à quo aliud dependet, est vere causa, & ei conuenit definitio causæ, ergo verbum Diuinum est causa. Respondet solita eruditione humanitatem dependere à Verbo, vt à termino non vt à causa, & ideo verbum Diuinum non esse principium influens esse in humanitatem; nam non quælibet dependentia est manifestum signum veræ causæ.

At licet solutio hæc obiectionem propositam enervet, quatenus suadebat, verbum Diuinum esse causam humanitatis, vrgeri potest, & probari, verbum Diuinum esse causam formalem Christi, vt est persona composita, nam ex humanitate, & verbo Diuino ipsam terminante confurgit vna persona hic homo qui est Christus, ergo Christus dependet non solum ab humanitate, sed etiam à verbo, vt à causa intrinseca, & formali insuente in Christum non aliter, quam communicando suum esse personale. Respondetur, verbum Diuinum suum esse personale communicare huic homini, Christo videlicet, nihilominus non esse proprie causam, posse tamen reduci ad aliquod genus causæ intrinsece formalis, vel materialis: non est

proprie causa, quia non aliter, quam terminando concurrat ad constituendum hominem; eodem modo philosophare de substantia creata respectu puri hominis, nam creata substantia habet se per modum termini, & ideo non rigurose causa dicitur.

Disceptat prolixè Hartado, disputat. 8. physica, sect. *Hurtado* 4. vtrum definitio causæ conueniat causæ remotæ, quam quæstionem ab ipso solo excitari, gloriatur, nec mirum, nam quæstionem de nomine, & à deo futilem, noluerunt alij auctores excitare, & in his nugis impendere tempus: causa enim remota est remota causa, & remota principium, & mediata causa est mediata causa, mediateque verificatur de ea definitio causæ allatæ, hoc est, debet addij in definitione mediatum, aut remotum; & sic causa mediata, seu remota definitur. *Causa remota est remotum principium per se influens in aliud.* (?)

DV

## DVBIUM II.

*Quid dicat causa pro formali?*

**C**Ausa nomen est concretum accidentale, vt album, vel adiectiuum, vt rationale sensibile, & alia huiusmodi, atque à Deo constare debet subiecto, & forma, tenemurque assignare, quid pro materiali, & quid pro formali dicat causa, sed quoniam causa potest sumi in actu primo, & in actu secundo de causa vno, & altero modo sumpta sigillatim agendum est nobis.

**C**AUSA in actu secundo pro materiali, & subtracto dicitur entitatem ipsius causæ, verbi gratia, sol pro formali dicit ipsam actualem causalitatem, vel connotationem effectus, à qua ipsa entitas causæ, sol verbi gratia denominatur causa saltem extrinsece, vnde causa in actu secundo concretum est accidentale: quid autem sit causæ causalitas scies cum de singulis tractetur causis.

**Q**uid vero causa in actu primo dicat pro formali plus continet difficultatis. In sum

ma dico, causam in actu primo dicere pro formali respectu transcendentale ad effectum; de causa efficiente formali, & materiali loquor, nã de finali, per proportionem, & similitudinem ad istas, præcipue ad efficientem est philosophandum: hic autem respectus transcendentis est habitudo ad effectus talis causæ, quo respectu virtutem & potentiam ad causandum suos effectus in causa explanamus: & hic respectus transcendentis est realis respectus non distinctus ex natura rei à re, cuius est respectus, sed in ea inhibitus, & non requirens existentiam termini, in quem tendit, vt docui, tracta. 5. logicæ, disput. 3. dub. 1.

Ex dictis infero, tantam esse dependentiam causæ creatæ ab effectu, vt ab eius possibilitate causæ entitas dependeat, nam si impossibilis esset effectus impossibilis esset causa, verbi gratia, si lux esset impossibilis, impossibilis esset sol, & materia prima esset impossibilis, si formæ materiales impossibiles essent. Omnis ergo causa creata dicit respectum transcendentalem ad effectum, atq; adeo dependet à possibilitate termini, tanquam à posteriori, vel à cõcomitate; dixi

dixi, hoc verum esse in causis creatis, quoniam existimo, omnem relationem transcendentalem respectu creaturarum fore excludendam a Deo, & Deum futurum, etiam si creaturæ repugnarent.

5 Sed rogabis, an hæc dependentia causæ ab effectu tãta sit, ut dependeat causa non solum ab effectu, ut sic, & in communi, sed etiam a singulis effectibus: respondetur affirmative cum Hurtado disp. 8. physica, sect. 3. & alijs recentioribus nam materia nõ solum esset impossibilis, si implicaret omnis forma substantialis, sed etiam si anima rationalis, verbi gratia, esset impossibilis, quoniam potentia quæ pendet a termino in communi, dependet etiam a terminis in particulari, & nõ solum dicit respectum transcendentalem ad terminum in communi, sed etiam ad terminum in particulari. Nam hæc potentia physica, cum a parte rei tendant in suos effectus, necesse est, ut in tota entitate, & rationem entitativæ loquendo tendant: si autem talis terminus esset impossibilis, esset impossibilis ille respectus, & per consequens entitas cuius est respectus.

6 Id, quod de causis, & potentijs physicis respectu suo-

rum effectuum dixi, de potentijs intentionalibus respectu suorum obiectorum dictum puta: nam nõ solum esset impossibilis potentia visiva, si coloratum esset impossibile, verum etiam, si album impossibile esset: quoniam, si album esset impossibile, esset impossibile visio albi, si autem visio albi implicaret, implicaret potentia visiva, quia implicaret respectus transcendentalis potentia ad visionem albi, & ad ipsum album: hoc tamen est disci imen inter potentias physicas, & intentionales, quod intentionalis potentia dependet ab obiecto, ut a priori, est enim obiectum prius potentia, at vero potentia physica ab effectu non tãquam a priori, sed, ut a posteriori, vel concomitanti dependet.

DVBIVM III.

*Qualis sit divisio causæ in quatuor genera causarum.*

S**U**btitulo huius dubij tria possunt controuerti dubiola. Primum est, an vulgaris divisio causæ in formalem, materialem, efficientem, & finali-

nalem, sit sufficiens, & adæquata divisio. Secundo, an sit immediata. Tertio, an sit analogica, vel æquiuoca, quibus difficultatibus summam fiet factis.

*Affertio.*

Ad primam difficultatem dico, præfatam divisionem sufficientem, & adæquatam esse, & ut adæquatam, & sufficientem illam ab Arist. receperunt philosophi omnes post ipsam, nulla enim est causa, quæ non sit formalis, materialis, efficiens, vel finalis, & si qua est, ad vnam ex his quatuor facile potest reduci; nam causa exemplaris, de qua maior adest difficultas, ab aliquibus ad causam formalem, ab alijs vero ad causam efficientem reducitur, ut disputatione patebit sequenti. Sane has quatuor causas solum memoravit Aristoteles, quoniam quatuor tantum modos causandi inuenit, quia quidquid sit, solas duas causas intrinsecas habere potest, quarum vna causet, ut actus, altera, ut potentia, vna, ut formalis, & altera, ut materialis: & duas tantum potest habere causas extrinsecas, è quibus vna sit, a qua fiat, causa scilicet efficiens, & alia propter quam fiat, nempe finalis causa, nec alius modus causandi imaginari potest, nam modus

causandi vniõnis respectu totius, & substantiæ respectu suppositi ad causam formalem reducendi sunt, ut duobus primo attingi.

*Affertio.*

In secundâ difficultate, verum scilicet sit Aristotelica divisio immediata, assero mediatam esse, nam prius poterat diuidi causa in causam proprie influentem, qualis est efficiens, & in causam influentem metaphorice, quales sunt causa materialis, formalis, & finalis; poterat etiam causa incommuni, diuidi in causam intrinsecam intrinsece causantem, huius generis sunt causa materialis, & formalis; & in causam extrinsece causantem, in causam scilicet finalem, & efficientem: & prius quam his diuisionibus secaretur causa, poterat secari in causam in potentia, hoc est in actu primo, & in causam in actu, hoc est in actu secundo. Aristotelica, igitur divisio immediata non est, at licet sit mediatam, est approbanda, nam non omnis divisio debet esse immediata, maxime cum diuisione intenditur, plura membra diuisi explanare, ut intendebat philosophus.

*Affertio.*

Ad tertiam difficultatē respondetur, diuisionem causæ in quatuor genera causarum esse

R esse

esse analogi in analogata, & nomen causæ proprie de causâ efficienti, improprie vero de causâ materiali, & formali, & improprie de causâ finali dicitur; solam autem causam efficientem esse proprie causam docuit Seneca lib. 8. Epistolarum, episto. 66. in-  
*Seneca.* quies, quoniam si omnia, sine quibus effectus esse, non potest ponenda, sunt in causarum numero plures essent numeranda causa, & paucis interpositis subiicit, in vna ergo causa efficienti sistendum est, reliqua vero, sunt veluti adiumenta huius causæ, aut conditiones necessariz, & idem sentit D. Augustinus, loco dub. 1. allegato. Huius diuisionis analogiam admittunt Suarez tomo primo metaphys. disputat. 21. sect. prima, & alij neoterici, & ratio est manifesta; nam influere solum conuenit proprie causæ efficienti, alijs vero causis minus proprie; formam enim

se ipsam dare, influere proprie non est.  
 Dices: materia, & forma sunt proprie, & absolute causa, vt patet ex communi modo loquendi philosophorum, ergo non improprie. Responderetur, proprie esse causas intrinsecas, improprie vero causas; nam causa de efficienti, & formali, vel materiali de causa scilicet intrinseca, & extrinseca analogice dicitur, vt Suarez loco dudum citato ait. Instat causa materialis, verbi gratia, est proprie causa intrinseca, ergo est proprie causa. Nego consequentiam; nam secunda intentio est proprie ens rationis, & non est proprie ens, & hic canis domesticus est vniuocè canis latrabilis, & non est vniuocè canis, sed æquiuocè; posse enim aliqua sub vno nomine vniuocari, & non sub altero; notauit in Logica, tractatu quarto disput. 3. dub. 3.

DISPV-

DISPV TATIO TERTIA.

De causis formali materiali, & exemplari.

DVBIVM I.

Qualiter causet materialis causa.

**N**ON agimus prius de causis intrinsecis formali, & materiali, quam de efficienti, quia hæc sunt perfectiores, longe enim perfectior est modus influendi causæ efficienris, quam causæ formalis, vel materialis: sed, quoniam de materia, & forma tractauimus precedenti tractatu, & quæ ibi diximus, hac disputatione percipiuntur melius. Plura ibi disputata habes de materia formali, & vnione, caue ne tibi excidant è memoria: præcipue tamen, sculptam in animo tene disputationem illam de vnione; nam ex ea tota causæ materialis, & formalis, intelligentia dependet. De causa exemplari in præsentibus instituitur sermo; quoniam causæ formalis, valde similis est, vt ex eius enunciatione constabit.

**D**E materia prima, explicando suam essentiam, & quidditatem, & proprietates tractatu precedenti disput. 2. ex professo disceptaui, & de ea, quatenus est causa, duo quæ sita hoc dubio proponam, eis que satisfaciam. Primum est, per quid causet; secundum, quem causet effectum, tam totalem, quam formalem.

Primo quæ sita respondeo, materiam primam, propria virtute causare per propriam entitatem, & essentiam, & non habere virtutem causatiuam superadditam suæ entitati, vt per eam in genere causæ formalis, suum causet effectum. Patet; nam materia causat, & suscipit formam substantialem materialem,

R 2 riale,



rialem, per suam potentiam, sed hæc potentia materiae, non distinguitur realiter ab ipsa materia, imo est eius essentia, ut probavi tractatu præcedenti, disput. 2. dub. 2. ergo materia prima causat per suam propriam entitatem, & virtutem.

Causat (inquam) materia per propriam entitatem actu existentem; nam quod realiter, non existit realiter nequit causare in genere causæ materialis, formalis, vel efficientis; quænam autem existentia requiratur in causa finali, dicam disput. 5. Hanc necessitatem existentie nullus inficiabitur, vnum, aut alterum excipio Thomistam, quoniam scio Nunonũ capitulum disputat. 3. par. quæst. 62, art. 1. afferuisse sacramenta physice gratiam producere, quædo non existunt, id est in ultimo instanti extincto. Quam sententiam improbabilẽ esse putat Suarez tom. 1. metaph. disput. 14. sect. 3. & re vera negari, non potest existentia, esse ad minus conditionẽ ad causandum requisitam, & ad huc per Dei absolutam potentiam indispensabilem; nã quod nõ est actu, nequit dare actu esse actuale distinctione reali, & ex natura rei distinctione a causa.

Id constabit disputatione

sequenti: de alijs. vero causarum causalitatibus agetur late cum de earum causis instituat sermo; in hac ergo disputatione materia, & formæ causalitates solummodo explicare tenemur. Materia causat formam, causat, & totum media causalitate, generatione scilicet substantiali totius, quæ respectu forme nuncupatur educio, & respectu materiæ dicitur receptio, media, qua & formam recipit, & totum inferi causat. Habet ne materiæ primæ causalitatem in facto esse? illam habere vulgo dicitur, vnionẽ scilicet substantialem, quæ receptio solet nuncupari, ego vero nullatenus aliam nullo causalitatem, quæ entitas realis sit præter fieri rei, quod quatenus ab gente dicitur fieri; quatenus respicit materiã dicitur pati, quod nã autem munus vnio præstet sit ne receptio, sit nec informatio, sequenti dubio patebit.

Circa secundũ quæsitum assertoria causari posse à materia, in genere causæ materialis per generationem substantialem, cõpositum, formã (si materialis sit) & substantialem vnionẽ: vnionem, & formam materialem causat, quoniam à materia vnio, & forma materialis educuntur; totum causat materia, quia est pars

con-

constituens totum, eo ipso, quod suscipit formam, & cum ea vnitur. Hi tres effectus sic se habent; totum compositum est effectus adæquatus, & præcipuus, forma effectus formalis, atq; ad eò partialis, vnio vero, est effectus non formalis, quoniam non dat esse formale, sed cõditio necessaria, ut totum fiat.

Doctrina tradita extendi potest proportione seruata ad realia subiecta respectu formarum accidentalium physicarum, quæ realiter distinguuntur à subiectis; nam si sola ratione distinguerentur, sola posset causalitas rationis inueniri, causa namque materialis formæ accidentalis, est eius subiectum, quod sicut per suam entitatem accidens suscipit, per suam virtutem, & entitatem accidens causat, ut videre est in materia prima, respectu quantitatis, ad quam; & alia accidentia dicere potentiam, non distingat realiter ab entitate materiae docui disputatione 2. tractatus præcedentis, dub. 2. Hoc subiectum, etiam causat media causalitate, quæ est actio ipsa, qua forma ab agente producitur, calefactio, verbi gratia, quæ simul est causalitas calefacientis, & subiecti in quo suscipitur actio. At de

inhærentia accidentis, quam in forma accidentali suscipi, dixi præcedenti tractatu, disput. 5. dub. 3. sicut de vnione philosophare.

Obijciat aliquis; ex forma accidentali, & subiecto, non fit vnum per se, sed quæ per accidens coniunguntur, nequeunt veram causalitatem habere, ergo subiectum, nequit esse causa formæ accidentalis, & compositum accidentale, cum non sit vnum per se, nequibit esse effectus. Respondetur, ex forma accidentali, & subiecto vnum fieri, quod si cum vno substantialem comparatur est vnum per accidens, si vero comparatur cum vno per aggregationem; vnum per se dicitur, & congruenter solet appellari vnũ per se accidentale, ut animaduerti tractatu 3. Logicæ disputat. 2. dub. 1. At vnitas huiusmodi inter causam, & effectum, non requiritur, sed potius pluralitas; cum communis doceat sententia, causam ab effectu semper distinguere realiter. Si tamen requiratur, quod effectus productus vnus sit, sufficientem vnionem habet, concretum accidentale, verbi gratia, calidum, ut formæ, & subiecti dicatur effectus.

## DVBIUM II.

*An vnio sit formæ  
causalitas.*

**T**Ritum, vulgareque est, vnionem substantialem materiæ, & formæ vtriusque causalitatem esse: vnio pro vt à forma est informatio, pro vt à materia receptio inquit recētes philosophi, quod forte non desplicuit vultis; atque aded vnio, vt receptio erit aliquomodo prior forma, quia causalitas prior est effectu, & vt informatio, forma posterior, quoniam causa prior est causalitate; has autem causalitates sola ratione distinguū inter se maior recentiorum numerus assenerat.

Adeo plausibile assertum, communeque placitum sua nequit probabilitate vacare, libet tamen hoc tritum minime suscipere iter, quoniam latebrosū; plerumque enim via, quo magis trita eo est magis difficultatibus plena. *Assertum* Affero ergo vnionem nullatenus receptionem, aut informationem esse, ac per consequens, nec materiæ, nec formæ esse causalitatem. Probatum primo: vnio est

proprie effectus, ergo non est proprie causalitas. Patet antecedens; vnio educitur de materia media actione reali, ergo est proprie effectus: re enim vera non minus effectus debet dici vnio ac reliqui modi substantiales, vel accidentales, si ergo est effectus nullo prorsus fundamento, valet nuncupari causalitas.

Præterea, forma causando se ipsam, & sic totum constituit, ergo superflua est causalitas, qua datur, & qua constituat, causæ vero efficiētis dum influit necesse est assignare influxū, & causalitatem, vt disputaione sequenti patebit; de qua diuersimode ac de causis intrinsecis, & constituentibus philosophari tenemur, quoniam causa efficiens per suum influxum necesse est, vt sit vbi est suus effectus, causa vero constitutiva non alio modo quam per se ipsam dicitur effectui coniuncta, non ergo formæ opus est vnione.

Item duę, partes aquę nulla causalitate media causant totum aquę, & vnitiuum vtriusque partis haudquam causalitas est, sed vnio & vinculum vtriusque partis; ergo pari ratione materiæ, & formæ absque causalitate media causant totum

tum substantiale.

**T**andem vnio hypostatica causalitatis munus non exercet, & ex Verbo Diuino naturaque humana resultat hic homo Christus; resultet pari ratione ex materia, & forma posita vnione compositum substantiale, & nullum munus vnio præstet causalitatis.

Verū enim vero; quod nam munus gerat vnio substantialis, comonstrare tenemur, ne argumentis propositis ans à attribuatur alicui, existimandi materiæ, & formæ vnionem esse; vnde quaque superfluam. Requiritur sane substantialis vnio inter materiā, & formam, vt sit vinculum ac nexus vtriusque, & tanquam conditio sine qua non; adeo necessaria, vt nec lege absoluta sine vnione valeat substantiale compositum resultare; sicut enim causa efficiens, vt causet exigit applicari; sic materia & forma, vt causent totum, vnione indigent, & hæc indigentia nullo modo dispensari, suppleri ve potest. Haud quam ergo causalitatis munus vnioni substantiali est tribuendum.

Obijcies; materia, & forma causant totum media vnione, & per vnionem, ergo

vnio est vtriusque causalitas. Distinguo antecedens: media vnione, & per vnionem tanquam per conditionem requisitam ad causandam, concedo antecedens; tanquam per causalitatem, antecedens abnego.

Obijcies secundo: nequit forma concipi vnita materiæ, nisi intelligatur informans materiam, ergo vnio est informatio. Probo consequentiam, quoniam ea maxime idem esse dicuntur, quæ nec ratione valent separari, sed vnionē ab informatione nequit intellectus diuidere, ergo vnio; & informatio idem sunt; erit igitur vnio causalitas. Respondetur, concedendo non posse vnionem sine informatione concipi; valet tamen informatio sine hac vnione considerari, imo informatio reliter ab hac vnione separari, valet. Exempli ergo, hac rationalis anima, hoc informans corpus hac vnione, idem corpus eadem informatione informabit cum in die resurrectionis corpora reuiuiscant, & eadem haudquam substantialis producet vnio.

Sed age, assignemus formæ substantialis causalitatem, quam ostendere tenemur, quoniam hucusque non esse vnionem causalitatem

sua.

ſuaſimus, ſed potius media cauſalitate educi de potentia materia. Aſſerendum, ergo eſt nullam cauſalitate mediam dari inter formam & compoſitum, ſed immediate illud cauſare formam dando ſe ipſam: pari ratione materiam media receptione, quæ non diſtinguitur realiter ab actione generantis euomit formam, & forte ipſamet, vel alia educatione vnionem cauſat: totum vero in facto eſſe, aut quaquam per vnionem cauſat, quam nullatenus receptionem eſſe dicimus.

20 Dices; per ſuam entitatem conſtituitur cauſa in actu primo, ergo in actu ſecundo cauſa conſtituitur, vel per vnionem, vel per aliquid ab ipſa forma diſtinctum. Reſpondetur, formam conſtitui cauſam in actu ſecundo per ipſum effectum iam exiſtente; nam quatenus forma connotat effectum exiſtente, dicitur cauſa in actu ſecundo: in his enim cauſis nulla alia cauſalitas media neceſſaria eſt, ſed ſufficit hæc effectus connotatio,

11 Cauſalitate diſquiſimus, quæramus formæ ſubſtantialis effectum: vnicus cuiusuis formæ eſſe videtur, compoſitum ſcilicet ſubſtantiale; ſed duplicem effectum

tribuedum, eſſe formæ; probabis ſic. Forma eſt prior compoſito ſaltem prioritate reali à qua, & dependentiæ: verbi gratia, prior reali prioritate natura eſt anima rationalis, quam homo, ergo in illo priori anima eſt in materia, ergo illi tribuit aliquem effectum formalem, & aliquam denominationem priorem toto ſubſtantiali. Vtramque nego conſequentiã, quia à prioritate à quo ad prioritatem in quo vitioſum eſt argumentum, cum enim ſola eſt prioritas dependentiæ, à quo, non eſt admittenda propoſitio, quæ particulam in, pro particula, à ponit, quoniã ex hoc argumentãdi modo facile plura inferuntur abſurda, vt attente conſideranti conſtabit. Primus igitur formæ effectus eſt compoſitum in noſtra ſententia, quæ aſſerit materiam ab exiſtentiã formæ minimè dependere, & primum, quod forma, verbi gratia, anima rationalis præſtat materiæ eſt, eſſe hominis, cauſando, quod materia, ſit partialiter, homo. Aſſerere autè, materiã antequam ſit, homo dici animatã, vel alia huiusmodi denominatione commentitium eſt; nam huiusmodi denominationes, ſunt denominationes ſumptæ à forma, quatenus cauſat totum,

totum, & oriuntur à toto, quia nominibus adiectiuis explicatur, & ad ſummum ante quam cauſet forma totum in facto eſſe, dici poterit, totum inferi cauſare, licet improprie. Doctrina hæc patet a paritate formæ accidentalis; de qua, ſicut de forma ſubſtantiali philoſophandum eſt; nam primus effectus formæ accidentalis, v. g. albedinis, eſt totum accidentale, nempe album, ergo primus effectus formæ ſubſtantialis erit totum ſubſtantiale.

## DVBIUM III.

*An forma poſſit recipi, & non informare.*

21 **D**Udum hæc agitur quæ diuinculã, quoniam de hac re vnus, vel alter philoſophus recens immerito diuinculauit. Dubiũ eſt longa minime diſputatione dignum, quod nolo prætere tacitus, ne hac recenti doctrina philoſophi ſtupeant tirones. Placet nonnullis philoſophis ſcriptoribus aſſerere, poſſe per Dei abſolutam potentiam formã in ſubiedo recipi, & non vniri, atque aded, nec informare, cauſareque ſuum formale effectum. Arbitrantur, namque formam receptam in ſubie-

do nullum tribuere effectum quo aduſque accedat vnio, quã per Dei abſolutam potentiam poſſe, non educi de materia, etiam ſi ibi ſit forma recepta, inquit. Quod nõ ſolũ exiſtimant verum in formis ſubſtantialibus, ſed in accidentalibus etiam: exempli ergo etiam ſi albedo ſit in corpore recepta non faciet album, niſi corpori vnatur, & poterit non vniri.

Hanc doctrinam defendit cõplutenſium non nemoque nullo alio nixus fundamento, niſi illo omnibus eiũdem generis quæſtionibus communi, quod non debet Deo negari, niſi quod manifeſtã inuoluit contradictionẽ, cum autem receptio, & vnio realiter ſecernantur, poterit vnio à receptione, & e contra receptio ab vnione ſeiungi in quo neutriquam cõtradictionis implicatio aparere videtur: poterit igitur forma recipi, & nõ vniri, nec informare.

Cæterũ huic modo dicendi aquieſcere nõ licet, quoniam plura contra eũ ſupperunt argumenta, cum eſt albedo, v. g. recipitur in corpore, ergo albedo datur; ſed forma dando ſe ipſam, cauſat, ergo albedo faciet album, eo ipſo quod in corpore recipiatur. Patet; nã recipi, & dari in præſentia ſi mutuo ſe reſpiciunt: imo, &

in alijs rebus idē cōtingit; res ergo recipi nequit, nisi detur.

Secundum, si albedo recipere in corpore, corpus haberet albedinē, ergo esset habens albedinē, sed habens albedinē est album, igitur si albedo reciperetur in corpore, faceret album. Si respondes, album esse habēs albedinem per vnionem nō per receptionem, ex proprio loqueris cerebro, & haud quaquam argumento satisfacis: ex proprio cerebro; quoniam allata distinctio omni prorsus est, auctore, & fundamento destituta: non satisfacis, quoniam in tua sententia vnio ipsa est receptio, & ob id per vnionem causari à materia totum ais, ergo si corpus per receptionem habet albedinem, erit habens albedinem, quoniam cum corpus per receptionem albedinem habet, illam habet per vnionem, qua in receptionem appellas.

*Conclus.* Afferendum igitur est, implicare contradictionem formam recipi, & non vniri, ac informare subiectum causare que totum. Liquet ex dictis; nam receptio sine datione aliqua formæ (vt sic loquat) dari nequit; sunt enim correlatiua ergo implicat dari receptio, nisi etiam informatio detur. Dico autem, ita se mutuo respicere, vt nequeant separari,

in auditum non est. Subiectū (alia tacitus prætereō exempla) & prædicatum secernuntur realiter, vt in nostris commentariolis dialecticis tractatu 6. disputat. 2. dub. 2. attigi: receptio, ergo formæ & vnio non poterunt separari; vel si separari queunt erit lege absoluta, & tunc receptio ab hac vnione, non ab omni separari quibit: quod nostræ non ob est assertiuncula, & ex his oppositi modi dicendi fundamentum euanescit.

Præterea per ipsam forte receptionem, & educationē formæ non solum formæ, sed etiā educitur vnio, vel saltem duabus educationibus educuntur, adeo connexis, vt nequeant mutuo separari, quam connexionem reperiri posse inter entitates realiter distinctas nupercule explicui.

### DVBIVM III.

*An effectus cause materialis, & formalis possint provenire à solo Deo.*

**V**T qui effectus causa materialis, & formalis possint à Deo provenire gerēdo earum vices plane constat, notandum est, duplicem effectū tam causam formalem, quam materialem, habere posse, è quibus

quibus vnus dicitur primarius, quia præcipuus, alius secundarius, quia minus præcipuus. Primarius, & præcipuus effectus formæ substantialis (id seruata proportione de formæ accidentali dictum puta) est totum cōpositū, quod causat dādo se ipsam materiæ & simul cū materia constituēdo cōpositū, sic formæ ignis præcipuus effectus est ignis. Secundarius, & minus præcipuus effectus est, quē non causat constituēdo illum, vt eius pars, & vt pars dando se ipsā, sed aliter, sic effectus secundarius formæ ignis est expellere formam ligni, & effectus secundarius formæ esset, si materiæ existentiam forma tribueret, vt aiebant Thomistæ relati tractatu præcedenti disp. i. dub. 7. Primarius, & præcipuus effectus materiæ (eadē est de subiecto, accidētū proportionalis ratio) est ipsū totū substantiale, quod constituit, tanquam pars simul cum forma vnum per se componens. Secundarius, & minus præcipuus effectus materiæ est forma materialis, quæ de potentia materiæ in genere causæ materialis educitur, qui effectus non dicitur secundarius, quia sic secundus; nam prius intelligimus formā educitam, quam constitutum cōpositum, sed quia minus prin-

cipalis, & minus intentus, & quasi in intēctione secundus, licet executione sit primus.

Hoc notato duobus assertis propositæ difficultati respondeo. Primum est: causalitas causæ formalis, & materialis respectu effectus primarij suppleri nequit à Deo; & causæ materialis, vel formalis respectu huius effectus vices aliquo genere modo Deo nō potest, nequit, enim Deus ignē sine forma ignis, aut sine materia efficere. Et ratio est manifesta; nā de essētia cōpositi substantialis sunt materia, & forma, sic enim homo physice, & essēntialiter per partes physicas definitur; *Homo constat corpore, & anima*; sed nequit res à Deo cōseruari, sine sua essentia, ergo nequit dari totum sine forma, & materia: implicat enim, quod sit totū substantiale, sine partibus substantialibus, atq; adeo sine materia, & forma. Confirmatur, quoniam Deus, nō aliter posset supplere absentiam formæ, nisi informando materiā, neq; absentiam materiæ, nisi Deus informaretur forma, sed nequit informari, aut informare per se ipsum, vt illico ostendam, ergo nequit supplere causalitatem causæ materialis, & formalis respectu principalis, & primarij effectus.

Dices in mysterio Incarnationis

*Assertum*

tionis Deus supplet per se ipsum vices substantiæ creatæ immediate, quæ est causa formalis imperfecta, ergo, & poterit vices cuiuscumque causæ gerere. Respondetur, substantiam, non esse causam formalem, sed terminum, & per modum termini naturam reddere substantiam, vt notavi disputatione præterita, dub. 1. vices huius termini gerit Verbum Divinum in mysterio Incarnationis, quod præstat Divinū Verbum sine sui reali, & intrinseca mutatione: vices autē causæ formalis, gerere nequit, quia informat, vt formam, & informati, vt subiectū imperfectum denotat, vt dicam statim.

<sup>3</sup>  
Assertum

Secundū assertum, effectus secundarij materiæ, & formæ provenire possunt à solo Deo, atque à Deo vices causæ materialis, & formalis ab eo suppleri; potest enim Deus expellere formam ligni absque introductione ignis, cuius secundarius effectus dicitur expulsio alterius formæ substantialis: & potest calor à solo Deo expelli, sine introductione frigoris, simili et forma materialis, quæ in genere causæ materialis, à materia causatur, poterat à solo Deo causari, & effectus materiæ à Deo suppleri; quod à Deo

perspicuum est, vt non indigeat probatione; nam Deum posse formam substantialem, sua absoluta potentia producere, & conservare, absq; materia, non ibi inficias.

Sed statim oritur, non contentenda difficultas, in quo scilicet genere causæ Deus suppleat causalitatem causæ materialis, & formalis, quando earum effectus secundarios causat, an eos causet in genere causæ materialis, vel formalis, vel alio genere. Qua in re singularis est sententia Fonseca 5. metaph. c. 2. q. 12. aientis, causalitatem materiæ, & formæ suppleri à Deo in eodē genere causæ materialis, & formalis ablati imperfectiōibus, quæ in his causis creatis reperiuntur, sicut supplet, & gerit vices causæ efficientis in genere causæ efficientis: ex quo sic potest prima confici pro hac sententia ratio. Nā Deus potest munus causæ efficientis, & finalis exercere, ergo & formalis, & materialis, nulla enim potest disparitatis ratio assignari.

Secunda ratio est, quia si deus, no cōcurreret cū materia, & forma in genere causæ materialis, & formalis sequeretur primo, quod in suo genere essent causæ totales; & independentes a Deo, quod est impossibile: secundo, quod

quod essent causæ principales in suo genere, & hoc implicat, nam causa principalis est perfectior suo effectu, vel saltem æque perfecta, ac suus effectus, sed materia, & lapis sine qualibet materialis, causa est imperfectior forma, quam suscipit, & causat; ergo nequit esse causa principalis respectu illius.

<sup>7</sup>  
*Conclus.* Tenendum nihilominus est, Deum supplet munera causæ materialis, & formalis in genere causæ efficientis, nec in alio genere ea suppleri posse; ita expressè sentit Sanctus Doctor secundo contra-

*S. Thom.* gentes, conclus. 25. & solum cōcedit Deo respectu creaturarum triplex genus causæ, nempe efficientis, finalis, & exemplaris, & consentiunt Suarez tom. 1. meth. disput. 21. sect. 2. Conimbricenses 1. de generat. quest. 7. artic. 8. Rubius 1. physicorum, tract. 2. quest. 5. & tract. 4. de causa efficienti, & reliqui moderni.

<sup>8</sup>  
Probatum primo, quia potest Deus producere formam materialem, & conservare eam sine materia supplendo causalitatem materiæ in genere causæ efficientis, & potest expellere formam ligni, non introducendo ignem ex eo solum, quod suum concursum conservativum formæ

ligni suspendat, & sic suppleat munus causæ formalis in genere causæ efficientis, ergo in genere causæ efficientis supplet Deus munera, causæ formalis, & materialis, & non in alio genere.

Probatum secundo quia, si Deus secundum effectum causæ materialis posset producere in genere causæ materialis, posset, & primum, sed primum munus Deum exercere implicat, vt dudum ostendi, ergo nequit secundum supplet. Patet sequella, quoniam secundarius effectus est adeo coniunctus primario, & adeo secundus primum supponit, vt nequeat in genere causæ materialis produci forma equi nisi producat equus ab eadem causa; & nequeat formaliter expelli calor, nisi per frigus; & consequenter causa formalis producens secundarium effectum, poterit producere, & primum; & causa materialis producens secundarium effectum, poterit producere, & primum; sed implicat, quod Deus causalitatem causæ materialis, vel formalis suppleat in genere causæ formalis, vel materialis respectu primarij effectus, ergo & respectu secundarij.

Ad primam rationem factam pro sententia Fonseca

9

10

ref.

respondetur, negando paritatem rationis; nam alij modi caufandi non denotant imperfectionem, quæ ab eis nequeat separari, materialis vero, & formalis causa includunt imperfectionem, quæ ab eis separari nequit, nam causa materialis eo ipso, quod est materialis est, subiectum, & mutabile per Aduentum nouæ formæ, quod est contra illud Malachiæ 3. *Ego Deus, & non mutor.* Causa formalis suam includit imperfectionem, cum nequeat causare, nisi ad sit vnio, media quia informet subiectum.

Ad secundam rationem respondetur, primum, nec secundum non sequi inconueniens: non primum, quia licet materia sit in suo genere causa totalis, hoc tamen genus caufandi habet intrinsecam dependentiam à Deo, nam non solū materia in esse, sed etiā in operari à Deo dependet. Secundum etiam minime sequitur, quia causa, quæ in principalem, & instrumentalem diuiditur, est causa efficiens, & ipsa solum principalem dicitur; materialis autem, & formalis non diuiditur in principalem, & instrumentalem, nec alio modo principalem dici potest, nisi, quia sit altera causa materiali, vel for-

mali principalior, non vero, quia principalior effectu.

## DVBIUM III.

*Quid, & quotuplex, sit exemplar?*

**E**xemplar, vt ab ipsis nominis explicatione incipiamus, est illud, quod imitandum proponitur, vt ad eius similitudinem aliquid fiat; quod à Græcis idea nuncupari solet, de qua tractant Theologi cum Sancto Thoma 1. part. quæst. 15. & cum Mag. in 1. destinari 185. & ideo solita breuitate de exemplari, quatenus ad nostram attinet institutum agemas.

Huius exemplaris definitio traditur à Diuo August. 12. de Civitate Dei, sub his verbis. *Exemplar est forma, quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem.* *Ly forma* generis locum obtinet, vt pote communis tribus formis, nempe formæ, ex qua, à qua, & ad quam; forma ex qua; & intrinseca rei dicitur, per quam res in suo esse constituitur, sic homo per animam rationalem; forma à qua

August.

à qua, se tenet ex parte agentis, & cum illo complet ali-quod adæquatam principium, sic solet dici calor forma à qua effectus ignis prouenit; forma ad quam est, ad cuius similitudinem effectus produ-citur, & quia *Ly forma* adeo erat communis contra-cta est. per illas particulas, *quam effectus imitatur*, quibus exemplar esse formam, ad quam, significatur; particula illa *ex intentione agentis* excludunt à ratione exemplaris imagines, quæ repræ-sentat aliquid præter inten-tionem, agentis, vt si præ-ter pictoris intentum acci-dat, quod imago repræsen-tet Petrum; illa vltimæ par-ticulæ, scilicet *determinan-tis sibi finem*, requirunt ad rationem exemplaris, vt agens operetur per intel-lectum: agentia intellectus expertia operantur propter finem, non à se ipsis de-terminatum, & præscrip-tum, & sibi præstituendo fi-nem.

Nec erici notant qua-tuor, quæ in operante per exemplar reperiuntur; pri-mum est, obiectum ab ope-rante cognitum, & ad cuius similitudinem produ-citur ef-fectus; secundum, quod re-peritur, est cognitio tale res-piciens obiectum, seu tale exē-

plar. De qua cognitione du-bitant iuniores, an sit specu-latiua, an practica, & practi-cam; & non difficulter po-est defendi ex dictis tracta. 1. logicæ, disput. 3. reperitur tertio actus sine aliqua con-trouerfia practicus, quo potē-tia dirigitur ad opus, quia eo traduntur regulæ, & forma ostenditur operis constuen-di; & rādem reperitur quarto effectus ab hoc actu pro-ductus. Sed ex his quatuor, duo priora hoc nomen exem-plar participant, & ideo di-uidi consuevit exemplar in obiectiuum, & formale; quod nam autem ex his sit causa exemplaris, diffinietur sequē-ti dubio.

## DVBIUM V.

*An exemplar sit in intel-lectu subiective, an obiective?*

**N**on solum antiquos, ve-rum etiam recentiores inuenies inter se pugnantes, nam quidam causam exem-plarē esse dicunt obiectiuum exemplar, alij vero exēplar formale cognitionem, scilicet exēplaris obiectiui. Exēplar esse obiective tantum in intel-

*Scotus.* intellectu autumant Scotus,  
*Occam.* Occam, Gabriel, & alij ex anti-  
*Gabriel.* quibus, & ex modernis Vazi-  
*Vazq.* quez 1. part. disp. 71. & 72.  
*Conimb.* cap. 2. Conimbricenses 2. phi-  
*Molina.* sicorum cap. 7. quæst. 3. art.  
 2. Molina 1. part. quæst. 15.  
 art. 1. disp. 2. Suadet hęc  
 sententia primo autoritate  
*Arist.* Arist. aientis 10. meth. cap.  
 4. sanitatem corporis fieri à  
 sanitate quæ est in mente sed  
 sanitas est in mente media  
 obiectiua, ergo exemplar est  
 obiectiue in intellectu non  
 subiectiue. Secundo quia exē-  
 plar est, quod proponitur imi-  
 tandum, & quod intuetur ar-  
 tificex, sed artificex non inten-  
 dit imitari cōceptum forma-  
 lem, sed obiectiū, nec intue-  
 tur cōceptum formale, sed  
 obiectiuum, nam ad intuen-  
 dum formalem cōceptū ef-  
 fet necessarius alius concep-  
 tus reflexus, ergo exemplar  
 non est subiectiue, in intelle-  
 ctu, sed obiectiue. Tertio  
 quia iuxta hanc sententiam  
 melius defenditur pluralitas  
 diuinarum idearum.

2

Sententiam hanc directè  
 oppositam, quæ exemplar ef-  
 fet tantum subiectiue in intel-  
 lectu asserit, defendunt Bona-  
 uentura, & alij vetustiores,  
 & ex modernis Valentia 1.  
 part. disput. 1. quæst. 15. pun-  
 ctio 1. Suarez tom. 1. meth.  
 disput. 25. sect. 1. & Rub. 2.

*Bonau.*  
*Valent.*

*Suarez.*  
*Rubio.*

physicorum, tract. 6. quæst. 2.  
 num. 70. & alij inniores.

Proposita cōtrouersia ma-  
 gna ex parte est de nomine,  
 & de modo loquendi, nam in  
 eo sita est, quodnam scilicet  
 exemplar sit proprius exem-  
 plar, an obiectiuum, an for-  
 male, nam vtrumq; esse exem-  
 plar nemo inficiabitur, quo-  
 niam de vtroq; definitio exē-  
 plaris, dub. 4. tradita verifica-  
 tur. Si cum dicitur *Exemplar*  
*est forma, quæ effectus imita-*  
*tur*, intelligatur de forma mē-  
 tali, cōuenit formali exēpla-  
 ri, nempe cōceptui formali;  
 si vero de forma obiectiua,  
 de re scilicet, quæ obijcitur  
 intellectui, & proponitur imi-  
 tanda, intelligatur, præfata  
 definitio conuenit solū exē-  
 plari obiectiua, de quo mea  
 sententia nomen exemplar  
 proprius dicitur: quod non  
 negauit Suarez, licet arbitre-  
 tar, causalitatem exemplarē  
 solum interno exemplari fo-  
 re tribuendam: ait enim,  
 quod ad vocis vsum exem-  
 plar externum proprie, & ex  
 prima impositione ita appel-  
 latum est.

At, licet ex hac parte sit  
 proposita cōtrouersia de no-  
 mine, non nihil restat contro-  
 uertendum de re; cuiusnam sci-  
 licet exemplari ratio causæ  
 exemplaris cōueniat, rei ne,  
 quæ proponitur imitanda, an  
 for-

3  
*Conclusio*

*Assertū.*

formali cōceptui, & respon-  
 deo primæ sententiæ subscri-  
 bens, rem, quæ imitanda pro-  
 ponitur esse proprie causam  
 exemplarem; actum vero in-  
 tellectus, quo res ista propo-  
 nitur, non esse causam exem-  
 plarem, sed potius conditio-  
 nem, sine qua non causaret  
 exemplar; potest tamen dici  
 improprie causa exēplaris,  
 tum quia est eius conditio;  
 tum etiam, quam aliquo mo-  
 do adiuuat ad opus faciendū  
 ad imitationē & similitudinē  
 exemplaris; pari etiam ratio-  
 ne quilibet actus artis diri-  
 gens, & tradens regulas ope-  
 ris conficiendi causare dicitur  
 in genere causa exēpla-  
 ris, exemplar tamen proprie  
 non est. Habes notatum tra-  
 ctatu 1. logicæ, disput. 4.  
 dub. 2.

5

Probatum primo hęc as-  
 fertio, nam sicut proprium ef-  
 ficiens est proprie causa effi-  
 cians, & quod est proprie ma-  
 teria est proprie causa mate-  
 rialis sic, quod est proprie  
 exemplar est proprie causa  
 exemplaris, at res obiectiue  
 existens in intellectu, est pro-  
 prie exemplar, vt dudum of-  
 tendi, ergo est proprie cau-  
 sa exemplaris. Secundo quia  
 hoc, quod est proponi imi-  
 tandum, & quod illud in uea-  
 tur Artificex, propriè veri-  
 ficatur de re existente obie-

ctive, quam de cōceptu  
 formali, ergo res obiectiue  
 in intellectu existens est cau-  
 sa exemplaris, & proprie  
 exemplar.

Quod si obijcias, posse Ar-  
 tificem per actum reflexum  
 cognoscere cōceptum for-  
 malem domus, verbi gratia,  
 & domum efficere similem  
 illi formali cōceptui, quæ  
 illum imitatur; in quo casu  
 cōceptus formalis erit pro-  
 prie exemplar, vt pote imita-  
 bilis per effectum, doctorem  
 libenter, sed nihil aduersus  
 nostram probatur sententiā,  
 quoniam talis cōceptus for-  
 malis domus tunc est exem-  
 plar, quia est obiectiue in in-  
 tellectu; dum autem cōcep-  
 tus formalis est obiectiue  
 in intellectu esse proprie exē-  
 plar nō inficiabor; nam sicut  
 Cesar cognitus est exemplar  
 imaginis Cesaris, & Cesaris  
 imago esse potest alteri<sup>9</sup> ima-  
 ginis exemplar; pari ratione  
 imago domus, nempe cōcep-  
 tus formalis poterit esse exē-  
 plar, vt domus conficiatur; ac  
 huius reflexionis Artificex ad  
 operandū non indiget, & ra-  
 ro, aut nunquā huiusmodi  
 actu reflexo utitur: quomo-  
 do enim potuit Artificex cog-  
 noscere domum in particula-  
 ri & in indiuiduo, quam esse  
 hanc, vel illam dependet ex  
 circumstantia loci, tēporis, &

T alijs

alijs causis minime ab artifice prauisus?

7 Nullum restat argumentū diluendum, nam, quæ sunt allata pro prima sententia nobis illi sententiæ subscribentibus nō aduersantur, quoniā illis rationibus, ita suadetur rem obiectiue existentem in intellectu, & imitabilem esse causam exemplarem. Vt nō probent aliquomodo conceptus formales qui subiectiue esse in intellectu dicuntur nō esse causas exemplares, nec Arist. id est inficiatas. Illud tamen vltimum argumentū de ideis diuinis vilipende, quia pluralitas idearū in Deo, nō est realis, sed rationis, & ideo in quacūq; sententiā pluralitas idearum Dei, nullo negotio defendi potest.

Sed hic se ostēdit occasio discipulandi de ideis diuinis, ad opportunius dabitur tempus in Theologia 1. part. q. 15. & ideo Theologis difficultates de ideis relinquo. Scire tamen oportet, non esse omnino efficax argumentum de sumptum ab exemplari in creatis ad ideas diuinis, quoniam plures de ideis diuinis diuerso modo, ac de exemplari in creatis philosophantur, sic Vazquez locis supra citatis.

Vazquez

9 Sed rogabit aliquis, an hoc exemplar, quod solum obiectiue esse in intellectu diximus sit ipsa res, quæ est conficienda, an debeat, esse altera numero, an specie diuersa.

Molina? Molina? 1. part. loco supra allegato existimat, ipsum esse artefactum, vt præcognitum ab artifice creato esse exemplar sui ipsius, & cōsequenter concedit, idem esse causam sui ipsius in genere causæ exemplaris, sicut recte Arist. non est inconueniens, quod eadem res sit causa formalis sui ipsius, quoniam vtraq; causa causat, vt in cognitione existens. Refutat hęc doctrinam Suarez supra citatus, & inter causam exemplarē, & effectum requirit realem distinctionem: cui adhero, nā idem se ipsum non imitatur, nec sibi ipsi dicitur simile: similitudo igitur, & hęc imitatio, (quæ non inuenitur inter causam finalem, & effectum, realem) denotant distinctionē. Distingui ergo debet exemplar à suo effectu saltem numero, vt sit causalitas causæ exemplaris: quod si aliquādo artifex eādem rem efficiendā haberet in mente, cū non posset dici per exemplar proprie domum construere, non posset etiam dici domum à causa prouenire exemplari.

Molina?

Suarez?

Sit ergo huius dubij epilogus: exemplar propriū in intellectu.

10 Epilogus?

intellectu debere esse obiectiue, & quod proprie est causa exemplaris, debere existere obiectiue in intellectu: nam sicut causæ efficiens, formalis, & materialis nequeunt causare, nisi existant in rerū natura, ita causa exemplaris & finalis petunt non existentiam obiectiuam in intellectu, finis namq; & exemplar, non causant si non cognoscantur.

DVBIVM VI.

Ad quod genus causæ exemplar sit reducendum?

SUPpone ex dictis disp. 2. dub. 1. quatuor tantum esse genera causarum formalis, videlicet materialis efficientis, & finalis, atq; adeo causam exemplarem non cōstituere peculiare genus causæ, sed fore reducendam ad vnum ex quatuor generibus causarum.

Suarez?

Suppone præterea, reduci non posse ad causam materialem, aut finalem, vt probat Suarez tom. 1. meth. disput. 25. sect. 2. & admittat communis sententia. Ratio suadet: nam ad causam materialem pertinere non potest, quoniam

cum causa materiali proportionem, & similitudinem nō habet, siquidem exemplar non causat recipiendo, sed potius actuando, & determinando. Ad causam vero finalem etiam non potest pertinere, quamuis aliquantulum similitudinis inter causam finalem, & exemplarem reperitur: nam licet finis, & exemplar non causent, nisi obiectiue sint in intellectu, & in hoc conueniant; differunt tamen quia finis concurrat per modum appetibilis, exemplar vero per modum imitabilis, & nūquam dicimus, rem fieri propter exemplar, sed per exemplar, dicimus tamen rem fieri propter finem non per finem: vnde quamuis in eadem re contingat coincidere rationem finis, & exemplaris, nihilominus in eadem rationem causandi incidere repugnat. Quod Carmelitani Patres considerauerunt nequaquam, & ob id disp. 9. q. 5. exemplarē causam esse causam finalem auctoritate D. Tho. conatur probare: & im merito: Sāctus. amc; Doctor exemplar posse esse finem dixit, dualq; posse habere rationē causandi, vnā finis, exemplaris alterā docuit adeo diuersas vt ratio exemplaris ad causam finalem non debeat pertinere.

Carmelitani



Restat, causam exemplarem reducendam esse ad causam efficientem, vel formalem; ad causam efficientem reducunt exemplar plures antiqui, & ex iunioribus Suarez loco allegato. Rub. hic tract. 6. quæst. 3. Molina 1. part. quæst. 15. artic. disput. 2. & alij; ad causam vero formalem reducendum esse exemplar placet multis antiquis, & Fonseca 5. lib. meth. cap. 2. quæst. 7. sect. 5. Conimbriensibus. 1. lib. physicorum cap. 7. quæst. 4. art. 2. alijsq; modernis.

3. Existimo, vtramque posse conciliari sententiam, si ita affirmetur ad causam formalem pertinere exemplar, vt simile esse causæ efficienti nõ negetur. Vt autem vtraque opinio reducatur ad concordiam, supponendum est ex dialectica, tract. 1. disp. 4. dub. 2. nec exemplar, nec aliquem actum dirigentem ad opus influere physice in effectum; & generaliter nullum actum practicum physice influere in opus quod tanquam obiectum respicit, & similiter, nec artem in arte factum, vt loco allegato, §. *verum enim vero*, ostendi. Deinde supponendum est, tam exemplar, quod est subiectiue in intellectu quæ, quod est obiectiue, considerari, posse respectu Artificis,

& respectu operis faciendi; sic cum Artifice exemplar comparatur, absq; dubio est, ad genus causæ formalis, spectare, nam aliquo modo vtrumque exemplar intellectum informare videtur; si vero exemplar cum opere struendo ab eodem Artifice comparatur; ad est controuersia, nonnullis afferentibus comparari, vt causam efficientem, alijs vero, vt causam formalem comparari aientibus, sed inter hos authores his duobus assertis pax constituenda est, si ipsi velint.

4. Primum assertum est. Exemplar, quod est subiectiue in intellectu, valde simile esse causæ efficienti, atq; adeo ad genus causæ efficientis posse reduci, nam proprie ad genus causæ efficientis pertinere nequit: in quo deceptus est Rubius qui proprie per se, & non reduciue ad genus causæ efficientis exemplar spectare autumat; nescio, quo fundamento, cum realem influxum exemplar non habeat in effectum. Quod autem ad causam efficientem possit reduci, probatur. Quia sicut forma naturalis, quæ constituit agens naturale est principium actuum, ita forma intellectualis dirigens potentiam intellectualem dicitur prin-

principium actuum, etiam si non influat, vel agat physice: propter hanc ergo proportionem exemplar formale reducendum est ad causam efficientem, licet in quantum ab quo influxu reali causet, assimiletur etiam causæ formali. Iuxta hoc assertum, sunt intelligendi aliqui patres, & authores, qui efficientiam aliquam exemplari tribuunt.

5. Secundum assertum sit. Exemplar, quod est proprius exemplar, res scilicet, quæ est obiectiue in intellectu, & ad eius imitationem, & similitudinem fit effectus, est causa, formalis extrinseca, & ideo ad genus causæ formalis, reducendum est; hanc sententiam expressit Aristoteles qui hoc 2. lib. physicorum, cap. 3. enumerauit quatuor tantum genera causarum, & causam formalem dixit, esse formam, & exemplar. Id voluit Diuus Augustinus, cum diffiniuit exemplar per formam. *Exemplar est forma, quam effectus, &c.* Probatur ratione; nam domus, v. g. ad cuius instar sit altera, se ipsam dat extrinsece, tribuendo suum esse per similitudinem, & ideo proponitur, vt imitabilis reditque domum factam similem sibi, sed causa formalis, causat dando se ipsam; ergo exemplar obiectiuum est ad

genus causæ formalis reducendum. Assimilatur etiam causæ efficienti, quia in causa efficiendi exemplari est obiectiue; sed quia subiectiue, non est, ideo non potest reduci ad causam efficientem tanto iure, ac exemplar, quod est subiectiue.

6. Obijciat aliquis primo, exemplar formale est simile causæ efficienti, obiectiuum vero causæ formali, sed causa efficiens perfectior est causa formali, ergo exemplar formale; est perfectius exemplar, quam obiectiuum. Respondetur, distinguendo consequens est perfectius exemplar in ratione exemplaris, atque adeo in ratione causæ exemplaris, nego consequentiam, ex perfectius exemplar, vel entitatiue, vel in ratione causandi, vt sic, concedo consequentiam; nam proprium exemplar, & propria causa exemplaris est illud, quod intuetur artifex, & respicit, & ad cuius imitationem effectus fit: & hæc omnia proprius de exemplari obiectiuo, quam de formali verificantur, & ideo proprius exemplar dicitur, de cuius ratione est, quod sit improprie causa, & quod minus proprie causat, & magis extrinsece, & vt obiectiuum est magis proprie causa exemplaris, quoniam propria cau-

sa exemplaris, hanc imperfectum modum causandi postulat, exemplar autem formale sicut est improprie exemplar, sic non habet proprium modum causandi, proprium (inquam) causae exemplaris, licet similem causae efficienti.

Secundo obijciat aliquis, sequi ex modo explicandi exemplar, causam exemplarem non esse causam realem, sed rationis, eo quod, nec existentiam realem exemplat petat, ut causet, nec causet media causalitate physica. Respondetur, causam exemplarem realem causam, non esse, ut constabit disputatione quinta, ubi causam formalem realem causam dicendam non fore, ostendam; eo quod ad causam realem requiratur, quod causa effectus, & causalitas, sint entia realia realiter existentia, sius autem, & exemplar obiective existere petunt, & causalitas causae exemplaris (de causalitate finali suo loco) ens reale, non est. Quid autem sit, haec causalitas, nec neoterici disceptant, nec eam exacte explicatam inuenio. Dicam per transcendiam quid sit causalitas causae exemplaris, quae est actus intellectus, & causae exempla-

ris, quae intellectui obijciatur imitanda.

Utriusque exemplaris causalitas est metaphorica causalitas, quoniam non influit in effectum realiter, & physice, & influere dicuntur istae causae per quandam metaphoram, ac si essent, haec duo exemplaria causae formales, vel efficientes. Haec autem metaphorica causalitas, nil aliud est meo videri in utroque exemplari, nisi duplex denominatio extrinseca, quae in ista causae exemplaris reperitur, & una denominatio vni exemplari, alteraque alteri correspondet. Exemplar intrinsecum effectui tribuit esse directum, & actioni huius effectus esse directam, & ordinatam, est enim haec metaphorica causalitas quaedam relatio rationis fundamentalis directe, & ordinatae. Causalitas exemplaris obiectivi, quod proprius explar est, est altera denominatio extrinseca, qua effectus dicitur imitari, similemque exemplari, & actio dicitur fieri effectus ad imitar, & similitudinem huius exemplaris, quod artifex respicit, cum domum, verbi gratia, operatur, quae causalitas pari ratione est relatio rationis fundamentalis, quas relationes in ipsa actus artificis,

ficis, qua domum extruit, v.g. consideramus, sed de his sit satis, quoniam amplius disputa-

tione illa quinta, de causa finali causae exemplaris doctrina illustrabitur, & plenius.

## DISPUTATIO QUARTA.

## De causa efficienti.

**C**AUSA efficiens, ut dubio primo, disputat. secundum notavi, re- quis est perfectior, & eius disputatio utilior, magisque necessaria: ex huius enim causae intelligentia magna pars philosophiae naturalis, & Divinae dependet, quae propter fuslius de hac causa, quam de ceteris agere opere precium erit.

## DUBIUM I.

Quid & quotuplex sit causa efficiens.

**S**olicite causae efficientis definitionem quaerunt neoterici, & prolixè explicant illam descriptionem causae efficientis desumptam ex philosopho 5. metaph. c. 3. aiente. *Causa efficiens est id, unde*

*primum principium est mutationis, & quietis, quam erudite interpretatur Suarez tomo 1. metaph. disp. 17. sect. 1. nos autem hac non indigemus definitione, quoniam diffinitio, qua explicuimus causam in communi disput. 3. dub. 1. exacte diffinit causam efficientem, si Ly influere proprie, & rigurose summatur. Est igitur causa efficiens, principium per se influens esse in aliud. Lege, quae dixi dubio illo primo, disputat. 2. in gratiam, huius diffinitionis; & doctrinam illius disputationis accommoda causae inefficienti.*

Suarez.

Altera dubioli propositi pars quaerit quotuplex sit causa efficiens, & petit omnes afferre efficientis causae divisiones, adducam solum, quae magis circumferuntur, & de quibus in discursu huius disputationis mentio facienda est; nonnulla autem ex referendis, alijs possunt accom-

Aristot.

accommodari causis. Diuiditur in primis causa efficiens in causam per se, & per accidens. Causa per se est, quæ ex sua natura ordinatur ad tale effectum, & ex natura effectus necessario talis causa requiritur, sic ignis dicitur causa per se alterius ignis. Causa vero per accidens ad productionem effectus, non est necessaria, nec per se requiritur ad effectum, ut quod medicus fit musicus, non requiritur ad curationem: & ideo hæc prædicatio: musicus restituit ægro sanitatē importat causam per accidens; esse autem causam per accidens causam dupliciter dicitur: ex parte causæ, & ex parte effectus: ex parte effectus dicitur causa per accidens in ordine ad effectum, qui sequitur per accidens ex effectu per se, ut cum quis fodiens terram, inuenit thesaurum, illud vero dicitur causa per accidens, ex parte causæ, quod per accidens est coniunctum principio per se causandi, vel tanquam subiectum formæ, ut aqua calori, & sic dicitur aqua causa per accidens caloris, vel tanquam forma subiecto, aut alteri formæ existenti in eodem subiecto, sic dicitur album per accidens calefacere.

Dices: actiones sunt suppositorum, ergo aqua, verbi gra-

tia, calefacit per se proprius, quam calor. Admitte nunc istud pronunciatum, de cuius intelligentia est, non parua controuersia, & responde, actiones per se supposito conuenire, quando vis agendi conuenit ei per se, quando autem per accidens vis agendi ei inest, per accidens actio supposito tribuitur. Inter causas per accidens numerari solent conditiones requisitæ ad agendum, quæ non influunt in effectum, ut propinquitas agentis, & passus immerito tamen, quia ob earum necessitatem assimilantur causis per se, & inter causas per se sunt computandæ.

Secundo, diuiditur causa in totalem, & partialem, sed totalis, vel partialis dici potest causa multis modis: nam si totalis causa dicatur, à quantum tota entitas effectus prouenit, sic totalis, & adæquata causa entis naturalis erit, quadruplex genus causarum; si totalis dicatur in uno genere, verbi gratia, in genere causæ materialis, prouenit tantum totus effectus, erit causa totalis, & adæquata hominis, vel equi materia prima: si tandem causa totalis, & adæquata dicatur, quæ in uno ordine, est sola causa effectus. Deus erit causa adæquata equi in gene-

re causæ primæ, & calor calor in genere causæ secundæ: his enim tribus modis causa solet dici adæquata, aut partialis.

Tertia diuisio, causæ efficientis est in causam immediatam, & mediatam, seu (quod idem est) in causam proximam, & remotam. Causa immediata est, quæ immediate propria actione producit effectum, sic calor causat calorem, causa vero mediata, mediate attingit effectum, sic auus nepotis dicitur causa, & de hac causa mediata intellige illud pronunciatum. *Quod est causa causa, est causa causati.*

Quarto secatur causa efficiens in uniuocam, & æquiuocam. Uniuocam appello, quæ est eisdem rationis, cum effectu, ut ignis respectu alterius ignis. Causam autem æquiuocam, quæ est diuersi generis, vel diuersæ speciei ab effectu, verbi gratia, Deus respectu omnium creaturam, & sol respectu uiuentium, & aliorum effectuum, ad quos producendos concurrat.

Quinta diuisio causæ efficientis est in liberam, & necessariam. Libera est, quæ secundum suam naturam est indifferens ad operandum, & non operandum, & eligendum hoc, vel illud, habet-

que dominium suorum actuum, sic potest operari voluntas. Causa necessaria ita est determinata ad unum, ut positus omnibus requisitis ad operandum, nequeat, non operari, ita operatur ignis applicatus ligno.

Diuiditur sextro, causa efficiens in physicam, & moralem. Physica dicitur, quæ physice, & realiter influunt in effectum per physicum influxum, siue per corpoream actionem, siue spiritualement influunt; nam solet dici solem causa physica causa corporea, & naturalis. Causa moralis dupliciter summi potest, quoniam solet dici, qualibet causa libera causa moralis, etiam si physice influat, ut cum libera amat voluntas; & solet summi causa moralis, ut à physica omnino condistinguitur, talisque dicitur, quæ non physice influunt in effectum, sed moraliter; illi tamen attribuitur effectus, ac si vere, & physice influxisset in illum: dicitur causa moralis, quia in prudentium more, & existimatione perinde se habet, ac si physice influeret: ita dicitur causa, qui consulit, ut comburatur vrsus, & qui non impedit visibus combustionem.

Septimo diuidi potest causa in primam, & secundam

prima causa est omnino independens ab alia, & ut inquit Philosophus octavo physicorum, unica est, Deus scilicet optimus maximus, & reliquæ causæ propter ipsam. Causa secunda, ab alia prima in suo esse, & operari dependet; & sub diuidi potest secunda causa in principalem, & instrumentalem. De qua diuisione agam infra exponamq; ex professo membra huiusvulgari diuisionis.

Tandem instrumentum diuiditur in coniunctum, & separatum: dicitur autem causa instrumentalis coniuncta, vel separata respectu causæ principalis, potest tamen duobus modis coniunctum, vel separatum dici instrumentum: primo modo secundum se: secundo modo secundum operationem, & causalitatem. Instrumentum coniunctum secundum se est, quod aliquo modo principali agenti est unitum, vel per aliquam unionem realem, vel præsentiam, aut aliquem contactum: sic calamus est instrumentum coniunctum. Instrumentum coniunctum, quoad causalitatem est, quod ad causandum speciali causa principalis concursu indiget. sic dicitur calamus instrumentum coniunctum, atque adeo coniunctum utroq; modo, & coniunctum utroq;

modo dicitur species impressa in potentia visiva, & sacramenta dicuntur instrumenta separata humanitatis Christi, quoad esse, & coniuncta (in probabili opinione) quoad operationem realem, & physicam. Instrumentum separatum, quoad operationem nescio, an possit reperiri, & si reperitur aliquod, erit semen ab animali decissum, quod qualiter concurrat attingetur alibi. De duplici diuisionis membris, nempe diuisionis causæ efficientis in primam, & secundam, & diuisionis in principalem, & instrumentalem agemus duabus disputationibus, quoniam hæ causæ magis familiares sunt. An autem octo diuisiones allatæ sint uniuersæ, an analogæ, otiosum est disputare, quoniam ex dictis tractatu quarto de analogia nominum, qualis vnaquæque sit diuisio, non difficulter quibit discerniri.

DVBIVM II.

*Quid sit causalitas causæ efficientis.*

**H**uius causæ enotare causalitatem, præcedenti sum disputatione pollicitus, quoniam ut perbene causa expli-

explicetur, necessum est, causalitatem explanare. Actionem esse efficientis causalitatem, compertum habemus: nunquid sine lite? nequaquam; nonnulli enim causalitatem actionem esse negarunt, his languentibus nixi argumentis.

Prima, quia actio provenit ab agente, eritque effectus agentis, & nequaquam eius causalitas. Ratio sane inuicillis: actio enim ab agente provenit, ut via ad terminum, & ob id proprie effectus non appellatur.

Secunda, causalitas se debet tenere ex parte causæ, at se tenet actio ex parte effectus, ergo non est causalitas. Hoc secundum argumentum est in vecillitate primum: causalitas namq; mediū est inter causam, & effectū exijtq; ab agēte, & tendit in effectū, necesse ergo non est, ut in agēte recipiatur, sed ut ab ipso fluat.

Sit ergo actio causalitas efficientis causæ: ipsa enim est influxus medio, quo agens in effectum influit. Hæc est communis recentiorum doctrina intellectū magnopere facilis: displicuit tamen Carmelitanis patribus disput. 10. quæ. vltima, quoniam et si vera sit, & menti Angelici Doctoris cōformis, alio tamen modo locūtur Thomistæ, dicūt enim,

causalitatem efficientis esse agere, id est exercere actionem. Suarez vero, disp. 18. metaph. sect. 10. aliq; neoterici, actionem esse causalitatem efficientis docent, locunturque proprius ac clarius. Patet: agens dicit pro formali actionem, causa dicit causalitatem, sed agens est causa, ergo actio est causalitas; abstractum namque de abstracto optimè enūtiatur. Item in præfatione patrum sententia unio est causalitas formæ, non uniri, vel unire, ergo causalitas agentis erit actio, proprius quam agere. Agre à sancti Thomæ diuelli doctrina, an nonnullis tamē Thomistarum modis loquendi disiungor libenter, quoniam eis sæpicule obscuritas affertur.

DVBIVM III.

*An causa prima immediate causet effectus causæ secundæ.*

**O**bserva primo, quod titulus dubij supponit, ut certam, nepe causas secundas vere, & proprie efficere effectus, sibi proportionatos, & cōnaturales, nã vetus opinio, quæ aiebat, omnia produci

à solo Deo, & causas secundas, nil operari, sed ad eam presentiam operari Deum, stulta est, & erronea: stulta, quoniam nihil notius, quam solem illuminare, & ignem calefacere. Erronea, quia modus loquendi scripturae, hanc explodit sententiam, Genesis. 1. *Germinet terra heruam virentem*, & Concilium Tridentinum Sessione 6. damnat aientes, liberum arbitrium, nil omnino agere, mereque passiuè se habere.

Obserua secundo, Deum concurrere ad omnes effectus creaturarum: *In ipso enim viuimus mouemur, & sumus*; ait Apostolus, 1. ad Corinthios 3. & de hac re nemini licet dubitare, sed qualiter concurrat, an mediate, vel immediate rogamus: supponimus enim, quod Deus omnia operatur in nobis, quo autem pacto omnia operetur, inquirimus.

Obserua tertio, triplicem modum operandi ad extra Deo tribui: nam Deus creat res, conseruat res, & eas producit simul cum creaturis. *Creatio est productio rei ex nihilo*, de qua memini me non nihil dixisse, tractatu primo disputat. quarta dub. secundo, & iterum hanc creatiuam actionem attingam obiter; nam ex professo de

creaturis agant Theologi ad primam partem. S. Thomæ. Hæc creatio à solo Deo prouenit, an creatura possit summi, vt instrumentum ad creandum, disceptabitur in libris de generatione. Conseruatio prouenit à solo Deo aliquando, & solet etiam conseruatio dari, quæ à Deo, & à creatura proueniat; nam Deus creat se solo, & creaturam se solo conseruat, & Deus, & Sol illuminant aërem, & lumen illud conseruant cum ab eadem causa, à qua fit res, conseruetur: est conseruatio eadem actio continuata, cum autem non conuertatur ab eisdem causis, à quibus producitur conseruatio, & productio realiter distinguantur. Tandem terra Dei actio dicitur concursus, & cooperatio cum causis secundis, & hanc in presentia intendimus explicare, & de hoc modo productionis inquirimus, an Deus concurrat cum causa secunda, immediate influendo in effectus creaturarum. Lege Fraciscum Suarez tom. 1. metaphysi. vbi tribus disputationibus, has tres Dei actiones mira eruditione explicauit.

Durandus in secundam distinctione prima, quæst. 1. & distinctione 37. quæst. 1. ausus est, asserere, causas secundas, per

Suarez.

4 Durand.

per se solas producere effectus sine aequali consortio, & immediato influxu causæ primæ, qui in tantum ait Deo tribui effectus creaturarum, in quantum illi causæ secundæ, seu illis creaturis tribuit Deus virtutem operatiuam, & eam conseruat, nõ vero quia cum causa secunda concurrat. Sua deri potest hæc sententia. Primo, quia causæ secundæ non sunt instrumentales, sed principales, ergo habent propriam virtutem, poterantque sine Dei concursu operari, aliàs omnis causa secunda esset instrumentalis, quod nullus concedet.

Secundo suadetur, quia ita se habent inter se causæ efficientes, sicut finales, sed vnus rei nequeunt esse duo fines immediati, ergo neque duæ causæ efficientes immediate, ergo Deus non concurrat immediate, & efficienter cum creaturis.

Tertio, quia saltem creare poterit Deus aliquam creaturam ita perfectam, vt possit operari sine indigentia actualis concursus Dei, quod videretur maiorem ostendere omnipotentiam, & liberalitatem diuinam, quæ tantam perfectionem creaturæ communicaret.

Quarto, quia si Deus concurreret simul cū causis crea-

tis ad effectus illarum, vel esset per eandem numero actionem, vel per diuersam; nõ per diuersam, quia idem effectus nequit naturaliter per duplicem produci actionem; non per eandem, quia, vbi non est eadem numero virtus actiua non potest esse eadem numero actio, sed virtus actiua Dei, & creaturarum non est eadem numero, ergo nec actio, quoniam vna actio non potest prouenire à duplici virtute actiua, cum sit exercitium actiua virtutis.

Certa tamen doctrina docet, Deum immediate concurrere ad omnes, & singulas creaturarum operationes, & effectus, & iopposita sententia, vt minimū censetur erronea in fide, de qua opinione dixit Albertus in secundam distinct. 35. art. 7. *Alia opinio recessit ab aula, & à multis modernorum reputatur hæretica*, & merito quidem graui illa sententia damnatur censura, est enim contra expressa verba sacre pagine, & contra sensum omnium Patrum, & Scolasticorum, vt probat Suarez tom. 1. meth. disput. 22. sect. 14.

Probatur naturali ratione, quia Deus conseruat per se ipsam immediate creaturas a deo, vt, si ab earum conseruatione cessaret, in nihilum abis-

8 Concluf.

9

abissent omnes, sed ex conseruatione sequitur euidenter, quod illas immediate primo producat, ergo causa prima vere, & immediate producit effectus creaturarum cum creaturis concurrens. Maior propositio patet, quoniam effectus regulariter loquendo non pendent in sui conseruatione à causa secunda, hæc enim postquam effectum produxit, sepe separat ab illo, neque effectus conseruatur à se ipso, quia non est ens à se, & independens, ergo conseruatur à Deo. Minor proposito probatur, quia ita res se habet ad esse, & conseruari, sicut ad fieri, sed conseruatur à Deo, ergo fit etiam à Deo, quia, cum quodlibet ens creatum sit ens per participationem, non solum dum conseruatur, verum etiam dum producit, debet suum esse à Deo participare, alias rationes quibus hæc certa doctrina ostendi potest, omitto quoniam in re minime controuersa inuile est immorari.

Sed quoniam Deus operari immediate simul cum secundis causis diximus, explicandum restat, quomodo in mediatione concurrat, cui dubitationi. Respondent Conimbricenses hic cap. 7. quest.

Conimb.

Suarez.

14. artic. 2. & Suarez tom. 1.

meth. disput. 22. sect. 1. assertiones, Deum operari immediate mediatione virtutis, & immediate mediatione suppositi. Ferrara vero, & alij Thomistæ Deum operari immediate mediatione virtutis non immediate mediatione suppositi arbitrantur. Sed decipiuntur plane hi Thomistæ, & ideo assertendum est, Deum agere cum omnibus agentibus creatis immediate mediatione virtutis, & immediate mediatione suppositi. Negandum tamen non est Deum agere aliquomodo mediate, agit enim mediate, quatenus causa secunda proxima datur virtutem operandi, & illam conseruat, agit vero immediate, quoniam influit simul cum causa secunda in effectum: sic autem mediate, & immediate eundem producere effectum nullam inuoluit repugnantiam.

Ferrara.

Assertio.

Quod autem omnino immediate causa prima influit in effectus creaturarum, non difficulter ostendi potest, si notemus, quid sint immediate mediatione suppositi, & immediate mediatione virtutis. Immediate mediatione suppositi est, quando suppositum ipsi effectui immediate coniungitur secundum substantiam, vel per indistantiam loci, quoniam substantia causæ sit effectui localiter coniuncta, vel per indistinctionem actionis, quando per actionem,

11

nem, quæ nullum alium terminum in medio producit, in loco remoto producit effectum, sic dicitur cælum producere aliquid in his inferioribus. Immediate mediatione virtutis est, quando causa agit media virtute, & qualitate à se diffusa, & in alio subiecto recepta, verbi gratia, sol per lumen diffusum in toto medio illuminat alia, & tunc sol dicitur agere immediate mediatione suppositi, & immediate mediatione virtutis. Prima autem causat immediate mediatione virtutis, & suppositi, nam Deus operatus est omnia opera nostra per suam virtutem, non tantum per aliam à sua distinctam, atque adeo immediate mediatione virtutis; operatur etiam immediate mediatione suppositi, quia propter suam immensitatem præsens est localiter cuicumque operanti; Deus enim, (inquiunt Theologi) in omnibus est per essentiam, præsentiam, & potentiam: & hanc Dei præsentiam ad operandum pulcre probauit Apostolus dicens de Deo: *Non longe est ab vnoquoque nostrum, & rationem exhibet. In ipso enim uiuimus mouemur, & sumus.* Si igitur ita præsens est omnibus rebus Deus, influet in omnes nullo medio interiecto.

12

Supere est satisfacere rationibus pro Durandi opinione

factis. Ad primam respondetur, causas secundas propter dependentiam quam à causa prima in operando habent, assimilari instrumentis, & ob hanc causam non nullos antiquos omnes causas secundas esse instrumenta causæ primæ docuisse: sed in rigore philosophico sic appellandæ non sunt, quia si ad virtutem, quam causæ secundæ principales continent, atredamur, non esse dicendas instrumentales inueniemus: quoniam virtus in causa principali omnino diuersa est à virtute instrumentali, & magnum interuenit inter utramque virtutem discrimen, ut dub. 5. constabit.

Ad secundam nega minorem propositionem; possunt enim esse eiusdem operationis plures fines immediati; maxime, si partiales sint, nã potest aliquis studere propter honorẽ simul, & propter litterarum dulcedinem, & propter utilitatem, & questum: atque adeo poterunt pariter ratione plures causæ efficientes partiales quidem, & subordinatæ ad eundem concurrere effectum.

Ad tertium responde ex S. Thom. quest. 3. de potentia, quod sicut securi communicari non potest, ut sine motione fabri operetur, ita non potest

13

14 S. Thom.

potest comunicari creaturæ adhuc per Dei absolutam potentiam, ut sine immediato concursu operationem exercent, quia sicut Deus nequit facere creaturam, quæ sit ens à se, & independens (talis enim creatura non esset creatura, sed Deus) ita, nec quæ operetur independenter à Deo, nã sicut entitas creata in sua entitate debet à Deo dependere, eo ipso, quod creata sit, ita causa creata eo ipso, quod est creata, debet in sua causalitate à Deo dependere, operari enim independenter ab alio, solius Dei est proprium. Præterea esto, quod Deus posset producere creaturam independentem à prima causa in operari, illam creasse defacto, est negandum quoniam Deus non creavit omnia, quæ potuit, & in sua continentur omnipotentia. Imo potuit cum præfata dependentia omnes creaturas producere, ut magis, ac magis potentia nitesceret diuina. Vltimum argumentum sequenti dubio diluatur.

(2)

DVBIVM III.

*In quo consistat concursus Dei cum causis secundis.*

**D**iximus, Deum concurrere immediate cum creaturæ ad omnes earum effectus, quo autem concursu causet hos effectus nunc est explicandum: & ut procedamus distinctius, distingue concursum Dei in actu secundo à concursu Dei in actu primo. Concursus in actu primo nihil aliud est, quam illud decretum, illaque determinatio diuinæ voluntatis, qua Deus decreuit, & paratus est concurrere cum omnibus causis secundis ad omnes illarum operationes, & hic concursus dicitur actio ad intra, quoniam est actus voluntatis diuinæ remanens in ipso Deo, ac perinde infinite perfectionis. De hoc concursu, & his decretis disputant Theologi. Concursus vero in actu secundo est operatio Dei ad extra, qua Deus adiuvat creaturam coproducendo effectum creaturæ, atque adeo hic concursus est finitus, & limitata perfectionis,

actionis, & de hoc concursu inquirimus, an sit ipsamet actio creatura, an distincta, & aliquid præuium ad creaturæ actionem, in qua difficultate, sunt hæc duæ opinionnes pugnantes.

*Thomistarum opinio.*

**T**heologi ex Thomistarum familia autumant Deum non solum concurrere cum creaturis simul ad operandum per simultaneum concursum, & influxum concomitantem, qui ad illarum effectus terminatur, sed etiam necessarium esse alium influxum præuium, & ad ipsas causas secundas terminatum per modum transeuntis, quem influxum diuersimode explicant, & ideo diuersis vocibus significant, illum enim vocant præuiam motionem, præmotionem, & prædeterminationem physicam, seu qualitatem intentionalem per modum transeuntis impressam causæ secundæ, & hunc vtrumque influxum requiri necessario ad operandum simultaneum, ut cooperatum præuium vero requiri, vel, ut principium copiens insufficienciam causæ secundæ, vel, ut conditionem necessariam ad operandum, tanta enim diuersitate hanc

sententiam sui explicant auctores, qua opinione optime saluari dicunt efficaciam auxilij diuini, & quo pacto liberæ causas Deus libere determinet ad operandum, sed de modo, quo se habeat Deus cum causis secundis liberis Theologi muneris est discipulare, & ideo solum in causis secundis necessarijs, in igne, verbi gratia producere ignem, dubium controuertetur propositum. Pro hac sententia allegari possunt omnes Thomistarum recentiores, & modernissimi, & nouissime eam tuerentur Cabeçudo 3 part. quæst. 63. art. 5. Didacus Aluar. lib. 3. de auxilijs, disp. 18. Zumel. disp. 5. de auxilijs, sect. 1. & Carmelitarum collegiū, disput. 11. quæst. 3.

*Cabeçudo.  
Aluar.  
Zumel.  
Carmel.*

Suadetur primo hæc sententia, quia causa prima applicat mouet, excitat, & determinat causam secundam ad operandum, sed hæc non potest præstare per cooperationem, & influxum simultaneum, sed per influxum præuium, ergo datur præuius influxus quo causa secunda moueatur à prima: maior patet ex quinque prouincijs inter philosophos receptis. Primum est. *Causa secunda applicatur ad operandum à prima.* Secundum est. *Causa prima excitat secundam*

*dam ad operandum. Tertiū. Causa secunda determinatur à prima, & sine tali determinatione nequit operari. Quartū. Causa secunda non agit nisi mota à prima. Quintū. Causa secunda subordinatur primæ, ut instrumentum artificis, quæ pronuntiata, si auferamus præuium influxum, ne quibunt verificari.*

4. Secundo suadet, quia in fluxus causæ primæ est causa influxus causæ secundæ, sed omnis causa est prior suo effectu, ergo influxus causæ primæ est prior realiter influxu causæ secundæ, ergo præuius est realiter, datur ergo influxus causæ primæ præuius, atq; adeo physica præmotio.

5. Tertio, quia omnis causa naturalis, quando operatur præstititur, sed non recipit effectus, & actiones, nisi sit causa immanens, de qua in præfenti, nõ solum est sermo, sed de omnibus causis secundis, ergo suscipit in se præmotionem qua constituitur in perfecto statu, scilicet in actuali operatione.

*Opinio tenenda.*

6. **V**erisimilior est opposita sententia asserens primam causam cum secunda concurrere, non per alium præuium in-

fluxum, & præmotionem physicam, sed concurrere per eandem actionem causæ secundæ à causa prima, & secunda procedentem, exemplū ergo. Ignem applicatum sufficienter ligno per suam virtutem producere ignem, & Deum concurrere per simultaneum influxum adiuuantem, ad producendum ignem, & nõ per motionem præuiam, quæ prius realiter actum moueretur ignis. Hanc sententiam illustrat Molina in concordia, disp. 26. quæst. 14. artic. 13 & sequuntur eum Bellarminus lib. 1. de gratia, & libero arbitrio, cap. 15. & 16. Leonardus Lessius disp. appologetica de auxilijs. Tenent etiam hanc sententiam Mag. Lorca 12. sect. 4. disp. 38. & sect. 6. disput. 20. Cartagena disersu 4. de prædestinatione, dub. ultimo, & alij.

7. Probat, quia cuiuslibet causæ secundæ naturaliter est indita sufficiens, & proportionata virtus ad agendum, & producendos effectus, quos in sua virtute continet, ergo si adiuuetur à Deo simultaneo influxu, poterit illos producere, atq; eo quod addatur aliqua virtus per modum principij præmouentis & prædeterminantis causam secundam, nec talis præmotio requiritur ad operandum, cum nulla ad id asserendum cogat necessitas

fitas; sufficienter enim per hunc influxum simultaneum saluatur dependentia causæ secundæ à prima, & quod immediate causa prima operetur omnes effectus creaturarum.

8. Confirmatur, quia vel iste præuius influxus est actus secundus, vel actus primus adiuuans potentiam causæ secundæ ad agendum; si est actus secundus erit ipse influxus causæ secundæ, & non influxus realiter præuius; si vero est actus primus, & veluti conprincipium cum hic influxus sit ens creatum, indigebit alia præmotione, ut agat, & si non indiget, nisi simultaneo concursu, pari ratione entia reliqua creata solo simultaneo Dei influxu poterunt suos effectus causare.

9. Confirmatur tandem, quia si Deus prædeterminaret per hanc physicam motionem causam ad agendum, etiam prædeterminaret voluntatem, & illam necessitaret ad agendum, nam posita hac præmotione non posset nõ operari, & operari, atq; adeo illæsa non maneret libertas; quo argumento male torquentur Thomæ, & summo labore in sua sententia libertatem liberi arbitrij saluant.

10. Aduersantiū omnes rationes diluere nõ est operosum Prima ratio illas philosophorū

loquutiones, in quo sensu sint accipiendæ, petit explicari. In primis placet, quod Fonseca 5. lib. meth. cap. 2. quæst. 9. sect. 2. & Suarez tomo 2. suæ meth. disput. 22. sect. 2. inquirunt, nempe has loquutiones magna ex parte esse methaphoricas, quibus dependentia causæ creatæ ab increta significatur, sumpta similitudine ab instrumentis præcipue artificialibus, quæ non causant, nisi excitentur, & mouentur à causis principalibus: proportionali ratione causa secunda excitatur, & mouetur à prima, quæ excitatio, & præmotio nõ fit per aliquem influxum præuium, sed per simultaneum; concursus enim Dei ratione, est prior, & virtualiter, quam concursus causæ secundæ (quo autem pacto possit concurrere secunda dici prior, quam concursus primæ illico attingat) & hæc prioritas causæ primæ respectu secundæ sufficiens est, ut hoc modo loqui possint philosophi, nam virtuali distinctione quam fuisse explicui tractatu logica 2. disput. 2. dub. 2. res idem præstant, ac si realiter essent distinctæ, & ideo loquuntur philosophi eo modo de concursu Dei, & creature, ac si prior realiter esset distinctus, & realiter prior

*Fonseca. Suarez.*



Lorca.

concurfus causæ primæ, quæ  
concurfus causæ secundæ, &  
fortasse ob hanc distinctionē  
Mag. Lorca. 1. 2. disp. 20. non  
solum in hoc concursu auxi-  
lium Dei generale possit,  
verum etiam auxilium spē-  
ciale, & gratuitum Dei, quo  
causas liberas prædetermi-  
nat, esse ipsam operationem  
voluntatis, pro vt à Deo do-  
cuit, vt ita Deum physice pos-  
se prædeterminare volunta-  
tem, illæsa voluntatis liber-  
tate defenderet, de qua opi-  
nionē ferendum est in Theo-  
logia iudicium.

IT.

Dices causa prima per suū  
influxum excitat, præmouet,  
& prædeterminat realiter se-  
cundam ad operandum, ergo  
influxus causæ primæ præde-  
terminans realiter est prior,  
quam influxus causæ secundæ  
prædeterminatus. Distingo  
antececes, prædeterminat,  
excitat, & præmouet reali-  
ter, hoc est: prius realiter,  
prioritate reali actuali, nego  
antececes, vel concede an-  
tececes, & distingue conse-  
quens. Influxus causæ primæ  
est prior realiter, quam con-  
curfus causæ secundæ distin-  
go, est prior prioritate actua-  
li, nego cōsequentiā: est prior  
prioritate virtuali, concedo  
cōsequentiā: & hac distinc-  
tione opinio illa Magistri Lorca  
nuperrime relata minus dif-

ficultate defenditur, quo au-  
tem pacto determinet causa  
prima secundā, dub. sequenti  
disceptabitur.

Ad secundam rationē ne-  
ganda est maior propositio:  
nō enim est influxus causæ pri-  
mæ causa realis influxus cau-  
sæ secundæ. idē nēpe non cau-  
sat se ipsum, atq; a deo nulla  
actione præata à Deo proue-  
nit, tota illa entitas, quæ no-  
stro intellectu secamus in a-  
ctionem causæ primæ, & in  
actionem causæ secundæ.

Ad vltimū dico causam nō  
perfici intrinsece, dum agit,  
sed perfectione extrinseca,  
quia reducit ad actum suam  
virtutem activam, qui actus  
non est in agente intrinsece,  
& ideo non perficit agens, vt  
agens, nō, vt inquit Arist. 3.  
physicorum: *Agens, vt agens  
non mutatur.* An autē actio  
immanens suscipiatur in agē-  
te, vt agēs est, velut passum,  
dicam sequenti tractatu.

Illud argumentum, cuius  
occasione hoc excitatum est  
dubium euanescit ex dictis,  
constat enim causam primā,  
& secundam per vnicā actio-  
nem eundem producere effe-  
ctū, quæ actio virtualiter, &  
formaliter est duplex, quate-  
nō per intellectū in illa actio-  
ne actio Dei, & creaturæ se-  
cernuntur: propter hanc vir-  
tualem distinctionem varie de-

12

13

Arist.

14

denominationes actioni Dei,  
& creatorarum tribuuntur.  
Potest enim actio esse vitalis,  
& immanes respectu creatu-  
ræ, & respectu Dei transiens,  
& non vitalis formaliter lo-  
quendo, nec nobis est per  
eandem actionem duas con-  
currere causas, nā dato, quod  
id non contingat in agenti-  
bus, non subordinatis, contin-  
git in subordinatis, qualia  
sunt increatum, & creatum  
agens.

DVBIVM V.

*An causa prima determi-  
net secundam, quoad  
indiuinationem  
actionem.*

II

EUndem effectum simul, &  
immediate producit cau-  
sa prima, & secunda, quæ na-  
turaliter, & necessario coniu-  
guntur ad operandum ob na-  
turalem subordinationē cau-  
sæ secundæ, quæ ex natura sua  
in esse, & operari dependet à  
prima causa, libere decernen-  
te ab æterno dare suū con-  
cursum omnibus causis secun-  
dis iuxta earum exigentiam  
qualiter hunc concursum præ-  
beat prima causa, diximus  
duobus dubijs præcedenti-  
bus: in præsentem autem roga-

mus, quomodo determinen-  
tur, hæc duæ causa ad operan-  
dum, an scilicet prima deter-  
minet secundam, vel an è cō-  
tra secunda, determinet pri-  
mam: & in primis nemini est  
dubiū eandem causam secundā,  
aliquo modo determinare primam,  
quoad specificationem actio-  
nis, saltem in causis vniuocis,  
diuersum enim concursum tri-  
buit calori, quam frigori,  
quoniam calor calefacere, &  
frigus frige facere exigit. In  
causis æquiuocis necessarijs  
eadem est ratio; nam talem  
concursum præstat causa pri-  
ma, qualem agens passum, &  
alia à quibus specificatio  
actionis potest pendere postu-  
lant, solum dubiū esse potest  
de indiuinatione actionis,  
quænam scilicet sit causa, &  
ratio propter quam positis  
causis prima, & secunda in  
quibus infiniti continentur  
effectus, non diuersi, oriatur  
potius hæc actio, quam illa,  
iste effectus quam alius.

Suarez tom. 1. suæ metaph.  
disputat. 2. sect. 4. & in opus  
culis lib. 1. cap. 1. quem Ru-  
bio. Hurtado  
bius tract. 4. quæst. 8. Hurta-  
do disput. 10. physica, sect. 2.  
& alij sequuntur, ait causam  
secundam determinare pri-  
mam, quoad specificationem  
causam vero primam, deter-  
minare secundam, quoad in-  
diuinationem actionis, inquit

enim, quod hæc actio sit calefactio potius, quam frige factio, provenit à causa secunda, quod vero sit hæc calefactio potius, quam illa à Deo provenit determinante causam secundam, ad singularem actionem ex infinitis, quas causa secunda continet.

<sup>3</sup> Valentia. 1. 2. disputat. 8. quæst. 1. puncto 6. & quæst. 3. puncto 4. mutuam determinationem inter causam secundam, & causam primam, in diverso genere causæ inuenit, in genere scilicet causæ efficientis, & in genere causæ materialis. Prima causa determinat in genere causæ efficientis, & secunda in genere causæ materialis; hunc authorem impugnat Magist. Lorca 1. 2. sect. 6. disp. 2. 1. & causam primam, ait, interdum determinare causam secundam, in genere causæ efficientis, sic Deus inquit determinat voluntatē ad bona opera, & interdum causam secundam, determinat re primā, in genere causæ materialis, quo pacto voluntas, quotiescumq; peccat determinat Deū; sed vterq; author de causa secunda libera agebant, de qua disputare intererat eos, nostra autem non refert, nisi de causis naturalibus agere: dicam tamen obiter in calce huius dubij, an sit in causis liberis huiusmodi deter-

minatio, & dubio proposito, quatenus de causis naturalibus, quænt his duobus assertis satisfaciam.

Primum assertum. Proprie loquendo, nec causa prima, per suum concursum determinat secundam, nec secunda primam, sed si aliqua potest, esse determinatio, est rationis non realis, non rigurosa, sed metaphorica, id voluit Molina in concordia ad articulum 13. quæst. 14. disputat. 37. cum docuit, has causas ita coniungi, ut nulla determinet aliam, nec prius prioritate reali influat vna, quā altera: probatur hoc assertum, quia actio causæ primæ, & actio causæ secundæ, sola ratione discernuntur: ergo vna actio nequibit determinari, & prædeterminari realiter ad individuationem alterius; nam nihil ad se ipsum realiter prædeterminat, ergo prædeterminatio est per rationem, non realis, ergo nō propria, sed metaphorica, metaphorica illa dubio præcedenti explanata. Confirmatur, & si mol Suarez impugnator sententia; nam causa prima, prædeterminare secundā ad individuationē actionis, & prima secundā, ad specificationem nequit esse, nisi beneficio intellectus, & per cuius attributionem videtur enim implicare,

<sup>4</sup> Assertum

<sup>5</sup> Assertum

care, quod causa prima, realiter prædeterminet calorē ad hæc calefactionem, & nō prædeterminet ad calefaciendū, ut sic, tota ergo prædeterminatio est meth. & per rationē.

Secundū assertū. Inter causam primā, & causam secundā datur nostro modo concipiendi mutua illa prioritas, & prædeterminatio, quā Valentia nuperime citatus asserbat: patet; nā Deus ab æterno libere decreuit talē tribuere cōcursum qualē causæ exegerint secundæ, ideoq; vtraque causa suā exercet operationē, & decretū illud executioni mandatur. Consideramus creaturæ actionē veluti subiectū exigens actionē, & cōcursum Dei, atq; ad eō, quāsi determinatē causam primam, ut potius hanc, quā illū tribuat cōcursum: ex alia vero parte solemus considerare magnā dependentiā, quam operatio causæ secundæ à Deo habet, & quod valeat subsistendi cōsequētia à cōcursum creaturæ ad cōcursum Dei, nō valeat tamē cōtra à cōcursum Dei ad cōcursum creaturæ, non enim sequitur. Operatur Deus, ergo & creatura, & valet. Operatur creatura, ergo, & Deus; & ob hæc prioritatē rationis determinatio in genere causæ efficientis causæ primæ tribuitur, licet nō tātō sūdamē

to attribuitur causæ secundæ: hæc autē mutua prioritas nullū infert incōueniens, tū quia rationis est, tū etiā, quia causas posse, esse sibi inuicē causas, saltem in diuerso genere causæ grauis est Doctorum opinio, de qua disputatione sexta, ferretur iudicium.

Dices causa prima, ideo est prima, quia primo influit, ergo hæc est, quæ sola prædeterminat, tū quoad specificationem, quā quoad indiuiduationē. Eruditè respōdet M. Lorca 1. 2. sect. 4. disputat. 38. causam primam, dici primam prioritate dignitatis, & prioritate vniuersalitatis, dici etiam potest prima, quia aliquomodo eam prius consideramus in genere causæ efficientis prius influere in effectū modo dudū explicato.

Dices secundo, quod hic calor producat hunc calorem, potius quam alterum, non provenit à calore producente; cum ipsemet calor producēs possit diuersum calorem producere ex infinitis, aut pene infinitis, quos in sua continet virtute; ergo quod oriatur hic calor potius, quam ille provenit à causa prima determinante causam secundā ad indiuiduationis effectus, & actionis. Respōdetur, hūc effectū esse hūc propter suam differētiam indi-

individualem, & hunc oriri potius, quam illum, quia hæc oritur actio, & hæc actio natura sua petit istum effectum; oritur autem, hæc actio potius quam illa, quia hæc causa, hic locus, hoc tempus, hoc passum, & si quæ sūt aliæ actionum circumstantiæ, hanc exigunt actionem, quibus positis altera actio nequiret oriri: qualiter autem ad individuationem actionis hæc requirantur circumstantiæ disceptabitur tractatu sequenti. Causa igitur secunda positis omnibus requisitis in particulari

determinat primā. Tā quo ad specificationē, quam quo ad exercitiū, in quo magna Dei authoris naturæ potentia, & prudentia elucet, qui suum parat concursum, & illum accommodat, ut creatura operetur iuxta naturæ suæ exigentiam. Determinationem causæ primæ, a causa secunda necessaria explicui, nunc quo pacto causa secunda libera determinet causam primam dicendum superest. Dicendum (inquam) cum de Theologicis agamus quæstionibus.

## DISPUTATIO QUINTA.

### *De causa efficienti principali, & instrumentali.*

**L**VRES divisiones causæ articuli dubiæ, & frequentiores esse docui divisionē causæ in primam, & secundam, & causam in principalem, & instrumentalem, explicui in præcedentibus causæ primæ, & secundæ concursus, & nunc restat quo pacto causa principalis, & instrumentalis concurrant explanare, ut quibus modis causæ coniungantur ad operandum constet. Nam, vel concurrunt, ut causa vniuersalis, & particularis, sic causa prima, & secunda, corpus coeleste, & sublimare concurrunt, & de hoc modo concurrendi dixi præcedentibus dubijs, præcipuè de modo quo causa prima, & secunda concurrunt, vel concurrunt, ut causæ partiales, quarum una sit agens, ut quædam, & altera, ut, quo seu ratio

ratio agendi, quo modo concurrere intellectum, & lumen gloriæ ad visionem beatificam aliqui autumauerunt Theologi; aut sint partiales, & vtraque agat, tanquam agens, ut quod verbi gratia. Pater, & mater, respectu filij, sed de causis partialibus, nil est consideratione dignum, quod ex dictis, & dicendis, non possit definiri (an autem duæ causæ totales, & adæquatæ eundem numero effectum valeant producere, disputatione vltima huius tractatus disceptabo) vel tandem duo agentia coniunguntur, tanquam agens principale, & eius instrumentum, & de horum agentium concursum in his dubijs est nobis ex professo agendum: & imprimis quid sint causa principalis, & instrumentalis, & quantum discrimine inter vtramque reperiat causam, vocatur in dubium.

### DVBIVM I.

*In quo causa principalis ab instrumento differat.*

**A**Rbitrati, sunt nonnulli hoc esse discrimen inter

causam principalem, & instrumentalem, quod principalis denominatur simpliciter ab actione; instrumentalis vero, non denominatur, nisi cum addito diminvente, & improprie: non enim dicitur absolute, & simpliciter calamus scribit, sed manus, aut homo scribit: ceterum hac expositione, non exacte declaratur, ratio causæ principalis, & instrumentalis, nihilominus tamen, hæc attributio est signum, quo quænam sit causa principalis, & quæ instrumentalis, cognoscere valeamus, quoniam regulariter loquendo actio tribuitur simpliciter agenti principali, & instrumento cum addito diminvente.

Sed intendes probare, non esse proprium causæ principalis, quod ei tribuatur simpliciter actio, nec causæ instrumentalis, quod tribuatur ei cum addito diminvente; nam anima est propria causa principalis actionum vitalium, & ei non tribuuntur simpliciter: anima enim (inquit Aristoteles) proprie, non necesse item homo, absolute dicitur consecrare, & absoluere, etiam si instrumentaliter id faciat. Respondetur, animæ, & alijs huiusmodi causis, non tribui esse & us, quoniam sicut causa, ut

quo non, ut quod; de causa autem principali, ut quod propositum signum est intelligendum, non vero de causa, ut quo: præterea consecrare, & absoluere tribuitur homini, quia actiones externas, per quas illi effectus sunt, ut causa principalis exercet. Accedit, quod signum propositum summendum est regulariter, & ut in plurimum; nam quod aliquando actio tribuitur ab solute instrumento, & quod vni causa principali tribuitur, & non alteri, non reputo magnum inconueniens.

Alij dicunt causam principalem esse, quæ immediate attingit effectum per proprium influxum: instrumentalem vero effectum, non immediate producere per suam propriam actionem, sed producere aliquid præuium, ex quo sequatur effectus causæ principalis: sic dicunt ignem esse causam principalem ignis, calorem vero instrumentalem, quia autem accidunt, non posse attingere productionem substantiæ, unde calorem respectu caloris causam principalem, & respectu ignis instrumentalem, esse aiunt, sed huiusmodi modus dicendi tenendus, non est; nam sacramenta, sunt instrumenta gratiæ, quam

immediate causant, ite Christus per suæ humanitatis actiones opera supernaturalia in genere causæ instrumentalis causabat, etiam si immediate illa attingeret opera, & calor, ac alia accidentia valeant substantiæ, productionem attingere, attingam dubio septimo, nam esto, quod aliqua instrumenta effectum causæ principalis, non attingant immediate, ut forte in aliquibus instrumentis artificialibus ostendi potest; daritamen instrumenta, quæ immediate per suam propriam actionem effectum causæ principalis concitant, non est negandum, ut ex dicendis constabit.

Tertio alij docuerunt, causam principalem causare, non ab alia motam, causam vero instrumentalem, non agere, nisi motam ab alia. Quod si ab eis petas, quænam motio sit, quæ ad rationem instrumenti requiritur; respondent, esse motionem præuiam realem, sed ægre hanc explicare valent motionem; quoniam dato, quod in vno, aut altero instrumento illam inueniant, ut videre est in artificialibus instrumentis, in omnibus talem inuenire motionem impossibile iudico, ut patet in semine, quod sine eo, quod a generante mouetur,

cau,

causat, & phantasma dicitur à multis instrumentum, licet præuia non moueatur motione esto tamen, quod quodlibet instrumentum ageret ab alio motum, non distingueretur à causa principali; nam multa sunt principalia agentia, quæ non causant, nisi mota ab alijs, nec alterant, nisi alterata. Piper enim, aut vinum, non calefacit, nisi calefactum, & vtrumque dicitur causa principalis caloris, quoniam per propriam virtutem principalem calorem causant.

His expositionibus causæ principalis, & instrumentalis explosis, dicendum est causam principalem eam esse, quæ per virtutem principalem causant, & instrumentalem, quæ agit per virtutem instrumentalem: sed, quoniam id est, quod inquiritur necesse est, vtriusque virtutis rationem, & discrimen ostendere virtus igitur principalis est virtus proprie causæ, quam effectus, non excedit; instrumentalis vero influit in effectum, à quo exceditur. Inde causa principalis est, quæ non causat effectum altiore se, & causa instrumentalis effectum se altiore producit.

*Affertum*

Sed statim occurrit inquirendum, quid sit hæc perfectio, & nobilitas, quæ effectus excedit causam instrumentalem. Videntur aliqui sentire, omnem causam principalem, esse in sua entitate perfectiorem, vel saltem æque perfectam suo effectu; perfectiorem, si sit æquiuoca; æque perfectam, si vniuoca sit: instrumentalem vero semper esse minus perfectam suo effectu melius, tamen philosophatur Rubius tractatu 4. de causa efficienti, num. 4. dicens causam principalem operari effectum, non altiore se, id est, non ultra propriam virtutem, & instrumentalem semper producere effectum altiore se, quia operatur ultra propriam virtutem, & ideo indiget elevatione causæ principalis.

Vnde sit huius dubij epilogus, & conclusio causam principalem, esse quæ non indiget elevatione alterius causæ, eo quod, non operatur ultra suam propriam virtutem, causam vero instrumentalem, esse, quæ elevatione causæ principalis eget, quoniam ultra propriam operatur virtutem effectus, sibi improprietationatos, & non debitos, in quo autem hæc consistat elevatio dubio dicam sequenti.

Y 2 Dicet

*Rubio*

*Conclus.*

8. Dicit tamen aliquis ex di-  
ctis sequi, quancumque causa  
secundam esse instrumenta-  
lem, quoniam a Deo depen-  
det, & ab eo eleuatur, esse  
etiam instrumentum quanti-  
bet causam partialem princi-  
palem, quoniam operatur, vi-  
tra suam virtutem, atque ad de-  
de medio tolli vulgarem diui-  
sionem causa in principalem,  
& instrumentalem. Respon-  
detur, instrumentalem causam  
multis modis summi; nam sunt,  
qui omnes causas secundas  
Dei instrumenta, alij causam  
partialem, & quancumque  
causam, quo aliquo modo in-  
operari ab alia dependet, cau-  
sam instrumentalem appellant.  
Sic tamen propriissimo modo  
loquamur, solum causa instru-  
mentalis est, quae ultra suam  
virtutem operatur effectus si-  
bi improporcionatos, quo pacto  
causa secunda, non po-  
test dici Dei instrumentum,  
quoniam non operatur ultra  
suam virtutem, & non produ-  
cit effectum altiore sua vir-  
tute. Imo regulariter loquen-  
do, nec altiore entitate, si-  
militer causa principalis par-  
tialis, non operatur ultra  
suam virtutem, sed totum  
effectum in sua continet vir-  
tute, & illum virtutis entita-  
tis perfectione superat, regu-  
lariter loquendo; omnis enim

causa principalis est perfe-  
ctior, vel aequae perfecta vir-  
tute, & entitate, quam suus  
effectus, at non omnis cau-  
sa, quae est perfectior in sua  
entitate, quam effectus, est  
causa principalis; nam ferrum  
aureum potest esse instrumen-  
tum ad construendam lig-  
neam cathedram; & equum  
ad generandum hominem pos-  
se esse absoluta Dei poten-  
tia instrumentum, non infi-  
ciabor.

DUBIVM II.

*Quid sit causam principalem eleuare instru-  
mentalem.*

**D**ixi in precedenti dubio  
instrumentum datum esse  
se a natura; vt causa princi-  
pali inferuiat, eique subordi-  
netur, & causam principalem  
eleuare causam instrumentalem  
talē, vt producat effectus.  
Restat adhuc explicare, quo  
pacto causa principalis instru-  
mentalem eleuet, in quo sci-  
licet consistat huiusmodi  
eleuatio, vt scilicet causa  
principalis eleuet instrumē-  
talem imprimendo ipsi instru-  
mento aliquid, an solum

admit-

admittendo causam instru-  
mentalem ad suum confor-  
tium, & cum ea concurren-  
do.

2.  
Lorca.

Thomistae, quos nouissime  
Magister sequitur Lorca 2.  
2. sect. 3. disp. 4. instrumentū  
non agere, nisi motum, & ele-  
uatū a causa principali aiūt:  
& si ab eis petas, quid sit haec  
eleuatio, & motio, Magister  
Lorca, & Thomistarum do-  
ctissimi hanc eleuationem con-  
sistere dicunt, in impressione  
cuiusdam qualitatis se habē-  
tis per modum transeuntis,  
& se tenentis ex parte actus  
primi: sic dicunt, humanita-  
tem Christi eleuatam fuisse a  
Deo ad plura patranda mira-  
cula, & aquam Baptismi ad  
producendam gratiam.

43

Putant hanc esse mentem  
Diui Thomae 3. part. quaest.  
67. & eam suadent haec ratio-  
ne: nam illa eleuatio, qua cau-  
sa principalis eleuat instru-  
mentum non est mera deno-  
minatio extrinseca, qua dicitur  
instrumentum subordinatum  
agenti principali, etiam  
si instrumentum non influat  
in effectum, sed ita instrumē-  
tum eleuatur, vt immediate  
agat in effectum causa prin-  
cipalis; ergo eleuatio haec est  
intrinseca, qua instrumētum,  
redditur potentius, & poten-  
tius reddi non potest, nisi ali-  
qua virtus instrumento adda-

tur, ergo eleuatur instrumen-  
tum per additionem nouae  
virtutis, & nouae qualitatis.

Tenendum nihilominus est  
cum communi recentiorum  
sententia non indigere instru-  
menta ad producendum ef-  
fectum virtute superaddita a  
causa principali, sed propria  
habere virtutem ad operan-  
dum, quae ad eleuationem sup-  
ponitur, nam quia instrumen-  
tum habet virtutem ad ope-  
randum eleuatur ad operan-  
dum, & quod virtutem, & vim  
operatiuam non habet eleuari  
nequit, siue haec virtus sit  
naturalis, siue obediēcialis.  
Vnde eleuare instrumentum  
non est ei imprimere virtu-  
tem, sed admittere instrumē-  
tum ad consortium causandi,  
est igitur eleuare instrumen-  
tum, cooperari cum instrumen-  
to effectum instrumento im-  
proportionatum, vt pote vi-  
tra instrumenti virtutem: nam  
sicut Rex honore afficit, quē  
a suo latere discedere non  
permittit, sic causa princi-  
palis eleuare instrumentum di-  
citur, eo quod societatem cum  
instrumento inibit de simul  
comproducendo effectum, qua  
societate, non parum aucta  
est instrumentalis virtutis di-  
gnitas, & ob id metaphorice  
loquendo instrumentum ele-  
uari a causa principali dicitur;  
ita Suarez tom. 1. meth. Suarez.

4  
Conclusio

disp.

disput. 7. sect. 2. & tom. 1. in 3. partem, disput. 31. sect. 5. & 6. & alij recentiores.

5 Sed quoniam tria sunt instrumentorū genera nempe naturalia, supernaturalia, & artificialia, conclusio statuta in singulis instrumentorū generibus exponenda, & probanda est, & in primis naturale instrumentum, verbi gratia calorem respectu ignis non eleuari per aliquam virtutem, seu qualitatem superadditam, cōspicuum est, nam excogitari non potest virtus superaddita, aut aliqua motio, qua eleuetur calor ad producendum ignem, & calor vitalis ad producendam carnē per nutritionem. Eodem modo philosophandum est in instrumentis supernaturalibus, Sacramenta enim nouæ legis, gratiam producant, nullam in se virtutem recipiendo, sed operando sua virtute, proprioque influxu. Tandem in instrumentis artificialibus necesse non est huiuscemodi virtutem superadditam constituere, sed ad summum aliquem motum localem, vel impulsu ab artifice impressum, qui se habeat, veluti conditio, sine qua non ad causandum artefactum; vtrum autem instrumenta artis attingant immediate artificio-

fos effectus dicam dubio sequenti.

6 Nota obiter, adeo esse diuersa hæc tria instrumentorum genera, ut inefficax ceaseatur argumentum ab vno instrumentorum genere ad alterum desumptum: nam diuersæ causæ, non mirum, si diuersum modum habeant causandi, & quia de eis diuersimode philosophatur auctores Magister enim Lorca 3. part. disput. 53. omnia instrumenta naturalia, & artificialia habere docuit præuiam actionē qua disponat, & ministret actionem principalis agentis, & illam negauit in instrumentis supernaturaliter eleuatis. Imo instrumenta eiusdem generis non eodem modo operari suadet, nam hanc actionē præuiam neoterici concedunt aliquibus naturalibus instrumentis, verbi gratia, calori producenti ignem, & negant alijs instrumentis naturalibus, verbi gratia, phantasmati, quod esse instrumentū respectu speciei intelligibilis autamnant.

7 Generaliter loquendo de omnibus instrumentis proposita assertio hac suadetur ratione: quoniam illa virtus superaddita, vel est principalis, vel instrumentalis, si principalis reddet instrumen-

tum

tum causam principalem, atque adeo de medio tollitur disputatio de causa instrumentali, & sic indigebit eleuatione altera, qua eleuetur illud instrumentum quoniam illa virtus instrumentalis cū sit, est improporcionata effectui, consequenterque eleuatione indigebit.

8 Super est occurrere fundamentis oppositi modi dicendi. Ad auctoritatem D. ni Thomæ responderetur Sanctum Doctorem nunquam docuisse instrumentum eleuari virtute superaddita, sed moueri à causa principali eo modo, quo solemus dicere causam secundam à prima moueri, qui modus loquendi metaphoricus manet iam explicatus dubio quarto.

9 Ad rationem dico instrumentum eleuari à causa principali per cooperationem ipsius causæ, quæ eleuatio extrinseca est instrumento in actu primo considerato, intrinseca vero, si sumatur instrumentum in actu secundo atque adeo hæc eleuatio non fit per additionem nouæ virtutis, nec instrumentum red- ditur potentius à causa principali potentialitate in actu primo, sed in actu secundo, quatenus adiuuatur à causa

principali, sic eleuata est humanitas Christi ad opera miraculosa, & aqua baptis- mi ad producendam gratiā: nam aqua, verbi gratia, potentiam actiuam obedientialem, de qua dubio vltimo, habet ad producendam gratiam, & eleuata est eo, quod Deus simul cum aqua gratiam produxit, ut causa principalis nullam imprimendo aquæ qualitatem nam, sicut per illam qualitatem superadditam, quæ improporcionata esset, si daretur gratiæ producendæ, posset Deus producere gratiam poterit per ipsam aquam tanquam per instrumentum gratiam producere: illam autem qualitatem superadditam esse improporcionatam gratiæ conper- tum est, nam esset corporea, ut pote in aqua recepta, & gratia est qualitas spiritalis, sed hæc mis- sa facio Theologis enim conuenit id discipulare.

(?)

## DVBIUM III.

*An accidens attingat im-  
medie substantiam?*

**D**E tribus instrumentorum generibus dubio præcedenti enumeratis controuertitur solet, an immediate attingant productione effectus causæ principalis; de instrumentis supernaturaliter eleuatis agere negotiū est Theologicum, & non difficile probatū, hæc supernaturalia instrumenta immediate effectus supernaturales attingere; de artificialibus non multum est controuersia, nam arbitror tam immediate in genere causæ instrumentalis, effectus artificiosos artificialia instrumenta attingere, ac artificē in genere causæ principalis: nam artifex imprimēdo impulsū, vel motum localem, talem facit à quantitate emanare figuram, cuius figuræ causa dicitur principalis, eo quod suam potentiam loco motiuam applicat, & instrumentum applicat, ex qua applicatione artificiosa resultat figura, vnde artifex, & eius instrumentum ad opera artificiosa solum mediate

concurrunt physice loquēdo, siue illa opera efficiant expellendo partes corporis, ex qua expulsionē sequitur artificiosa figura, vt operantur fabrilignarij, siue distribuendo corpus, vt scriptores, aut pictores, vel percutiendo, & collidendo corpora, ex qua collisione sonus resultet sonorum, vt cytaredi.

Solum ergo restat dubiū in instrumentis naturalibus, & quoniam accidentia esse instrumenta ad productionem nō semel diximus; titulus dubij est, an accidens attingat immediate substantiam, vtrū scilicet calor ignem immediate producat; explicato enim hoc instrumento naturali, in reliquis facile propositæ quæstioni fiet satis. Pro cuius enodatione duo esse prænotanda.

Nota primo nullum accidens alterius præsentia qualitatis esse actiuum, & operatiuum non solum substantiæ, sed nec alterius accidentis physica, & reali actione, quod constabit discurrenti per omnia prædicamēta accidentis. Nā quāritas, quam sola qualitas perfectione antecellit, operatiua non est, ergo reliqua accidentia nō erūt operatiua. Cōsulito addiditur operatione physica, & reali, qualis est qua qualitas realis in

ex-

extraneo subiecto causatur, vt hinc intelligas quantitatem, & alia accidentia à quibus reales proprietates realiter emanant, non ob hanc emanationem dicenda fore operatiua, nec omne accidens de prædicamento qualitatis actiuum est, sed nonnullæ qualitates esse operatiuæ. Nam, vt communis distinguit Schola, in prædicamento qualitatis collocantur qualitates actiuæ, verbi gratia, calor frigus, &c. & qualitates non actiuæ, vt albedo, nigredo, & aliæ huiuscemodi; albedo enim quocumq; modo applicetur, nequit causare albedinē, valet tamen causare speciē sui, & species non est qualitas realis, sed intentionalis cuius productio non est sufficiens, vt albedo dicatur actiua.

Secundo nota qualitatem operatiuam posse absq; concursu substantiæ alteram producere qualitatem, verbi gratia, calorem producere se solo calorem, & frigus frigiditatem idque quotidiano experimēto deprehenditur. calor enim, qui est in aqua producit alium calorem in manu se solo, nam nō concurrat ignis cum præsens nō sit, nec aqua, quoniam ad calorem, qui illis non est naturalis, nequit concurrere naturaliter;

præterea accidentia à substantia separata in Sacramento Eucharistiæ, possunt calefacere, & frigefacere, hos effectus accidentia causant, non vt instrumenta, sed vt causa principalis: in quo decepti sunt Fonseca 5. meth. quæst. 6. sect. 6. & Conimbricenses hic cap. 7. quæst. 8. aientes omnia accidentia respectu aliorum accidentium esse instrumentales causas; sed manifesta est proportio inter accidens operatiuum, & eius effectum, si accidens sit in sua virtute contentum, ita, vt nō ultra suam virtutem operetur; & re vera, si calorem producentem calorem dicunt, esse instrumentum, quamcumq; causam principalem, eodem iure, poterunt instrumentum appellare. Qualiter autem calor, qui, vt causa principalis immediate causat calorem, causet ignis substantiam, an scilicet solum disponendo eo ipso, quod calorem causet, an concurrendo cum igne ad productionem ignis, vocatur in dubiū, nam concurrere, vt instrumentū, vt certum supponitur.

*Scoti opinio.*

Scotus in 4. distinct. 12. & Scotus.  
Occam in 2. quæst. 23. quæst. Occam.  
Z vni.

*Fonseca.  
Conimb.*

*Hurtado.* Hurtado disput. 9. physica sect. 5. affirmant accidentia esse instrumenta ad producendam substantiam; nō quia ipsam immediate attingant, sed quia disponunt passum ad receptionem formæ substantialis, verbi gratia calorem vim productivam ignis non habere, sed solum disponere materiam ligni ad recipiendam formam ignis.

6 Suadetur primo hæc opinio, quia una substantia est æque perfecta, ac altera, ergo potest illam producere sine consortio accidentis, probatur consequentia, quia producere sine consortio accidentis non est imperfectio, cum Deus absq; adiuvamine accidentis producat Angelum: neque etiam est summa perfectio excedens limites creaturæ, nam sicut accidens se solo sine cōcurso substantiæ, aut alterius accidentis producit aliud accidens, sic substantia, quæ longe perfectior est.

7 Secundo suadetur, quia actio qua operatur accidens calor, verbi gratia, dicitur alteratio, at alteratio non potest producere substantiam secundū quod est accidens; ergo accidens non potest concurrere ad substantiam.

8 Tertio, quia illud, quod est imperfectius nequit operari, quod perfectius est, sed accidens est imperfectius substantia, ergo accidens non potest producere substantiam: alias posset effectus esse perfectior sua causa.

9 Quarto quia de ratione instrumenti immediate producentis est, quod ei correspondeat aliqua ratio in effectū, sed in substantia ignis nulla est ratio, quæ correspondeat calori, ergo signum est, quod calor non producit immediate ignem.

*Thomistarum opinio.*

10 S. An. Thom. 1. p. q. 45. art. 1. & alijs locis, quem uniuersa eius Schola, & fere omnes recētiōres sequuntur. Rub. hic tract. 4. q. 3. Suarez tom. 1. meth. disp. 18. lect. 2. & ceteri docent, accidentia esse instrumenta substantiæ, productionē attingere, v. g. calorē immediate efficere ignem, vt ignis instrumentum.

11 Probatur primo, quia experientia compertum est substantias produci immediate ab accidentibus quando non est forma substantialis, vel nullibi est, vel longe abest: ergo si tunc accidens producit immediate substantiam poterit

terit comprodncere quando adest forma substantialis, patet primo experientia in accidentibus Eucharistiæ, quæ substantiam causant; cum guttam aquæ, si iniiciatur, disponunt ad introductionem substantiæ vini, & eam introducunt in genere causæ efficientis.

12 Secundo in generatione videntium imperfectorum ex putrefactione terræ: tertio in generatione naturali animalium, & plantarum, quæ ex semine nascuntur: semen enim imperfectam habet virtutē, & nihilominus valet, vt instrumentum hominem, equū, & reliqua causare animalia.

*Vtriusque sententia iudicium.*

13 Vtraque sententia sua gaudet probabilitate prior ratione est fultia, posterior est autoritate firmior, nec ratione destituta, qua propter huic secūde sententiæ subcribens, vt pote cōmuniori, assero, accidentia ita esse instrumenta substantiæ, vt attingant immediate formæ substantialis productionē. Sua det hanc assertionem experientia nuper allata, & communis philosophorum sententia, quæ contemnenda non est nisi ad sit naturalis

*Assertio.*

repugnantia: hic autem modus operandi accidentium, non repugnat, sed potius est naturæ accidentium consentaneus, nam non sunt substantiæ data solum, vt ornamentum, sed vt adiuent substantiam ad operandum; est etiā consentaneus naturis rerum: nam hac sententia non cogimur totam veram efficientiam sæpe causæ primæ, & vniuersalioribus tribuere, vt tribuenda est in opinione Scoti, quando sola accidentia præsent, & substantiæ absunt.

*Scotistis sit satis rationibus.*

14 Rationes pro sententia Scoti factæ diluendæ superflunt. Ad primum respondetur substantiam non posse se sola producere substantiā quoniam huiuscemodi est natura, habetque virtutem potentem consortium ad operandum: hinc est, quod nō solū operationes substantiales, verū etiā accidentales non exerceat se sola, sed per accidentia, indiget enim ad intelligendū, & volendum anima potentijs accidentalibus, vt hinc magis, ac magis appareat substantiæ creatæ limitatio, non potentis se sola operari, & manifestatur



magis substantiæ increatæ potentia, & virtus valentis producere substantiam sine accidentis iuamine; manifesta- tur etiam aliqualis inter reliqua entia perfectio substantiæ, quæ utitur, veluti instrumentis qualitatibus operatiuis: in accidentibus autem propter eorum imperfectionem non datur huiuscemodi virtus operandi vtendo scilicet instrumentis, sicut tam substantia creata, quam increata utitur: si autem per rationem radicalem, quare sic operetur substantia dicā, quoniam hæc est eius natura: & si quæras vnde id colligitur, respondo colligi ex allatis coniecturis, & experientia allata, ex qua compertum habemus accidens separatum posse substantiam attingere, quæ virtus attingendi substantiam an consequenter negetur accidenti coniecto fateor, non satis quiescere ingenium doctrina allata, sed alia non occurrit solutio, nec alio modo doctrinā hanc diu Thomæ ingeniolū meū valet enodare.

14

Sed rogabis, de quibus accidentibus sit intelligenda conclusio asserens, calorem, verbi gratia generare ignē, an de calore existente in igne agente, an de calore existente in passio, verbi gratia

de calore, qui est in ligno disponente ad introductionem formæ ignis, respondeo solū intelligi de calore existente in igne, non vero de calore existente in passio, vt falso putauit Plaza hic disp. 5. quæst. 8. nam calor, qui in ligno existit solum dispositive, & quasi in genere causæ materialis formam ignis introducendā causat, vt Suarez inquit tom. 1. meth. disp. 8. sect. 2.

Plaza.

Suarez.

Ad secundum respondetur accidens, verbi gratia calorē, duplicis actionis posse esse principium alterationis, scilicet, & generationis; alterationis, vt causam principalem, & generationis, vt instrumentum: nam calor per actionem accidentalem, quæ est alteratio causat in genere causæ principalis calorem, & per generationem, quæ dicitur substantialis, saltē, quoniam ad substantiam terminatur causat substantiam in genere causæ instrumentalis: an autem hæc substantialis actio sit entitatie accidentis, vel sit entitatie substantiæ de prædicamento substantiæ attingam in lib. de ortu, & interitu.

15

Obijcies, quod licet in alijs generationibus accidens sit principium substantiæ in generatione hominis acci-

16

accidentia nequeunt esse instrumenta, quæ immediate attingant hominis productionem eo quod anima rationalis sit spiritalis, & accidens corporeum, vimq; nō habeat vniendi formam spiritalē. Concedit Suarez tom. 1. meth. disp. 18. sect. 2. totū, quod obiectio intendit, & ait accidentia vim non habere ad vniendam quamcunq; formam substantialem, sed ad educendam formam educibilem de potentia materiæ, anima autem rationalis educi nequit, vt ostensum est tractatu 1. disp. 3. dub. 2. atque adeo in hominis generatione solum concurrere accidentia disponendo, vt de quacumq; generatione aiebant Scotus, & Occan supra relati, Deumque animam creare, & se solo eam vnire materiæ.

17

Sed hanc doctrinam probare non possum, quoniam (vt ostendi tractatu 1. disp. 5. dub. 2.) vnio animæ rationalis cum materia materialis, & corporea est, atq; adeo accidentia poterunt, hanc vnionem, sicut, & reliquas vniones, ac formas substantiales attingere; nam generatio hominis, seu (quod idem est) vnio animæ cum corpore corporea actio est, poteritque immediate attingi à

femine, & ab accidentibus corporeis, quod ita est perspicuum, vt mirer virū adeo literis perpollitum generationem hominis actionē esse spiritualement affeuerasse. Est igitur hominis actio corporea, & materialis à femine, & corporeis accidentibus, vt ab instrumentis immediate profuens.

18

Ad tertiam respondetur distinguendo maiorem, quod est imperfectius non potest producere perfectius, tanquam causa principalis concedo maiorem, tanquam causa instrumentalis nego maiorem. Accidentia autem non vt causæ principales, sed vt instrumenta valent producere substantiam.

19

Ad quartam respondetur necessum non esse, vt in effectu sit vna ratio correspondens causæ principali, & altera correspondens instrumento: nam, licet aliquando inueniatur duplex ratio vna correspondens causæ principali, & altera instrumento, (vt aliqui Theologi inueniunt in visione beatifica, quæ vt vitalem ab intellectu, & vt supernaturalem à lumine gloriæ prouenire dicunt) semper tamen hanc correspondentiam in omnibus inuenire causis difficile est. Imo si res bene perpendatur inueni-

nie-

niemus non semper inueniri plures rationes correspondentes pluribus agentibus principalibus ad eundem concurrentibus effectum; quæ enim ratio correspondet in gratia baptismi aquæ, per quæ physice in multorum opinione producta est? Doctrina ista probatur multis neotericis, displicet tamē Ga. Vazq. 1. p. disp. 156 cap. 3. vbi de ratione instrumenti esse dixit, quod in effectu sit aliqua ratio peculiaris instrumento correspondens, quod in Theologia est impugandum, plura enim de instrumenti docet minus probabilia, quæ breuitatis consulens omitto; dissimulare tamen non possum deceptionē huius authoris, & Petri Garcia, disp. medicis, lib. 1. doctrina disp. 30. c. 3. asserentiū eadē rem respectu eiusdem entitatis, & effectus posse, esse causam principalem, & instrumentalem propter diuersas rationes, quæ in ipso effectu considerantur, quodq; falsum sit, quis non videat? Nā cum sermo sit de causis realibus realiter agentibus inepte recurritur ad rationes sola ratione distinctas, & implicare videtur, quod eadē res eadē entitatem instrumentaliter, & principaliter inseret: atq; adeo causa erit perfectior, & imperfectior respectu eiusdē

Vazquez

Pet. Garcia.

## DVBIUM III.

*An substantia sit immediate operatiua?*

**Q**uatuor operationes, quæ substantiæ communiter tribuuntur, in substantia considero, è quibus tres terminantur ad accidens, & altera ad substantiam. Primo in substantia sunt emanationes reales, quibus substantiæ proprietates emanant, & huiusmodi actiones immediate effluere à substantia nemini est dubiū, verbi gratia actionē qua potentia visua oritur ab homine. Secundo sunt in substantia quædam actiones immanentes, quæ non sunt emanationes, sed actus potentiarū illius substantiæ, verbi gratia visio, & an ad has vitales actiones anima immediate concurrat, dicendum est in libris de anima, vbi asserentibus animam immediate concurrere in genere causæ efficiētis, veluti vniuersale principium ad actiones vitales subcribam. Tertio tribuitur substantiæ actio accidentalis, qua accidens ei cōiunctum aliud accidens in extraneo operatur subiecto, verbi gratia alte ratio, qua ignis, vel aqua calida

lida manum calefacit, & hanc actionem non provenire immediate à substantia, sed solum à calore, notari dubio præcedēti. Quarto tribuitur substantiæ actio substantialis, verbi gratia generatio, & nutritio, & an hac actio proveniat immediate à substantia immediate, vtrum scilicet ignis insinuat per se ipsum in ignem, an per sua accidentia, verbi gratia per calorem, vocatur in quæstionem in qua non est vnus omnium sensus.

*Thomistarum opinio.*

**T**homistæ vnanimi cōsensu defendunt substantiam creatam non producere immediate aliam substantiam, sed solum produci immediate ab accidentibus tanquam ab instrumentis operantibus: virtute substantiæ Thomistas sequuntur Fonseca 5. meth. cap. 2. quæst. 6. sect. 3. Pereira lib. 8. suæ philosophicæ cap. 3. Valentia 3. part. disp. 6. quæst. 5. punto 2. Vazquez in 1. part. disp. 189. cap. 7. & 10. & alij Neoterici; allegari potest Rub. qui in 1. edit. tract. 4. de causa efficiēti, quæst. 5. substantiam esse immediate operatiuam docuit, & in secunda editione, quæ

Fonseca.  
Pereira.  
Valent.  
Vazquez

stione 6. sententiam quæ docuerat retraxit, asserens cum Thomistis non esse substantiam immediate operatiuam alterius substantiæ: allegant pro hac sententia philosophum lib. de sensu, & sensibili capite de sapore aientem. *Ignis non agit, vt ignis, sed vt calidus, & lib. de ortu, & interitu. Simile non agit in simile, sed contrarium in contrarium:* contrarietas autem non in substantijs, sed in accidentibus inuenitur, atq; adeo actiuitas in solis accidentibus erit; & nonnulla Angelici Doctoris congerunt testimonia, vt sententiam quam rationibus efficacibus nequeunt suadere, authoritatibus firment S. Thomas, vt alia omittam loca 3. part. quæst. 77. art. 3. ad 3. ait. *Immutationem, quæ est ad formam substantialem non fieri à forma substantiali immediate, sed mediantibus qualitatibus actiuis, quæ agunt in virtute formæ substantialis.*

Arist.

S. Thom.

3  
Probatur primo ratione quia si substantia creata posset immediate per se ipsam attingere substantiam in extrinseco subiecto, frustra ei essent data tot accidentia, quæ solum deferuissent ad substantiæ ornatum, non ad producendum: dicere autem quod

quod adiuvent substantiam ad operandum est fingere superfluum concursum: nam si ignis attingit immediate ignem, non eget concursu accidentis ad productionem substantiæ, & concursus sine necessitate non sunt multiplicandi, vel ergo accidens non attingit substantiam, vel se solo illam attinget.

4 Secundo accidentia separata sine concursu causæ secundæ principalis per se solam vim habent producendi substantiam, ut dubio præcedenti experientia victi admittimus, sed quando sunt coniuncta vim non amittunt, ergo etiam tunc sine concursu causæ principalis producent substantiam: nam cōsentaneum est principijs naturæ semper causis eundem tribuere modum operandi si ergo substantia per accidentia separata mediate operatur substantiam, etiã per accidentia cōiuncta mediate substantiam operabitur.

5 Tertio quoniam si accidentia non valent causare substantiam sequeretur multarum rerum nullam esse causam secundam, sed necessario esset recurrendum ad causam primam: recurrere autem ad facta in naturalibus effectibus vitium est à philosopho naturali semper vitandum.

Quarto quia, ut commune est pronunciatur: *Idem est agens disponens materiam ad formam, & introducens formam*, sed sola accidentia disponunt materiam ad formam introducendam, ergo sola accidentia introducunt formam substantialem in materia, ergo substantia non influit immediate in substantiam.

*Scoti sententia.*

7 **O**ppositum modum dicendi tenent Scotistæ, & nominales, & reliqui omnes auctores præcedenti dubio citati, qui accidens immediate non posse attingere substantiam aiunt; tenent etiam Suarez disputatione illa 18. allegata sect. 2. & alij moderni, sed non omnes auctores eadem via hanc defendunt sententiam: nam Scotus nominales, & alij autumant substantiam immediate substantiam efficiere se sola sine influxu reali accidentium Suarez vero arbitratur (nisi fallor melius) substantiam immediate in substantiam influere non se sola, sed concurrentibus etiam immediate accidentibus, quibus substantia, ut instrumentis utitur.

Primū huius opinionis argumentum est, quia *operari sequi-*

*sequitur esse*, sed forma substantialis est principium formale, essendi composito, ergo erit principium operandi, & nulla esse potest ratio, propter quam virtus operandi negatur formæ substantiali.

9 Secundo, quia nisi substantia produceret immediate aliam substantiam, nunquam produceret immediate effectum similem sibi, quod nullus concedet, patet sequela; nam in Thomistarum opinione substantia, solum valet immediate suas producere proprietates, eas tamen causare, cum accidentia sint, non est causare effectum similem sibi.

10 *Assertio.* Huic secundæ opinioni subscribens assero primo substantiam esse immediate operativam alterius substantiæ, & semper ad producendam substantialem formam necessarium esse concursum immediatum alicuius substantiæ eductis formam substantialem in genere causæ efficientis principalis de materia. Probatur hac ratione, alij omis; nam substantia generans alteram substantiam suam ei communicat perfectionem, sed nullo alio modo potest creatura suam esse substantialem communicare alteri, nisi per immediatam actionem, & influxum immediatum, ergo substantia immediate in-

fluit in substantiam; nam causa mediata, non influit in effectum, & eodem modo se habet, ac si non esset, nequitque non influendo suum esse tribuere, maxime, cum influat medio accidenti, & accidens, esse substantiale, quod se solo valet communicare, non habeat.

11 *Assertio.* Assero secundo substantiam, non se sola causat substantiam, sed adiuuatur ab accidentibus, ut ab instrumentis concurrentibus immediate simul cum ipsa ad substantiæ productionem ita, ut una, & indivisibilis generatio, verbi gratia, egrediatur à substantia, ut à causa principali, & ab accidenti, ut ab instrumento: forma enim ignis, generatur ab igne per unam actionem egresam ab igne, tanquam ab agenti principali, & à calore, ut ab instrumento: conclusio hæc ex dictis manet probata; nam dubio præcedenti probavi accidentia attingere immediate substantiæ productionem, & in hoc dubio prima assertione ostendi substantiam, esse immediate operativam alterius substantiæ, ex quo manifeste inferitur substantiam, & accidens immediate attingere substantiam.

*Thomistarum occurritur  
argumentis.*

12

**A**d auctoritatem philosophi respondetur Aristoteles, cum dixit *ignem agere, ut callidum* fuisse loquutum de calefactione accidentali, quæ est productio caloris, ad quam ignis, non per se ipsum, sed per calorem concurrat, & non loquebatur de actione substantiali, quæ est generatio ignis interpretatur philosophum *Plaçā* hic disputat. 5. quæst. 8. verba illa *contrariū agit in contrariū* intelligenda, sunt tam de contrarietate formali, quam de radicali, seu virtuali; nam duplex est contrarietas, vna formalis, & altera radicalis formalis, in solis reperitur qualitatibus, radicalis vero invenitur in substantijs, à quibus diversæ, & oppositæ possunt oriri qualitates, sic forma generati, & corrupti contrariantur, & ideo vna substantia potest immediate producere alteram, & substantiam oppositam corrumpere.

13

Sanctus Doctor, cum substantiam, non esse immediate operatiam asseruit, significari voluit in actione substantiæ ab emanatione distinctis semper reperiri principium aliquod accidentale, si-

ne quo substantia, nec mediate, neque immediate operari valet dicitur tamen operari mediate, quoniam operari nequit, sine medijs dispositionibus, & qualitatibus simul cum substantia concurrentibus, quo pacto exponendus est sanctus Doctor, quotiescumque substantiam mediate operari dixerit.

14

Dicit etiam agere accidens in virtute substantiæ, quod non alio modo intelligo, nisi quia, sicut accidens dicitur substantiæ accidens, etiam dicitur substantiæ: alia autem huius virtutis explanatio in intelligibilis est, ut cōtra Thomistas probat Suarez locis citatis, consulatur ipse.

15

Ad primum argumentum respondetur accidentia data esse substantiæ non solum, ut eam ornent, sed ut eam ad operandum adiuvant concurrando, cum substantia tanquam eius instrumentum, nec hic concursus voluntarie astringitur; nam experientia cogimur, tribuere accidentibus separatis, vim producendi substantiam, quam non licet negare instrumentis coniunctis, sic operatius fecit author naturæ substantias, ut limitationem substantiæ creatæ ostēderet, qui potuisset, si neq̄ depēdētia ab accidētibus

in

in operari substantias efficere.

16

Ad tertium responderetur, eandem vim, quam accidentia separata habent ad producendam substantiā habere coniuncta; nam separata, ut instrumenta attingunt immediate substantiā, quo pacto eam attingunt instrumenta coniuncta, hoc tamen est discriminis, quod accidens separatum, quoniam substantia abest, eleuatur ab altera causa vniuersaliore supplente vices substantiæ peculiaris illorum accidentium; accidens vero coniunctum producit substantiam eleuatum, ut causa principali à substantia, cui coniunctum est.

17

Tertio argumentum militat contra Scotistas, & Nominales negantes accidens immediate attingere substantiam: nos autem plane concedimus in casibus in quibus substantia generatur, etiam si nulla sit substantia præfens, ab aliquibus accidentibus; ut ab instrumentis generari, & loco substantiæ causam primam concurrere, atque adeo cuiuscumque effectus causam secundam assignamus: cōcurrere autem ad causam primam, ut suppleat concursus substantiæ absentis vitiosum, non est, & sic tenentur ipsi

Thomistæ recurrere ad causam primam.

Sed opere precium duco, ut huius argumenti solutio intelligatur, & tota huius, & præcedentis dubij doctrina, in quibus causis accidentia separata substantiam operentur, & quo pacto absentia substantiæ suppleatur explicare. In primis dantur in Sacramento Eucharistiæ accidētia separata, quæ valent disponere guttā aquæ, & effectiue, ac instrumentaliter formam introducere vini concurrente Deo, non solum generali concursu, sed maiori efficacia, ut suppleat influxum illius substantiæ, à qua illa accidentia, sunt separata. Secundo accidens, quod est in extraneo subiecto, dici solet separatum, verbi gratia, intensus calor in aqua, & hoc modo accidentia separata raro, aut numquam causant substantiam, si tamen eam causarent, recurrendum esset ad concursum causæ primæ supplementis concursum substantiæ; nam substantia illa cum extranea sit, v.g. aqua non concurrat cum calore ad producendum ignem.

Dixi raro, aut numquam id contingere; nā ferrū candēs, quod stupam, comburere experientia testificat, particulas igneas habet inclusas, quæ

Suarez.  
Hurtado

in generatione in genere causa principalis valent producere, vt testificantur Suarez loco supracitato, & Petrus Hurtado disputat. 7. physica, sect. 4. tandem accidens; etiam si, non sit in extraneo agente instrumentum separatum dici solet, quoniam ab agenti principali est seiunctum, eo quod ipsum accidens, & eius subiectum, agerante est deicisum, & constitutum, vt in agendo gerat vices suas; tale est semen in generatione animalium, quod est instrumentum separatum, non solum subiecto, sed loco, & aliquando tempore, & accidentia feminis; imo seminis substantia non nisi in genere causa instrumentalis attingere valent animalis generationem: prima autem causa, non solum generali concursu ad animalis generationem concurrat, sed maiori efficientia, vt defectus causa generantis suppleatur, sed de huius instrumenti operatione, non magis; nam de re penitus inexplicabili longa vti disceptatione est stultum.

10 Ad ultimam respondetur, pronunciatum illud parum auctoritatis habere, quoniam eius author, non est Aristoteles, sed eius commentator Aberroes, ita tamen est intelligendus. Idem est agens dif-

ponens materiam, & introducens formam, sed non eodem modo disponit, & introducit; nam accidens disponit materiam, vt causa principalis, & introducit formam substantialem, vt instrumentum: substantia disponit materiam medijs accidentibus, & introducit formam immediate; substantia, ergo & accidens disponunt materiam, & introducunt formam, sed diuerso modo operantur dispositionem, & introductionem.

DVBIVM V.

An detur potentia, obedientialis actiua.

DVplex circūfertur in scholis potentia, obedientialis altera passiva, actiua altera, quae tales dicuntur, vt opponuntur potentiae passivae naturali, & potentiae naturali actiuae; nam sicut potentia naturalis passiva est naturalis capacitas ad recipiendam formam, vt causa materialis: qualis est potentia, quam habet homo ad suscipiendum calorem: & actiua est virtus; ad causandum eos effectus, quos per propriam virtutem, in qua illos continet, valet efficiere, talis est potentia intellectu-

ctus,

ctus, ad cognoscendum lapidem; pari ratione: *Potentia obedientialis passiva est capacitas ad suscipiendam formam, quam naturaliter non continet*, vel quia supernaturalis entitas est, vt gratia, vel quia licet naturalis sit entitativae in virtute naturalis causa non continetur: cuius rei signum est, quod nunquam est, vel fuit agens, quod possit de eius potentia formam educere naturaliter loquendo, & absolute, nam quod ex suppositione, quod forma sit genita, & iam corrupta non sit agens, quod valeat introducere formam, non tollit, quod potentia sit naturalis, sic naturalis esset iudicavi tract. 1. disp. 2. dub. 2. potentiam quam habet materia: ad formam, quam amisit; *Potentia obedientialis actiua est potentia ad efficiendum effectus supernaturales*, vel entitativae, qualis est gratia, vel supernaturalis non entitativae, sed quia sit supra virtutem naturalem agentis, eo quod non sit virtus in agente ad illos producendos effectus, nisi eleuetur concursu supra omnem naturam.

2 Ex his duobus potentijs obedientialibus passiva ab omnibus admititur, quoniam negari non licet in anima rationali potentiam esse passiv-

uam ad unionem hypostatiscam, & ad gratiam, quae dona supernaturalia causat anima in genere causa materialis non per potentiam naturalem, sed supernaturalem, eadem potentia obedientialis est in intellectu, & voluntate ad habitus per se infusos, & ad actus supernaturales: potentia autem actiua non ita communiter recipitur a Theologis, nam Magister Lorca in 2. 2. sect. 3. disp. 4. quadam digressionem de potentia obedientiali, late potentiam obedientialem actiuam impugnat eam etiam refutant Zumel 1. part. quaest. 1. 2. art. 1. dub. 3. & Vazquez 1. part. disp. 176.

Lorca.

Zumel.

Vazq.

3 Verisimiliorem reputo, dari potentiam obedientialem actiuam in qualibet creatura ad hoc, vt Deus ea creatura vtatur, tanquam instrumento ad producenda ea omnia, quae nullam inuoluunt contradictionem: hanc potentiam actiuam obedientialem admiserunt antiqui, & attulerunt obiter; ex professo tamen illam attulit Suarez tom. 1. in 3. partem, disp. 3. 1. & solita eruditione hanc potentiam actiuam planam fecit, sequutus est eum Hurtado disput. 19. sect. 14. & allegant Molinam asserentem igne hac potentia physice daemones torquere.

Suarez.

Hurtado  
Molina.

Sic

Sit igitur conclusio dari in qualibet re creata potētiam actiuam obedientialem, quæ assumi potest à Deo ad producendam quamlibet rem supernaturalem, quando nulla est contradictionis implicatio. Consulto addidi, quando non est implicatio, nam intellectio non potest produci à lapide, quoniam essentialiter actus vitalis à principio vitali depēdet, & si quis sunt alij effectus: nec mirum, nam etiam plures Theologi admittunt potentiam obedientialem passiuam, & illā negant in lapide ad suscipiendā gratiam: sicut ergo sunt aliqua, ad quæ non est in omnibus rebus potentia obedientialis passiuā, sic sunt aliqua, ad quæ producenda non est in omnibus rebus potentia obedientialis actiua; per hanc potentiam obedientialem actiuā aqua Baptismi causat phisice gratiam, & humanitas Christi multa fecit miracula.

5 Dari autem hanc actiuam potentiam multis potest suaderi argumentis, quæ omitto, quoniam hanc difficultatem per transelam discutere decreui, eo quod magis ad Theologum, quam ad philosophum naturalem spectat; hac tamē breui ratione eam sic probo. Nam datur poten-

tia passiuā obedientialis, ergo poterit dari actiua, patet nam, sicut datur virtus causæ materialis ad res supernaturales, dari poterit virtus causæ efficientis, & omnia incommoda, quæ obijci possunt, contra potentiam actiuam, urgent passiuā, & quæcumq; de actiua dubitari possunt, & inquiri, possunt etiam inquiri, & dubitari de passiuā, unde pluribus argumentis, quæ aduersus istam conclusionem confici solent, respondendum est exemplo adhibito in potentia passiuā, quæ nemine discrepante, ab omnibus admittitur Theologis quibus longiorem de hac re disceptationem remitto.

6 Sed rogabis, quid sit hæc obedientialis potentia actiua; substantia, an accidens. Respondetur hanc potentiam actiuam non distingui realiter à rebus in quibus est unde, si res est substantia eius obedientialis potentia erit substantia, & si fuerit accidens, erit accidens eademq; solatio adhibenda est quærenti, quid sit potentia obedientialis passiuā, nam cum utraque potentia sit virtus causatiua, dici nequit in mera negatione, seu non repugnātia ad obediendum Deo rationem potentia obedientialis consistere, sed in aliquo po-

positiuo, quod non est aliqua qualitas superaddita, vel aliqua motio, sed substantia, & quiditas rei connotans extraordinariū concursum Dei valentis cum ea concurrere ad opus aliquomodo supernaturale; dicit ergo in recto rei entitatem, & in obliquo connotat omnipotentiā Dei aqua eleuatur ad operandum.

7 Robis præterea, an ista potentia actiua sit naturalis, an supernaturalis, & neutrum posse dici videtur nam naturalis non est, eo quod ad effectus naturales non ordinatur; non est supernaturalis, quoniam potentia obedientialis actiua substantiæ non distinguitur ab entitate substantiæ, quæ nihil supernaturalitatis habere potest, & ob id quidam contendunt dicendam esse naturalem, alij vero supernaturalem, quæ difficultas non minus urget potentiam passiuam, quam actiuam, nam eodem modo in-

vna potentia, ac in altera argumentum urgeri potest, & dilui.

8 Respondetur in primis non esse dicendam naturalem, nec supernaturalem, sed obedientialem, quoniam hic modus dicendi sanior est, & magis in usu: deinde assero naturalis, & supernaturalis potentia rationem aliquomodo participare; naturalis dici potest, quoniam entitatiue est naturalis, si res cuius est potentia naturalis sit, nam si sit res supernaturalis, verbi gratia si character eleuetur ad producendam gratiam est potentia obedientialis actiua, entitatiue supernaturalis; potest etiam dici supernaturalis, quoniam ad operationes supernaturales ordinatur, tam potentia actiua, quam passiuā, & quando de re constat, de modo

loquendi non multum cures.

(. .)

## DISPUTATIO SEXTA.

*De causa finali.*

**P**OSTREMO de postrema agimus causa, de fine scilicet, qui inter quatuor genera causarum extremum obtinet locum. Finis, de quo hic agimus, & cui causalitas finalis tribuitur non sumitur late, prout ad omnes rerum terminos, seu euentus, & omnia extrema se extendit, sed agimus de fine, & scopo, qui proponitur voluntati, cognitus ab intellectu, & quem voluntas intendit ante electionem mediorum. Plura, quæ de bonitate, & utilitate mediorum disputanda occurrunt, inuolumus silentio, quoniam ad philosophum naturalem solum attinet modum, quo finis causat, explanare, reliqua vero ad Theologum. Legatur Magister meus Lorca 1.

2. sect. 1. disp.

1. 2. &amp; 3.

(3)

## IDUBIVM II.

*Quid, & quotuplex sit finis?*

**F**inis Arist. hoc 2. lib. physicorum textu, cap. 3. hanc tradidit definitionem, nec alia exactior inuenta est. *Finis est, cuius gratia aliquid fit, id est, cuius bonitas allicit, & excitat voluntatem, ut aliquod opus faciat ad illud consequendum, & quoniam bonitas ista est, quæ ultimo consequitur, licet primo intendatur, ideo ista bonitas dicitur finis, unde finis obiectum per se est voluntatis, an ipse solus, an etiam media disputet metaphysicus, vel Theologus.*

Prima omnium, & celeberrima diuisio finis est, qua dicitur in finem, *qui*, & finem, *cui*; finis, *qui*, dicitur bonum, quod amatur; finis, *cui*, est persona, cui illud bonum volumus

lumus, verbi gratia desidero Petro honorem, honor est finis, *qui*, & Petrus finis, *cui*; hinc ortum habuit diuisio amoris in amorem amicitiae, & amorem concupiscentiae, nam finis, *cui*, amore amicitiae, & finis, *qui*, amore concupiscentiae diligitur, & uterque iste amor in eodem affectu voluntatis concurrunt, verbi gratia cum gloriam volumus Dei gloriam amore concupiscentiae, & Deum amore amicitiae diligimus.

3  
Lorca. Vazquez  
Lis est inter Magister Lorca, & Vazquez circa nomen vnus membri diuisionis allatae, utrum scilicet bonum, quod amamus alteri sit dicendum finis, *qui*; an finis *cui*, id est, cuius gratia cætera fiunt Magister Lorca loco nuper citato asserit dicendum esse finem, *qui*, & Vazquez 1. 2. disput. 2. cap. dicendum esse finem cuius gratia defendit. Uterque ut id suadeat ad exemplar Græcum operum Aristot. recurrit. Quæstio est de nomine, atque adeo parui pendenda à philosopho cum Vazquez loquuntur Suarez tomo primo metaphysicæ, disputatione 23. sectione secunda. Rubius tractatu 3. quæstio. 6. Imitatur Magistrum Lorcam, Petrus

Suarez.

Hurtado, disput. 13. de anima, sect. 2. Fidem tribuunt eo Magistro Lorca, quoniam lingua fuit strabus Græca, reliqui vero recentiores citati illius linguæ fuerunt expertes.

4  
Quærent moderni, qui nã finis propriam rationem habeat, finis, *qui*, an finis, *cui*. Gabriel in 2. distinct. 1. Gabriel. quæst. 5. & alij ex nominibus arbitrantur solum finem, *cui*, esse proprie finem, quoniam proprie finis est, quem intendit voluntas, & in quo sistit, reliqua vero sunt media, sed intentio finis solum in finem, *cui*, sistit, & reliqua omnia, ipseque finis, qui ordinatur ad illum, ergo finis, *cui*, solum est proprie finis: sed dicendum est cum Magister Lorca, & Suarez locis citatis in utroque fine proprie rationem finis reperiri, uterque enim finis participare videtur proprie definitionem finis; nam tam finis, *qui*, quam finis, *cui*, est, cuius gratia aliquid fit, quoniam gratia finis, *cui*, ut illi placeamus. Habent hi fines talem subordinationem, ut ex utroque fine, verbi gratia homo sanus soleat vnica causa finalis coalescere, si càm quæras, quis sit præstantior finis, respondeo, se habere,

Lorca. Suarez.

Bb bere,

Lorca.

bere, veluti excedens, & excessum, nam finis, *cui*, excedit, quia magis amatur, finis vero, *qui*, quia proprius ei ratio causae finalis conuenit, nam proprius finis curationis est sanitas, quam homo, & ideo Aristot. in sanitate exemplum causae finalis attulit, non semel. Allata finis diuisio finem considerat formaliter, alia vero adducenda non ita formaliter, sed potius materialiter considerant.

Secundo diuiditur finis in finem formalem, & obiectiuum, nam saepe finis est operatio, quae secum debet habere obiectum, & operatio illa dicitur finis formalis, eius vero obiectum finis obiectiuus. Sic Theologi dicunt, visionem beatam esse finem formalem, & Deum visum finem obiectiuum, & hos fines aduertit sanctus Doct. 1. 2. quest. 1. artic. 3. non tam esse duos fines, quam vnum, & ideo motionem, & intentionem agentium esse ad vtramque, vt ad vnum.

Tertio diuiditur finis in efficiendum, & obtinendum; efficiendus est, qui per operationem agentis fit, vt domus, est finis architecti ab ipso efficienda. Finis obti-

nendus est, qui supponitur existens, & solum eum appetit, vt illum obtineat, verbi gratia, Deus, qui est finis nobis obtinendus in beatitudine. De fine efficiendo facile intelligitur, quomodo possit finis esse causa sui ipsius, vt concessit Aristot. 7. Arist. meth. textu 23. dicens, sanitatem efficere sanitatem, sanitas enim vt praecedat intentione est causa, & vt producit in executione effectus, nam diuersa ratione, & diuerso modo causalitatis, & in diuerso statu idem posse esse causam sui ipsius, nemo ibit inficias, & de hoc fine facilius intelligitur illa vulgaris proemia; *Quod est prius in intentione, est posterius in executione.*

Quarto diuiditur finis in finem operis, & finem operantis: finis operis est, ad quem ex natura sua operatio ordinatur, sic finis medicinae est sanitas, finis operantis est, quem quisque pro suo libitu praefixerit obtinendum: vt si quis studeat medicinae, vt sibi nomen, & famam, vel pecunias compareret, quam diuisionem attingit tract. 1. logicae, disput. 3. dub. 2.

Quinta diuisio finis est in vltimum, & non vltimum, finis

nis vltimus est ille, in quo sistit agens, seu ad quaestionem vltimo dirigitur intentio illius, qui etiam solet dici finis remotus, & medius: finis vero non vltimus est ille, quae monet voluntatem, vt non sistat in illo, sed ad alium tendat: vt quando aliquis, verbi gratia desiderat sanitatem, vt vires in Dei obsequium impendat: finis non vltimus est sanitas, obsequium vero Dei est finis vltimus. Hunc finem non vltimum appellant Theologi intermedium, quoniam rationem medij, & finis in multorum sententia habet rationem medij, quia ad finem vltimum ordinatur; rationem finis, quia alia media ordinantur ad ipsum.

Tandem subdiuidi potest finis vltimus in finem vltimum in quaestione; serie hominis, & in progressu cuiuscumque negotij, ne procedatur in infinitum: talis finis est, obsequium Dei in exemplo nuperrime allato; alius est finis vltimus per se, & simpliciter ex natura rei constitutus in quem omnes actiones humanae vitae debent referri, & est vltimus scopus studiorum hominis, qui est summum bonum, beatitudo scilicet, & felicitas. In quo autem vera beatitudo consistat, definiunt Theologi

expositores S. Thom. consulantur ipsi in initio 1. 2.

DVBIVM II.

*Vtrum finis moueat voluntatem per bonitatem, an per sui cognitionem?*

Finalis causa (sicut & cetera, de quibus hucusque egimus) considerari potest in actu primo, & in actu secundo: de causa finali in actu secundo sequenti agemus dubio finis causalitatem explicantes, explicaturi nunc causam finale in actu primo, quarentes per quid finis in actu primo causans constituatur, an per suam bonitatem, an per bonitatis apprehensionem, quod sub his vocibus, vtrum finis moueat secundum esse reale, vel secundum esse apprehensum, solet à iunioribus Theologis inquiri.

Pro cuius difficultatis enodatione nota, finem suam habere bonitatem, qua mouet, & excitat appetitum rationalem; nam, cum finis sit, obiectum prosecutionis voluntatis, necesse est, vt sit bonum, & quod tamquam bonum proponatur, non vt malum, iuxta illud pronuntiatum. *Nemo intendens ad*



*malum operatur*: an autem actu fugat voluntas possit in malum, ut malum est, tendere, res est à Theologis dirimenda.

3. Nota præterea finem diligere non posse à voluntate, nec voluntatem mouere, nisi sit cognitus quoniam, ut communis asserit peremiam. *Voluntas non fertur in incognitum*. Cum ergo ante voluntatis motionem excitationemque duo præsupponantur, bonitas scilicet, & apprehensio, merito est in questione quænam sit ratio formalis constituens finem causam finalem in actu primo bonitas, ne, an cognitio, per quid scilicet finaliter, & moueat voluntatem per bonitatem, an per cognitionem de qua re duo referuntur modi dicendi.

4. Primus modus dicendi est asserendum apprehensionem, seu cognitionem finis esse rationem mouentem voluntatem ad finis prosecutionem, atque adeo rationem esse constitutiuam causæ finalis in actu primo. Ita Capreolus in 2. distinct. 25. quæst. 1. artic. 3. Soncinas 5. meth. quæst. 3. & alij. Probarur hic modus dicendi primo quoniam illa est ratio motiua, & terminatiua voluntatis, & ad quam intentio voluntatis terminatur ra-

Capreol.  
Soncinas.

tioque; constitutiua finis pœnes quam specificantur intentiones, sed per diuersas apprehensiones obiectorum actus voluntatis specie distinguuntur, signum ergo est, quod cognitio finis est ratio terminatiua, & motiua voluntatis, atque adeo ratio constitutiua causæ finalis in actu primo, & conditio sine qua non ut plures arbitrantur: minor patet, quia idem bonum absolute cognitum causat amorem, si ut absens desiderij, & si, ut presens gaudij, qui actus specie differunt pœnes diuersas apprehensiones cognitionis igitur finis specificat actum voluntatis.

Secundo probatur, quia sæpe finis esse reale non habet, sed esse apprehensum; ergo mouere nequit secundum esse reale, sed secundum esse apprehensum. Patet antecedens, nam sæpe mouet voluntatem ens rationis, sed totum esse entis rationis est esse cognitum, & apprehensum, ergo secundum esse cognitum mouet, & finalizat non secundum esse reale.

6. Tertio quia si cognitio esset conditio causandi posset suppleri, ut ignis applicatio, sed implicat, quod finis, si non sit cognitus moueat voluntatem, ergo cogni-

cognitio non est conditio finalizandi. Confirmatur, quia sine conditione intelligitur causa sufficienter causare, & cum sua virtute, sed non potest finis, ut causa finalis concipi, si concipiatur bonitas à cognitione præcissa, ergo cognitio non est conditio, sed ratio constitutiua causæ minor patet in fine, qui est bonum apprensus, qui finis, nec finis est, nec ut finis concipi potest, nec ut bonitatem habens, si præcissa à cognitione concipiatur.

7. Sed receptus est oppositus modus dicendi, & à nobis tenendus, qui bonitatem solam rationem, esse constitutiuam causæ finalis in actu primo asserit, cognitionem vero esse conditionem sine qua non finis moueret voluntatem, & omnino indispensabilem; nam sicut causa efficiens, verbi gratia, causare nequit, nisi existat realiter, sic finis nequit finalizare, nisi intentionaliter existat, existit autem intentionaliter: dum cognitioni, & apprehensi obijcitur. Probarur, quia quod finalizat, est, quod amatur, & intenditur, sed non intenditur, cognitio, sed bonum per cognitionem propositum; ergo bonitas est, in qua est virtus causandi finaliter, non cognitio. Bonitas igitur est,

ratio constitutiua finalis causæ, non cognitio bonitatis.

8. Confirmatur, quia quod mouet, & est finis, est cognitum, ut quod, sed cognitio, non est cognitum, ut quod, ergo non mouet, ergo non est, ratio constitutiua finis in actu primo, unde, ut cognitio mouere valeat voluntatem, eamque finalizare, necesse est, quod per actum reflexum cognoscatur, & proponatur voluntati amanda. Sic visio beatifica causa est finalis.

9. Ad primum argumentum oppositi modi dicendi respondetur, negando minorem, & ad probationem dico, hos actus amorem, desiderium, & gaudium distingui, specie, non posse, per apprehensiones, sed per diuersa obiecta, diuerso modo proposita, & per apprehensiones; nunquam actus voluntatis distingui specie, nec alio modo dici posse cognitionem specificatiuam actuum voluntatis, nisi ut signum, quia diuersæ cognitiones, diuersarum volitionum signa, esse solent. Signum autem hoc fallibile est, quoniam aliquando cõtingit cognitionem finis esse, specie distinctam, & non nullam dari distinctionem specificam actus voluntatis tendentis ad finem, ergo cognitionis diuersitas, non est signum infallibile diuersitatis

specifice actuum voluntatis, atque adeo cognitio non est ratio specificatiua actuum voluntatis; quod cognitionibus eiusdem finis, specie diuersis cor respondeant volitiones, eiusdem speciei; patet manifeste; nam cognitio Dei, quæ habetur per fidem obscurâ, & quæ habetur in patria per clarâ visionem, sunt diuersæ speciei, & tamen determinant voluntatem, ad eundem amorem Dei in via, & in patria: amorem enim Dei in via, & in patria specie non differre sanctorum Theologorum est sententia.

Ad secundum respondetur, dando ens rationis posse esse finem alicuius negotij, & nullam esse reale, hoc est, quod sit ens reale habere, consequenterque non mouere per realem bonitatem, sed perfectam, hoc tamen non est contra nostram doctrinam asserentem finem per bonitatem, & non per cognitionem mouere voluntatē, si autem bonitas est realis, mouet per realem, & si sit rationis mouet per bonitatem rationis, quæ est realis apparenter, & ficte; per fictionem autem voluntatis, non mouetur, tanquam per rationem constitutiua finis in actu primo.

Dices bonum, vt apparens

mouet, & excitat voluntatem, sed bonum, vt apparens, nil aliud est, quam bonum, vt cognitum, tanquam bonum; ergo bonum, vt cognitum mouet, ergo & cognitio. Respondetur, distinguendo maiorem bonum, vt apparens mouet, si Ly, vt reduplicet conditionem mouendi; si vero rationem mouendi, & constitutiua causæ finalis reduplicet, neganda est maior; nam bonum apparens mouet, non vt apparens; bonum cognitum, non vt cognitum; bonum fictum, non vt fictum, sed vt bonum, reduplicando rationem formalem, non cognitionem.

Ad vltimum respondetur, cognitionem esse conditionem, sine qua non finalizaret subiectum, adeo necessariam, vt sine cognitione nequeat finis suam exercere causalitatem; nam sicut causa efficiens causare nequit, nisi existat realiter, sic causa finalis, nisi intentionaliter existat; sicut ergo existentia realis causæ efficientis nequit dispensari, ita & intentionalis causæ finalis.

Dices: bonum trahit voluntatem ad se, & intellectio voluntatem impellit, vt voluntas feratur in obiectum, ergo cognitio, seu intellectio mouet voluntatem, ergo non est

## DVBIUM III.

*In quo ponenda sit finis causalitas.*

est conditio, sed ratio mouens. Distingo consequens: intellectio mouet voluntatem tanquam terminus, & obiectum voluntatis, atque adeo, vt finis, seu vt causa finalis, nego consequentiam: mouet voluntatem, tanquam actus potentia, cui voluntas est subordinata, vel quæ est subordinata voluntati, & mouet propter aliquam similitudinem vtriusque potentia, trahat consequentiam: quoniam nos solum intendimus, cognitionem, non alio modo finalizare, nisi vt conditionem, & non esse obiectum terminum, vel specificatiua voluntatis, quod sufficienter ostensum est.

Ad confirmationem dico, cognitionem esse conditionem, ita necessariam, vt nequeat concipi finis proximè causatiua, nisi cognitio cognoscatur, non tanquam ratio constitutiua, sed vt conditio connotata, causam enim finalem causatiua esse concipimus, cum cognoscimus, eius bonitatem in recto, & cognitionem ex connotato, vt conditionem connotatam: imo causa efficiens nequit proximè causatiua concipi, nisi concipiatur existens, & nihilominus existentia est conditio causalitatis.

Causalitatem finalis causalitatis, seu quod idem est, finalizationem inuestigamus, & vix inueniri potest; nam Caietanus finis causationem esse, quid innominatum ait, & intelligi, non posse plene; quid sit, & ubi sit, sed solum finem dici causare, quatenus aliquid propter ipsum sit, idem forte sensit Magister Lorca 1. 2. sectio. 1. disputat. 1. cum dixit causalitatem finis esse motionem excitationem, vel terminationem, quid autem sit hæc excitationem, non explicat, fortassis, quia amplius explicari, non posse est arbitratus. Modum tamen dicendi Francisci Suarez illico referendum impugnat; nam facilius est hæc in re, quidquid offertur, refutare, quam propriam ferre sententiam.

Docuerunt aliqui, & non displicet Rubio tract. 5. q. 3. finis causalitatem, esse quandam motionem voluntatis, quæ consistit in excitatione voluntatis, quam excitationem, esse ante omnem voluntatis actum aiunt, & hæc motionem

tionem nonnulli, ex authoribus huius opinionis, esse influxum realem præuium, & ante omnem operationem voluntatis dicunt, Rubius vero nihil physicum includere causalitatem finis autumat: sed facile impugnatur; nam posita causalitate necesse est, ut ponatur effectus, ut implicet causationem, sine causato dari, sicut & viam sine termino, sed posita ista excitatione præuia; & antecedenti, siue sit influxus, siue non sit quid reale, potest non sequi effectus, ergo illa præuia excitatione, non est finalis causalitas: minor patet; nam posita illa motione, & excitatione libera manet voluntas, ut valeat operari: & non operari, ergo ut sequatur, vel non sequatur effectus voluntatis, atque adeo & ut sequatur effectus finis, &c.

3  
Plaza.

Plaza, hic disput. 6. quæst. 1. causalitatem finis consistere dicit in terminatione, quæ bonum terminat electionem mediorum, & intentionem finis: sed hic modus dicendi facilius impugnari potest, quoniam sicut prius est aliquid causare visionem, quam illam terminare, sic prius est finem causare voluntationem præcipue intentionem, quam illam terminare, atque adeo ante terminationem assign-

nanda est causatio, quoniam omnis causalitas prior est effectu. Vterque igitur modus dicendi falsus est: primus, quoniam nimia prioritate finalizationem constituit; nam concedit adeo priorē esse excitationem, & causationem finis, ut esse concipique possit, licet nullus sit effectus: darique causam in actu secundo, sine effectu: secundus vero modus dicendi falsus est, quia post effectum assignat causationem.

Suarez tom. 1. metaph. disp. 23. sect. 4. ait causalitatem finis, esse ipsam actionem voluntatis, prout à fine, atque adeo vnam, & eandem actionem esse causæ efficientis, & finalis, ut sic defendere valeat causam finalem realem esse, realemque habere influxum, dicitque actum voluntatis qui est qualitas, & voluntatis pondus effectum, esse finem; productionem, vero istius actus esse finem causationem, & eodem modo philosophatur de actionibus aliarum potentiarum, obedientium voluntatis imperio, quæ etiam propter finem à voluntate præscriptum sunt, subscribunt Carmelitani Patres disput. 6. quæst. 5. nescio an thomatisticè, sed hic etiam modus dicendi, non friuolus potest reijci argumētis; nam in primis finis excitat, &

mouet

mouet voluntatem ad operandum suos actus, ergo ante operationem debet esse ista excitatio, & operatio, ergo hæc excitatio non est ipsa operatio, sed quid præuium; nam cum operatio sit effectus, non poterit esse causalitas, præcipue realis, & physica, in qua assignanda, tribuendaque causæ finali frustra laborat hic author. Præterea causalitatem finalem respectu cuiuscumque desiderij, & actus voluntatis, atque adeo finem mouere ad desiderium sui author iste concedit, quod concedendum non esse, ostendam dubio sequenti.

5

His ergo modis dicendi exclusis dicendum est, finalitatem consistere in metaphorica motione, & excitatione efficaci, qua finis bonitas mouet, & excitat intentionaliter voluntatem ad electionem mediorum, quæ excitatio per particulam, propter, cum dicimus, rem fieri propter finem explicatur: hæc excitatio efficax, & metaphorica potest metaphorice tribui, vel ipsi bonitati, quatenus effectum subsequenter connotat, vel cognitioni, quæ bonitas cognoscitur, connotanti etiam ipsum effectum, ita, ut cognitio sit condi-

tio, & causalitas sit; vel quod ego verius existimo; causalitas est voluntatis intentio, media qua veluti quædam causalitate bonitas voluntatem ad electionem mediorum mouet; nam licet intentio finis, qualitas realis sit, potest causalitas metaphorice esse, & per quamdam metaphoram, & proportionem, similitudinemque nomen causalitatis ei tribui. Hæc autem intentio debet esse efficax desiderium, atque adeo connotare mediorum electionem, de qua intentione, non incongrue plura, quæ de causalitatibus dicuntur, verificantur: nam intentio prior est electione, & posita illa saltem, quatenus efficax est, non potest, non sequi electio, quam connotat, atque adeo, non potest dari hæc causalitas, sine suo effectu, reliqua vero quæ de causalitatibus dici solent in hac intentione inuenire, non cures, quoniam cum metaphorica causalitas sit, non miram, si aliquibus conditionibus, quæ proprijs causalitatibus conueniunt, careat.

Si causalitatem finis esse finis intentionem asseras, suffragabitur tibi. Sanctus Doctor; nam quæst. 22. de ve-

Cc ritate

Conclus.

6

ritate artic. 2. dicit, sicut influere causæ efficientis est eius agere, sic influere causæ finalis est appeti, seu desiderari, hoc est intendi. Tui etiam ager partes Scotus in primam distinctionem 2. quæst. 2. paragrafo ostêso, inquit. Causalitas finis est mouere efficiens, vt amatum ab ipso id est, vt intentum, nempe intentione amatum.

7. Dices, actionem, qua intentio producit debere, esse causalitatem, quia à fine provenit, & media ipsa provenit intentione. Respondetur, actionem illam, non esse amorem, & ea non appeti finem, & ideo non esse finis causalitatem, nam finalizare est appeti, seu intendi, illa vero actio improprijssimè finis effectus dicitur, nec alio modo ad illam bonum concurrat, nisi vt obiectum, quia scilicet bonum est, obiectum intentionis, quæ media illa actione fit.

8. Rogabis, an causa finalis sit causa realis, & physica, & respondeo, cum Plaça hic disputat. 6. quæst. 1. causam finalem, non esse realem causam, & physicam, tum, quia forte sæpe finis ens reale, non est, sed ens rationis, seu ens apparens, tum etiam, quia realiter, non existit, sed intentio

naliter, & intentionaliter mouet, & tandem, quia non mouet media actione, sed media qualitate, & metaphorica actione, causa autem realis, & physica, non intentionaliter, sed realiter causare debet, & esse, ens reale actus existens in rerum natura realem effectum producens. Quod si dicas, finis non est causa realis, ergo est ficta, & consequenter, non est causa, respondeo causam, esse realem, pro vt non causæ, & nihilo opponitur, sed non est realis quatenus realis causa in re causans, à causa intentionali intentionaliter causante condistinguitur, quia causa realis, vt realiter existens debet causare, quæstio est de nomine.

### DVBIVM IIII.

*Qui nam sit effectus causæ finalis.*

1. **E**Gimus de causa finali in actu primo, & in actu secundo, & nunc tantum restat examinandum, quos habet effectus. Pro cuius difficultatis declaratione supponendum est primo, finem

vt

vt ex dictis constat, non alio modo causare, quam mouendo voluntatem ad electionem mediorum, atque adeo effectum finis debere, esse actum voluntatis: vnde, cum duplex sit voluntatis actus, vnus elicitus, qui ab ipsa voluntate immèdiatè elicitur alter imperatus, qui ab alijs potentijs, subditis voluntatis imperio provenit; vterque actus elicitus scilicet, & imperatus à fine in genere causæ finalis provenit, ille enim actus imperatus effectus est finis, cui correspondet actus imperans, & illicitus causatus quæ à causa finali, & ideo quærendum nobis est, quisnam actus elicitus à fine causetur, & sicut actus imperatus, quasi extrinsecè efficitur ab actu imperante, sic & à fine finalizatur.

Secundo supponendum est, sex actus voluntatis veritates aliquomodo circa finem recenseri à neotericis. Primus est simplex complacentia finis, qui actus est amor inefficax, & versari potest circa impossibile, quod non inficiantur Theologi. Secundus est in efficax desiderium ipsius finis, hoc secundo actu dicunt Theologi, damnatos posse suam desiderare salutem, & primo actu complacere in illa. Tertius

actus est efficax intentio finis, quando voluntas vult efficaciter finem consequi, & hic actus tendere debet circa bonum possibile. Quartus actus est electio mediorum, quando scilicet præmissis consilio intellectus, & inuestigatione mediorum, & comparatione illorum inter se, & cognita proportione, quam habent cum fine, voluntas eligit, quod sibi aptius proponitur. Quintus actus est usus, seu imperium voluntatis, quo potentia executrices applicantur à voluntate ad exequenda media in ordine ad finem consequendum, sed usum, & imperium, esse actus voluntatis distinctos ab enumeratis sub lite est; nam Vazquez in 1. 2. disput. 47. & 49. contendit usum ab electione, non distingui, & imperium, vt potè minimè necessarium reijci. Sextus actus est gaudium delectatio, seu fructio finis; nam sine adepto, in eo gaudet voluntas, & quiescit, qui autem ex his sex actibus recensitis causentur à fine, inquirimus in præsentia.

3. Tertio supponendum est, electionem mediorum, & reliquos actus, qui ad electionem mediorum consequuntur, causari à fine in genere causæ finalis; nam certum est media eligi propter finem,

& finem, esse cuius gratia media eliguntur, finem consequimur, & in eo quiescimus. Solum igitur est difficultas de tribus prioribus actibus notabili secundo enumeratis, complacentia scilicet, desiderio inefficaci, & intentione efficaci finis, quam difficultatem quaerit inuenies apud Theologos recentiores sub his verbis. Vtrum finis exerceat vim causae finalis circa desiderium sui; an solum circa desiderium mediorum, in qua difficultate duae sunt oppositae recentiorum sententiae.

Suarez tom. 1. metaph. disputat. 2. 3. sectio. 3. Conimbrienses hic capit. 7. quaest. 22. Rabius tractatu 5. quaest. 6. & Petrus Hurtado disputat. 13. de anima sectio. 4. existimant, omnes sex actus supra enumeratos esse proprie effectus finis, atque adeo finem exercere suam causalitatem, non solum circa mediorum electionem, sed etiam circa intentionem, & desiderium sui. Per oppositum Magister Lorca in 1. 2. sect. 1. disputat. 3. & Vazquez ibidem disputat. 3. cap. 2. defendunt, finem solum exercere suam causalitatem in eos actus, qui versantur circa media, non tamen in actus antecedentes ad mediorum electionem, consequenterque fi-

nem non exercere vim causae finalis circa desiderium sui.

Controuersia haec, ut notauit Petrus Hurtado loco nuper citato paragrafo 20. potest, esse de nomine, quoniam in eo sita esse videtur, utrum ita proprie dici possit intentio fieri propter finem, & gratia finis, sicut dicitur electio, gratia finis fieri, siue autem quaestio haec sit de nomine, siue sit de re eam definitio his duabus assertis.

Primum assertum est, finem non habere vim causae finalis circa simplicem complacentiam, vel inefficax desiderium sui. Patet; nam actus simplicis complacentiae, & desiderium inefficax, non respiciunt finem, ut finem, sed ut bonum absolute, ergo non causantur a fine, ut a causa finali, sed ad summum, ut ab obiecto. Patet antecedens, quoniam non respiciunt finem, cum habitudine ad media, si quidem sunt actus inefficaces, nec ad executionem finis intenti.

Secundum assertum est, finem vim causae finalis, non exercere circa intentionem efficacem sui, tanquam circa effectum, sed ad summum, tanquam circa causalitatem; nam (ut dubio praecedenti docui) intentio est causalitas media

media, qua finis finalizat electionem mediorum, atque adeo, sicut actio non est proprie effectus agentis, sed via, sic intentio non est proprie effectus finis, sed finis causalitas. Probarur, nam finis est, cuius gratia aliquid fit, sed gratia finis intenti, verbi gratia sanitatis amatae, fit electio medij, verbi gratia potionis amatae, ergo sola electio, & non intentio finis a fine proprie causatur, medium enim eligitur propter finem, finis autem non propter aliud amatur, sed propter se ipsum, & propter suam bonitatem: amare autem finem non sufficit, ut amor ille effectus finis rigurose dicatur, sed quod caetera propter ipsum amantur.

Secundo probatur; quoniam si finis causat, & finalizat eo ipso, quod intendatur, & ametur, ut obiectum, & propter se ipsum, sequeretur bruta animalia proprie agere propter finem, quod nemo affirmavit; patet sequela, quia bruta versantur circa finem, & in eius bonitatem tendunt; Respondent nonnulli ex recentioribus, bruta non agere propter finem, quia actu necessario, & non libero feruntur in sua obedientia. Sed haec solutio non satisfacit, nam amor Dei in patria est necessarius,

& nihilominus in sententia illorum auctorum est propter finem: ratio ergo propter quam bruta non agunt proprie propter finem, est, quia non cognoscunt proportionem finis ad media, & conuenientiam mediorum ad finem, & solum est propria finis causalitas quando media referuntur ad ipsa.

Vtrumque assertum, doctores utrinamque huius dubij tradunt Magister Lorca, & Gabriel Vazquez locis supra citatis, solum tamen inficiantur actum gaudij, & delectationis finis consequuti, esse finis effectum, sed non est id negandum, nam cum haec delectatio sequatur ad mediorum electionem, & electio ad intentionem finis, merito gaudium, seu delectatio effectus finis dicitur, quoniam delectatio, est modus in fine sequutus ex intentione finis, (modus inquam) non consequutionis, sed fruitionis, & possessionis.

*Dubium primum in-*  
*cidens.*

Disceptant hic neotetici philosophi, quae agentia agant propter finem, sed disceptatio est in Theologia dirimenda. In summa dico omne.

4.  
Suarez.  
Rubio.  
Hurtado.

Lorca.  
Vazquez.

5  
Hurtado.

6  
Assertum.

7  
Assertum.

ne agens intellectuale agere proprie propter finē. Patet, nam tria tantum sunt agentia intellectualia Deus, Angelus, & homo, & hæc tria agentia finem sub ratione finis, & proportionem, quam cum illo habent media ad finem consequendum cognoscunt: hoc tamē est inter hæc agentia discriminis, quod finis in Angelo, & homine causat actus internos voluntatis, utpote distinctos realiter à substantia Angeli, & hominis: in Deo autem finis suam causalitatem non exercet in divinam voluntatem quantum ad actus immanentes, quoniam inter actiones immanentes Dei non est realis distinctio, & actus Dei à sua essentia sola ratione distinguuntur, quare in Deo datur causalitas finalis non alio modo, nisi, quia vnum obiectum vult propter aliud, & inter ipsa obiecta vnum est alterius finis, vna tamen volitio non est alterius causa. Præterea assero, agens non intellectuale non agere propter finem à se præscriptam, sed ab authore naturæ, & eius motione, & directione, quoniam bruta animalia, verbi gratia de quibus maior posset esse difficultas, assequuntur finem materialiter non formaliter, quoniam non assequun-

tur habitudinem mediorum ad finem, & proportionē quā ad finem consequendum, habent.

### *Dubium secundum.*

**Q**uerunt etiam neoterici, utrum Deus, tanquam finis ultimus concurrat in genere causæ finalis immediate cum omnibus finibus creatis, sicut in genere causæ efficientis concurrat immediate, ut causæ prima cum causis secundis ad eorum operationes respondetur cum distinctione nam actiones creatæ possunt considerari, prout à Deo procedunt, & pro ut à creatura: si considerantur primo modo Deus concurrat, tanquam ultimus finis immediate ad quamcumque actionem creaturæ. Patet, quoniam Deus, ut causa efficiens concurrat immediate ad quācumque actionem creatam, sed hunc concursum præbuit Deus propter suam bonitatem propter quā omnia operatur, ergo sicut Deus concurrat ad tale opus per immediatam efficientiam, ita & per immediatam finalizationem, licet non sit huiusmodi finalizatio, sicut finalizatio, quæ est in homine, vel in Angelo, cum finē intendunt,

dunt, inuenitur: si tamen consideretur actio creata, prout à Creatura provenit, sæpe non concurrat Deus immediate, tanquam ultimus finis: nam homo non dirigit suas

actiones in Deum, & propter Dei bonitatem tanquam propter finem immediatum operatur. Vide Suarez tom. 1. meth. disput. 24. sect. 2.

*Suarez.*

## DISPUTATIO SEPTIMA.

### *De comparatione causarum inter se, & cum effectibus.*

**D**E causa in communi, & de quatuor generibus causarum præcedentibus tractavi disputationibus, & in hac ultima causæ inter se, & cum suis effectibus sunt comparanda, qua disputatione absoluta, tota secundi libri physicorum interpretatio absolueretur.

### DVBIVM I.

*Quomodo causæ possint sibi inuicem esse causæ?*

*Arist.*

**A**rist. cap. 3. huius secundi libri causas esse sibi inui-

cem causas asseruit, cuius asseritum locū obtinet proverbij. Sed hoc pronunciatum intelligere, ut veræ non adoretur philosophiæ, satis difficile est, ex eo alia duo oriuntur asserta, primum est. *Causæ non sunt sibi inuicem causæ in eodem genere causæ.* Secundum est. *Causæ sunt sibi inuicem causæ in diverso genere causæ.* Et de his duobus assertis ferendum est in præsentiarum iudicium duabus conclusionibus, prius tamen quam eas statuam, hoc notareliber.,

Nota recentiores confesse, permixteque præsentem cōtrovertere difficultatem, & frustra multas adducere distinctiones causarum, nam didingunt causas materialiter vel

vel formaliter sumptas, in acta primo, & in actu secundo, & secundum esse earum, vel secundum causalitates. Quibus distinctionibus uti non est in presenti necessum; nam in eo solum posita est difficultas. Vtrum ita causa sint sibi inuicem cause, ut entitas vnus causa a suo effectu valeat causari, verbi gratia, vtrum calor calorem producat, ab ipso, quem produxit, calore produci possit, & sol. causans lucem, possit a luce causari, & essentiam, ac existentiam a luce habere: nam quoad causalitates causas posse esse sibi inuicem causas in eodem, & diuerso genere causa nullus inficiabitur, si nihil aliud sit causas, quoad causalitates sibi inuicem esse causas, quam eadem causalitate causare; ostendi enim disput. 3. dub. materiam, & formam eadem causalitate totum causare compositum si vnio causalitas est, & causam primam, & secundam vnica actione vnus producere effectum; possunt etiam esse causa sibi inuicem cause, quia mutuo sibi tribuant suos effectus agendo scilicet ad inuicem, ut si manus calefaciat lapidem, & lapis frige faciat manum; praterea calor informat quantitatem, & quantitas calorem in ordine ad locum extendit; an autem cau-

sa entitas possit ab entitate sui effectus causari, & in hoc sensu verum sit, quod causa sint sibi inuicem cause, in anticipati est positum.

Dico primo, causas non posse esse causas in eodem genere causa; quam conclusionem omnes amplectuntur philosophi, & probatur primo: nam materia non potest recipere aliam materiam, nec forma potest entitatem alterius forme causare, & ab ea causari: fines etiam non possunt esse mutuo fines: nam si duo fines, se ad inuicem causarent, nullus esset vltimus finis, cum vterque ordinaretur ad alium, in quacumque; autem serie actionum vnus finis vltimus est assignandus. In causa efficiendi id est compertum, quia causa efficiens necessario presupponitur existens ante suum effectum, & causalitatem, ergo ante sui effectus productionem existeret, ergo non potuit effectus ei existentiam tribuere, essetque causa prior suo effectui, & illo posterior in eodem genere causa, & secundum eandem rationem.

Secundo, quia si causa precipue efficientes essent sibi inuicem cause, sequeretur, quod idem esset causa efficiens sui ipsius contra illud proloquium; *qui quid sit, ab alio sit*. Sequela patet ex alio

pro-

3  
Conclusio

pronunciato; *quod est causa, causa, est causa causati, sed causa efficiens causat effectum, & effectus causat causam efficientem, ergo causa efficiens causat se ipsam.*

Sed quaedam parua momenti obiectiones contra propositam conclusionem circumferuntur. Prima est in causis efficientibus, nam manus frigida, si confricantur, mutuo se calefaciunt; & coniuncta mutuo se conseruant: item stomachus per calorem receptum a vino agit in vinum. Secunda est in formis saltem methaphysicis, quoniam vna differentia diuisua contrahit alteram, & ab ea contrahitur, verbi gratia rationale contrahit mortale, & mortale contrahit rationale. Tertia in causis materialibus quoniam calor disponit ad raritatem, & raritas ad calorem; item pluuia est causa vaporis, & vapor pluuie. Quarta in finibus, potentia est propter actus, & actus sunt propter potentiam.

Ad primum respondetur, quod quando manus confricantur, vna non producit calorem in alia, nec e contra, sed motus est causa caloris in vtraque manu non per se; quia motus virtutem producendi calorem non habet, sed quasi per accidens, quoniam per

motus attrahuntur spiritus vitales, vel attrahitur sanguis causans calorem, & sic intellige illud proloquium. *Motus est causa caloris*. Postquam autem manus sunt calida, melius conseruatur earum calor, si sint coniuncta, quam, si sint separata: quia melius resistere valent contrariis agitibus, ne introducatur frigiditas.

Ad illum casum de stomacho calefaciente vinum, responderetur, concedendo stomachum calore recepto a vino calefacere vinum, sed hoc non vrget nos, quoniam solum negamus, causas non posse sibi inuicem causas in eodem genere causa secundum suam existentiam, & ideo multa argumenta, quae hic possunt fieri, quibus probetur mutuo sibi causas suos tribuere effectus sunt paruipendenda.

Secunda obiectio frivola est, quoniam hic de rebus methaphysice consideratis non agimus. Praterea, quia in differentiis talis mutua contractio non reperitur; mortale enim non contrahit rationale, licet e contra possit aliqualis contractio concedi.

Ad tertiam obiectionem responderetur, quod calor, &

Dd ra-

raritas non se habent sicuti dicitur causa, sed veluti conditiones, inter quas tanta est concordia, ut vna sit ad alteram utilis, & vna adiuet ad alterius introductionem: pluvia est causa vaporis, & vapor causa alterius pluuie nisi eiusdem, sicut habitus est causa actus, & actus est causa alterius habitus non eiusdem.

Ad quartam responderetur operationem finem esse potentiam potius, quam potentiam operationis. Quod si aliquando operatio dicitur esse propter potentiam intelligendum est ita, ut potentia & operatio sit vnus finis integer, & adæquatus, & ideo solet dici, quod potentia est propter se ipsam operatione perfectam, sed in his rigorosam causalitatem finale non querat.

Dices, vnum exemplar potest esse alterius exemplaris exemplar, & alterum exemplar potest esse eius exemplaribus, causæ sunt sibi inuicem causæ. Patet antecedens, quoniam potest aliquid fieri ad similitudinem alterius, quod ad sui similitudinem factum est. Respondetur assertum hoc, causas non posse esse sibi inuicem causas in eodem genere causæ intelligentiam esse mutua causalitate,

ita, ut simul causent, & causentur, quod in causis finalibus obseruandum esse docuit optime Suarez tom. 1. meth. disput. 17. sect. 2. nu. 23. Nam diuisim non repugnat, vterque nunc sit causa, & postea sit effectus sui effectus: potest enim ignis producens ignem ab igne producto produci, si ordo cauendi a principio effect mutatus, & desatio finis huius medij, potest cessare a causalitate, & esse medium ad consequendam, ut finem, rem, quæ erat mediū, verbi gratia desiderat quis, comparare scientiam, ut acquirat diuitias, & cessante hac intentione potest desiderare comparare diuitias, ut valeat comparare scientiam: in proposito ergo exemplar non potest esse causa exemplaris illius exemplaris, ad cuius similitudinem fit, verbi gratia implicat, quod exemplar obiectiuum, domus conueniendi, sit domus exemplatum, & ipsa domus exemplar eadem cognitione, & causalitate perseverante, nisi mutentur nil nostra interest, & quod sint sibi inuicem causæ.

Dico secundo, causa in nullo alio diuerso genere causæ possunt esse sibi inuicem causæ, nisi in genere causæ finalis, & in genere causæ effi-

SUAZES

12

Conclusio

efficientis, vel alterius generis in re causantis non intentionaliter. Quod in genere causæ efficientis, & in genere causæ finalis possint causæ esse sibi inuicem causæ, patet; nam valetudo potest esse finalis de ambulationis, & de ambulatione est causa efficiens valetudinis, quo exemplo, ut hoc assertum probaret, vultus est Sanctus Thomas: in hoc autem genere causarum nullum est inconueniens causas esse sibi inuicem causas, eo quod finis intentionaliter existit, & causat, causa vero efficiens, & realiter causat, & realiter existere debet: item materia causat compositum in genere causæ materialis, & compositum dicitur materiæ finis, utraque tibi arridebit conclusio si Valentinum de Herize in primam partem, tracta. 3. disp. 28. cap. 2. consultas.

13

Quod autem in diuersis generibus causarum, quarum saltem vna non causet intentionaliter, causæ non sint sibi inuicem causæ, probatur. Nam materia, & forma, non se causant mutuo, materia enim causat formam, forma vero non causat materiam, ut ostendi tracta. 1. disp. 2. dub. 7. ubi materiam per exi-

stentiam formæ minime existere docuit: item materia aut forma non possunt causam efficientem causare, & causari ab ea, nam cum causa efficiens sit a qua primo incipit effectus, si materia, aut forma sunt effectus causæ efficientis nequibunt esse causæ illius, sicut nec esse priores.

Huius assertionis, & præcedentis conclusionis idem est fundamentum, nam si causæ possent esse sibi inuicem causæ sequeretur, quod causæ secundum eandem entitatem, & statum, & respectu eiusdem effectus, & entitatis essent priores, & posteriores. Patet, quia eadem entitas esset causa, & effectus, & quia causa esset prior, & quia effectus esset posterior a parte rei; quod absurdum videtur. Præterea sequeretur, quod idem esset causa sui ipsius iuxta illud pronunciatum,

Quod est causa causæ, est causa causati, ergo si causa est causa effectus, & effectus est causa causæ, erit causa sui ipsius saltem mediata. Respondent neoterici hoc pronunciatum esse intelligendum in causis eiusdem generis non in diuerso genere causæ, sed difficulter explicatur, quare vim habeat in causis eiusdem generis, & non in

Dd 2 cau-

14



causis diuersi generis. Soler contra hanc conclusionem opponi, quod creatio est prior creatura, vt pote eius effectio, & posterior, quia creatura est creationis subiectum, ergo potest aliquid esse prius, & posterius realiter respectu alterius, sed hæc obiectio diluenda est, cum explicetur, quid sit creatio, & an inhæreat, tanquam accidens in subiecto ipsi creaturæ.

155

Ex dictis infertur contra aliquos Thomistas, quos sequitur Vazquez in 1. 2. disputat. 112. cap. 5. vltimam dispositionem non prouenire efficienter à forma tam in naturalibus, quam in supernaturalibus, vt erudite ostendit Magister Lorca in 1. 2. sectio. 6. disputat. 38. vbi actus, quibus ad iustificationem disponimur non prouenire efficienter à gratia habituali, contritionem scilicet à gratia iustificante non causari, manifestis suadet rationibus, quoniam contritio est prior realiter, quam gratia habitualis, & si causaretur à gratia esset posterior, consequenterque esset simul prior gratia, & posterior gratia iustificante. de hijs disputationibus supernaturalibus consulatur ipse,

Vazquez

Lorca.

de naturalibus autem agendum nobis est in libris de ortu, & interitu.

D. V. B. I. V. M. II.

*Verum idem numero effectus possit à duabus causis totalibus coniuictim produci?*

**I**N primis supponendum est, quæstionem esse non posse de causis partialibus, nam duas causas parciales eundem numero effectum valere producere nemo inficiatus est; sed quæstio est de causis totalibus eiusdem generis non subordinatis, nam plures causas totales diuersi generis, & eiusdem generis, si subordinatæ sint eundem numero effectum causare, non est sublite; forma enim ignis causatur in genere causa materialis à materia, & in genere causa efficientis ab igne generante, & Deus, & creatura idem causant.

Secundo est supponendum ex dictis disput. 3. dub. 22. quid sit causa totalis; est enim illa, quæ ex se sola sufficit

ad producendum effectum sine consortio alterius causæ sui ordinis, vnde effectus procedens à causa totali ita procedit, vt possit à qualibet produci.

**T**ertio supponendum est, duplicem posse in presenti agitari difficultatē. Vna est, vtrum idem numero effectus possit prouenire à duabus causis totalibus diuisiue sumptis, verbi gratia, vtrum eadem numero lux, quæ procedit à sole, valeat produci ab igne, aut alio corpore luminoso: quam difficultatem discutiemus sequenti dubio. Altera est, vtrum duæ causæ totales eiusdem ordinis coniunctæ possint vnum causare effectum, & hanc in presenti dubio discuti-

**Q**uarto supponendum est, difficultatem propositam in solis causis efficientibus esse dirimendam; nam in alijs causis generibus facilius est resolutio. Duæ enim causæ formales substantiales, licet educantur, de potentia eiusdem materie causabunt effectus diuersos simpliciter, verbi gratia, rationalis facit hominem, & forma equi constituit equum. Duæ etiã formæ accidentales diuersos causant effectus diuersos (in quam) saltem secundum quid, v. g. duæ numero albedines in eodē su-

biecto, constituunt vnum album simpliciter, quia vnum est subiectum, & duo alba secundum quid, quoniam duæ sunt formæ.

Plures materias esse posse causas materiales, eiusdem forme dicam in libris de generatione, an autem, vt totales causas, diffiniã dubio sequenti. De causis finalibus maior est difficultas; nam licet sine controuersia sit, duos fines adæquatos posse, esse causam eiusdem medij, & actionis; an autem duo fines adæquati valeant eadem electionem, quæ est actus voluntatis causare, & vnica intentione intendi, nõ est ita certum. Negat Vazquez 1. 2. disput. 10. & affirmant alij neoterici, quos sequitur Petrus Hurtado disputat. 13. de anima, sect. 7. quid autem sit probabilis, peres à Theologis, & metaphisicis: nostra enim nunc, non inter est hanc diffinire quæstionem, vt dubio præserti fiat satis, quoniam argumentum de sumptum à causa finali ad efficientem, de qua agimus in efficax est, eo quod hæ causæ longe diuersum modum habent causandi: similiter neganda est paritas inter causas exemplares, & efficientes, nihil enim prohibet artificem sibi proponere duo exemplaria similia imitanda, & effe-

Vazquez Hurtado

effectum producere, non magis similem vni, quam alteri, & ita dirigi ab vno exemplari, vt sufficienter dirigeretur ab alio, si illud non esset; solum ergo est quaestio, & varietas opinionum in causis efficientibus, quæ non intentionaliter, sed physicè agunt, & causant suos effectus.

*Varia opiniones.*

6 **P**rima opinio affirmat, nõ solum potentia absoluta posse duas causas adæquatas producere eundem effectum verum etiam, non repugnare, quod naturaliter id contingat. Pro hac opinione refertur Caietanus 1. p. quaest. 52. artic. 5. & tribuitur Nominalibus.

*Caietan. Nomina.*

7 Probatur primo, quia si duo calida, vt quatuor, verbi gratia, applicentur eidem passo, producent vnum calorem, vt quatuor, ve vt tria, v.g. non plures calores, cum duo calores, vt quatuor nequeant, esse in eodẽ subiecto, duo enim accidentia absoluta numero diuersa, non posse idem informare subiectũ suppositum tract. 5. Logicae disp. 3. dub. vltimo, sed tunc illa calida, sunt causæ adæquatę illius caloris, ergo vnus, & idem numero effectus provenire po-

test à duabus causis adæquatis; patet minor, quia ille calor, qui à duobus calidis productus fuit, poterat produci à quolibet, cum cuiuslibet virtutem, non excedat.

Secundo probatur, quia si duo luminosa è regione se respicientia, quæ applicentur ad illuminandam eandẽ partem medij, tunc in ea producent principaliter, & totaliter idem lumẽ, sic autẽ applicari posse equæ, & sufficienter negari, non potest, si vero illam applicationem inficias, nõ ibis inficias, posse, Deũ hæc duo agentia penetrare, & sic penetrata applicare posse, tuncque naturaliter eundem numero effectum producere, qui à quolibet seorsum sumpto poterat produci.

Secunda opinio ait, naturaliter repugnare, quod vnus numero effectus causetur à duobus agentibus totalibus, & adæquatis, fieri tamen id posse supernaturaliter, ita Valentia tom. 4. disp. 1. quaest. 3. par. 3. Suarez tom. 1. meta. physic. disputat. 26. sectio. 4. Hurtado disputat. 8. physica, sectio. 1. & alij recentiores, naturaliter id, non posse contingere laboriose probant, & defendunt, vt infra attingam; posse tamen contingere Dei absoluta potentia, Suarez suadet; quia nulla inuenitur

*Valentia  
Suarez.  
Hurtado*

implicatio contradictionis in eo, quod idem numero effectus à duabus causis totalibus, & adæquatis proveniat, ergo Deo id, non est denegandum. Patet antecedens, quia potuit Deus in hoc emispherio aliũ producere solẽ æque perfectum, & æque applicatũ aeri illuminando, achiẽ Sol existens, & tunc idem numero lumen causarent principaliter, & totaliter, cum vnusquisque per se solum valeret producere illud.

9 Tertia opinio negat adhuc de potentia Dei absoluta posse plures causas totales concurrere ad eundem effectum; amplectuntur eam plures antiqui, & inter recentiores Bonseca. Vaz uez D. Tho. seca 5. meta. quaest. 6. & Vazquez tom. 2. in 3. par. disp. 15. cap. 3. & 4. & his authoribus favere videtur Sanctus Doctor 3. p. quaest. 8. art. 2. ad 2. & alijs in locis. Suadetur hæc opinio, quia si vnus effectus produceretur à duplici causa adæquatẽ, effectus determinatus non haberet causam determinatam per se, hoc est impossibile, ergo, &c. Maior probatur, quia illa causa, sine qua effectus esse potest, non est causa per se illius, & requisita ad effectum, sed siæ qualibet illarum posset esse effectus, & neutram requirit determinatẽ, ergo

neutra est causa per se effectus, & à neutra causa per se dependeret, nullaque indigeret causa, siquidem, non vtraque, & non magis hac quam illa.

*Iudicium authoris.*

10 **S**it prima conclusio, idem effectus, non potest naturaliter provenire à duabus causis efficiẽtibus adæquatis simul cõcurrentibus. Hæc conclusio rejicit primam opinionem, & cõformis est secundæ, & tertiæ sententiæ, sed eam authores secundæ sententiæ nequeunt efficaciter probare, & ideo efficax est contra illos hoc argumẽtum. Potest vnus effectus à duabus causis totalibus coniunctim Dei absoluta potentia provenire, ergo & lege ordinaria; nõ ratio illa, qua aliqui vtuntur, quia superfluum esset, quod effectus qui ab vna causa provenire potest, proveniret à duabus, in efficax est, quoniam natura superfluitatẽ ab horret, non abundantiam, & in illo casu esset abundantia, nõ superfluitas. Alij rationem reddunt, quia illa causa nequeat æque passo applicari, sed iam attingi, quod possunt penetrari divinitus, & tunc poterunt, si virtutem habent, eundem naturaliter causare effectum.

*Conclusio*

Ratio

Ratio igitur efficax est, quia duæ causæ totales nequeunt diuisim vnum numero effectum producere, ergo nec coniunctim. Antecedens ostenditur dubio sequenti, consequentia probatur, quia duæ causæ totales eiusdem generis, ac ordinis, & eiusdem effectus eo ipso, quod totales sunt, quælibet valet per se solam producere effectum, & quæ non valet, non est totalis.

**II**  
*Conclus.* Secunda conclusio sit, implicat, quod duæ causæ totales eiusdem generis, non subordinatæ producant totaliter vnum effectum, atque adeo id est Dei absolutæ potentia denegandum. Ratio in qua tota huius, & sequentis dubij decisio nititur est, quia vnus numero effectus, non continetur in naturali virtute duorum agentium totalium, atque adeo, si ab vna, vt à causa principali totali produci- tur, ab altera, vt ab instrumentali proueniet, si autem prouenit à duplici causa, illæ duæ causæ non erunt totales, sed partiales, & in adequatæ, quoniam à qualibet seorsim produci nequit. Conclusio hæc, & eius fundamentum enodabitur infra, & illustrabitur dubio sequenti, nunc autem argumentis primæ, & secundæ opinionis, quas reijcimus satisfaciamus.

Ad primum argumentum primæ sententiæ respōdetur, in casu, quod duo ignes, vel callida, eidem simul, & æque applicentur passo, vtrumque calefacere passum, quod perperam aliqui inficiantur. Calefacere (inquam) non vt causas totales, sed vt partiales principales: nam calor ab vtroque igne productus à neutro illorum produci potest, nisi instrumentaliter, eo quod licet in virtute vtriusque contineatur, in nullo illorum ignium continetur, tanquam in causa principali. Distingueda enim sunt tria calorum genera, seu series calorum: calorum contentorum in hoc igne, & series contentorum in altero igne, non in alio, & series calorum, qui ita continentur in vtroque igne, vt nec in hoc, nec in illo solo, & seorsim contineatur, sed in virtute vtriusque coniunctim sumpti. Nec obstat, quod calor, qui ab vtroque igne produci- tur, non sit perfectior entitate, quolibet igne, & calore, à quo produci- tur, quoniam factum est, quod non contineatur in virtute naturali, sed obedientiali, atque adeo, quod in præportione virtutis sit impropor- tionatus, cuiuslibet calori seorsim sumpto, & non debitus illi.

Ad secundum respōdetur,

con-

concedendo libenter illam applicationem duorum illuminantium eandem partem passi, & tunc lumen ab vtroque luminoso, vt à duabus causis partialibus prouenire, & à neutro illorum prouenire posse (vt nuper de ignibus calorem producētibz philosophatus sum) quo autem pacto lumina in duobus angulis cubi- culi constituta vniformiter, diffor- miter agant, & mediam spatij partem illuminent, nostra, vt præfens dirimatur quæstio, nõ refert: casum supponimus, quia etiam eo dato facile argumēto occurrimus.

**II 4**  
Secundæ opinionis argumē- tum non est maioris roboris; nõ si alius Sol crearetur, aerē que illuminaret simul cum Sole existente, lumē produceret vterque, quod à neutro in genere causæ principalis profemi- re posset, atque adeo essent causæ partiales illius luminis, quod vterque produxit.

**II 5**  
Percontaberis primo, qua- liter se habeant duo agentia portantia lapidem, an vt causæ totales, an vt partiales: & supponendum est, quodlibet illorum valere se solo lapidē portare, & hæc agentia esse libera, pro suaque innata libertate totam suam applica- re virtutem, & illum paruum lapidem, aut lignum tota illa velocitate ab vno, ac à duo-

bus agentibus ferri, vel susten- tari. Huic quæstio nescio, quo modo possunt, respōdere, aiē- tes, naturaliter duas causas totales, vnum numero effectum, non posse producere, posse ta- mē supernaturaliter, eo quod virtutem naturalem habeant ad producendum illum; nos autem facile respondemus, cō- cedendo casum, in quo dici- mus, impulsam, & motum à duobus portantibus lapidem, vt à causis in adequatis causa- ri, & illum motum, & impul- sum non posse à quocumque lapidem portante prouenire, sicut nuper aiebam de effectu à duplici igne causato.

**II 6**  
Interrogabis secundæ quo pacto se habeant duæ causæ æquales virtute, quarum vna nunc applicetur, & statim altera, verbi gratia, si duo calida, vt quatuor ita eidem passo applicentur, vt prius vnum calidum applicetur, & alterum applicetur posterius. Rubius hic tractat. 8. quæst. 2. *Rubius.* dicit, calidum postremo applicatum, nil de nouo produ- cere, quia suum effectum inue- nit productum, sed cōseruare, simul cum calido præexisten- te effectum productum, & quod ab vna causa fuit productum à duabus cōseruari. Suarez *Suarez.* tom. 1. metaphys. disput. 26. sectio. 5. duplici via respon- det quæstio, vtraque tamen

E e via

via est valde latebrosa, & ideo, nec referenda, nec impugnanda. Afferere autem, ut aliqui neoterici docuerunt, quod effectus productus pereat, & nouus producat adueniente nouo agente, voluntarium est, & causam corruptiuam illius effectus, non inuenies. Iter tutum, & expedita via est, dicere, in illo casu agens, ultimo accedens, nil propucere, si agens prius applicatum, calidum scilicet, ut quatuor, totum suum effectum produxit; nam calidum, ut quatuor in passo calido, ut quatuor non agit; si vero calidum, ut quatuor, non potuit, nisi solum calorem, ut uno causare, & aliud calidum, ut quatuor accedar, producent alios duos gradus caloris, eruntque in passo quatuor gradus, e quibus primus, & secundus, proueniet a calido prius applicato, tertius vero, & quartus a calido applicato posterius.

DVBIVM III.

*Vtrum idam numero effectus possit a diuersis numero causis diuisim prouenire?*

**N**on est, quæstio vtrum effectus productus possit te-

produci; sed an idam numero effectus, qui de nouo producitur ab vna causa totali, possit produci ab altera eiusdem ordinis, ac diuersa numero, si applicaretur ad operandum circa idem passum eodem loco, & tempore, & eisdem circumstantijs, v.g. an calor, qui producitur in hoc ligno ab hoc igne, possit ab altero igne produci, si loco illius hic, & nunc applicaretur, quæ difficultas conditionalis est, & naturaliter nunquam de facto ponibilis; nam effectus productus naturaliter, reproduci nequit, ut fatentur omnes philosophi; an autem naturaliter, potuisset effectus productus ab hac causa produci ab altera sub conditione, quod sub eiusdem circumstantijs applicaretur, in quæstionem vocatur, quam quæstionem ex dictis dubio præcedenti breuiter diffinimus.

*Varia sentia.*

**T**Verur Scotus, in secundâ distinctione 20. quæstio. 2. eundem numero effectum ab hoc agente productum, potuisse produci ab altero, si eisdem subiecto, eodem tempore, & loco, ac cum eisdem circumstantijs applicaretur, quæ sequuntur Suarez. como 1. suz metaph. disputat. 26. sect. 5. Rubius hic tractat. 7. quest. 3. & alij

Scotus.  
Suarez.  
Rubio.

& alij neoterici. Vt irur Scotus vno argumento Theologico, & altero philosophico, & vtrûq; pariter pendunt Suarez, & Rubius. Theologicam sententiam inuoluo, quoniam ad nostrum, non attinet institutum: philosophicam est huiusmodi. Duo agētia eiusdem speciei, sunt equalis virtutis perfectionis, & entitatis, ergo quidquid potest efficere vnum in passo hoc applicatū poterit, & aliud ergo idem effectus numero, qui ab hoc agēte procedit, potuit procedere ab alio. Eribolum sane argumētū, quoniam ex eo, quod causæ, sunt eiusdem speciei, & eiusdem virtutis in specie, solū inferri potest, quod valeant producere effectus eiusdem speciei, nō vero effectus numero etiam in distinctos.

3  
Rubio.

Hanc opinionem sanadet Rubius primo, quia si effectus causatus ab vna causa, non potuit causari ab alia, sequitur vnitatem numericam effectus summi ab vnitatem numericam causæ, quod falsum, esse compertum est; sequeretur etiam eundem effectum, nō posse adhuc per Dei absolutam potentiam, a duabus causis totalibus prouenire, quæ sequelâ cōcesserunt nobiscū Vazquez, & Fonseca dubio præcedenti pro nostra sententia relati; ipse tamen Rubius, id concedere magnū reputat inconueniens.

Fonsæca.  
Vazquez

Secundo, quia idem calor, qui ab igne producitur in hac aqua, potuit produci a Sole, si eadem aqua eodem tempore, & cum eisdem circumstantijs applicaretur. Patet, quia (ut communis, ait doctrina) causa equi uoca vniuersalis per suam virtutem, & eminentiam valet effectus producere causa particularis.

4

Tertio, quia calor, v.g. ab vno igne productus potest ab alio igne conseruari naturaliter, ergo potuit naturaliter ille calor produci: certa est consequentia; quoniam agens conseruans potest, & producere antecedens probatur, quia calor ab hoc igne productus, si hic ignis extinguitur conseruabitur, si alius applicetur ignis, & lux huius lucernæ producta in medio, ab altera lucerna de nouo adueniente conseruatur teste ipsa experientia.

5

Fonsæca 5. metaph. cap. 2. q. 14. sequens aliquos alios veritiores philosophos affirmat, nō posse eundem numero effectum a duobus causis totalibus, & principalibus eiusdem ordinis diuisim procedere hæc tamē Fonsæca, & aliorū sententia intelligenda est lege ordinaria, nō lege absoluta; nā nō inficiantur, posse eundem numero effectum per Dei absolutam

Fonsæca.

potentiam, à duabus causis totalibus eiusdem ordinis diuisim procedere. Reiectis antiquorum nonnullis rationibus probat Fonseca suam sententiã primo, quia si idem numero effectus posset indifferenter, & totaliter à duabus causis solo numero diuersis procedere à nulla causa proueniret per se, sicut nec determinate causa enim per se alicuius effectus debet esse determinata, & per determinatam actionem naturaliter producere.

6. Secundo, quia ex opposita sententia sequitur, quantumque causam posse producere omnes effectus eiusdem speciei, poteritque quilibet, homo omnes homines diuisim generare, & quilibet ignis omnes ignes.

7. Tertia sententia negat eundem numero effectum posse prouenire à duabus causis totalibus efficientibus, de quibus in hoc, & precedenti dubio est sermo, tam lege ordinaria, quam Dei absoluta potentia: quam sententiam amplectantur Thomistæ ut pote expressam diu, Thomæ multum in locis, præcipue Quodlibeto 5. art. 8. & eam his duobus assertis amplectimur, ut cõformem doctrinæ de causis in toto hoc secundo libro physicoarum à nobis traditam.

### Sententia tenenda.

PRIMUM assertum est. Effectus productus ab vna causa, non potuit ab alia produci naturaliter loquendo, ut ait Fonseca in secunda sententia relatus: & præter argumenta Fontecæ, hoc argumentum efficaciter probat assertum, & non parum urget Suarez, & reliquos authores primæ sententiæ; nam si effectus productus ab hoc agente, potuit naturaliter ab alio produci, sequitur, quod effectus corruptus possit naturaliter reproduci, quod nullus vnquam concessit philosophus. Patet sequela, quia producto calore in hoc ligno ab hoc igne, si corrupto illo calore alius ignis applicetur, poterit caulare eundem calorem numero; nã cum illum cõtineat in sua virtute naturali reddi nõ potest ratio propter quam ille calor, non producatur.

Respondebit aliquis, produci calorem diuersum, quoniã hæc tẽporis, & aliarum circumstantiarum diuersitas diuersam petit actionem, atque ad eõ diuersum effectum, sed facillẽ occluditur hæc fuga, quoniã Suarez, & Rab. eijdem numero actionibus eundẽ, numero effectum produci posse naturaliter, non abnegant, ut tradatu quinto referam.

Se:

Assertio.

Secundum assertum est, non posse per Dei absolutam potentiam eundem numero effectum prouenire à duabus causis principalibus totalibus, & eiusdem ordinis, supposita naturali rerum ordinatione ab authorẽ statuta naturæ. Assertio hæc aduersatur authoribus primæ sententiæ, & etiam authoribus secundæ, quos facile possumus conuincere, ut propriam sententiam deserentes, primã, vel tertiam amplectantur. Nam, vel causa, a, continet in sua virtute naturali affectum causæ b, aut non continet, si continet illum effectum, naturaliter valebit producere, si vero non continet non poterit illum supernaturaliter producere, ut causa principalis, quoniã causa principalis sine principali virtute operari nequit. Solũ igitur restat rationem querere, propter quam Dei potentia denegamus effectum productum à causa, b, non posse produci à causa, a, ut à causa principali totali.

Ratio, ergo propter quam effectus productus ab vna causa principali totali, nequit ab altera produci, est, quia non continetur in virtute alterius, eo quod sunt series effectuum cuiuscumque debita, & propria, ut dubio præcedenti docui. Lege §. ad 2.

Arist.

S. Thom.

1. sententiæ: ubi tres series causarum distinxit; has causarum, seu effectuum series rerum ordo naturalis postulat, nam tales sunt causæ finitæ, & limitatæ, ut sicut distinguntur numero effectus, effectus numero diuersos contineat, & quod vna potest producere nõ possit altera propter naturalem limitationem producere.

Ad quid enim necessaria est virtus in filio ad generandum Patrem? Sicut enim naturæ author substantia ignis donauit hunc calorem, ut calefaciat, & alteri igni aliũ diuersum calorem non eundem; sic dedit potentiam naturalem ad has calefactiones, & non ad illas, ad hos, & non ad illos calores effectus igitur cõtensus in virtute naturali vnus causæ non continetur in altera: & has causarũ series, & huius vniversi dispositionem respiciebat Arist. cum secundo physicoarum textu 30. dixit, eiusdem effectus esse plures causas, sed nõ eodem modo causantes, sed diuerso: & S. Thom. quodlibeto 5. art. 8. sine limite asseruit, vnum effectum à duabus causis totalibus non posse procedere, quem absque fundamento recentiores interpretatur de potentia solum ordinaria non vero de potentia Dei absoluta.

lura. Iſum audite quotlibet ſupra citato, *impoſſibile* (inquit) *Euadem filium naſci ſine alius pater ſine alia mater.*

Recens, & nupera haud quaquam hæc iudicabitur opinio, ſed potius principijs philoſophiæ valde conſentanea, quam diuerſiſſijs defendere valemus, nã aſſerere poſſumꝰ (nec ſine ſudamẽto ipſiſq; ve tuſtis philoſophis conſentaneũ) hũc effectũ ad hanc cauſam reſpectum dicere eſſentialem, & tranſcendentalem, & hanc cauſam ad hunc effectum: ideoq; nõ poſſe hunc effectum interdum ab hac cauſa, & interdum ab illa procedere. Sed hac eſſentiali dependentia omiſſa, quia multis poterit labefactari rationibus, cum ſaltem à Deo ſine cauſa ſecunda quilibet effectus externus poſſit produci; addidi externus, quoniam Deum ſine cauſis ſecundis intelligentiam, volitionem, & alia huiuſcemodi cauſare nõ poſſe arbitror; dicendum eſt, huilius, & præcedentis dubij deciſionem intelligẽdam eſſe ex ſuppoſitione, quod Deus ſic creauit vniuerſum, & rerum naturas condidit; nam non dubito, reſtaliter poſſe creari, vt effectus vnus, & idẽ contentus in hac entitate, cõtineretur in alia, & effectus

ab vno agẽte productus, poſſet produci ab alio, imo & reproducti. Nos autem loquimur ſuppoſita hac rerum conditione, & creatione; & loquimur de his cauſis, quas noſcimus. Quis enim dubitabit, adeo poſſe, Deum excellentem creare entitatem, vt omnes effectus numero contineat propria virtute abſoluta, & eos diuerſis producat actionibus: implicat igitur, quod calor productus ab hoc calore, producat ab illo calore, vt cauſa principali, & totali.

Dices primo, quod non implicat contradictionem Deo non eſſe denegandum, ſed nõ implicat, quod hic calor productus ab hoc calore, produceretur ab altero calore, ergo vnus effectus poteſt provenire à duabus cauſis totalibus, & adæquatis. Nego minorem, nam ſi calor non continetur, niſi in virtute principali vnus caloris, & non in virtute alterius, implicat, quod alter calor ſit cauſa principalis, quoniam implicationem inuoluit, quod ſit cauſa principalis ſine virtute principali, ſicut, quod paries albus ſine albedine ſit.

Inſta non implicat, quod hic calor contineatur in virtute principali huius caloris, & illius, ergo quod produca-

tur principaliter, totaliter ab hoc, & ab illo. Nego antecedens; nam ſuppoſito, quod habeat hic calor hanc determinatam entitatem, atque adeo hanc virtutem determinatam, & limitatam ad hos effectus, non poteſt continere alios, niſi eius virtus, & eius entitas mutantur, & tũc non erit hic calor, ſed alius longe diuerſus entitate, & virtute.

Interroga, vnde colligitur hæc determinatio, & limitatio virtutis, & hæc determinata ſeries. Reſpondetur, colligi ex determinatione effectus petentis per ſe determinatam cauſam, ex eo; quod niſi inſaniã abundantiam, quæ ad ſuperfluitatem accedit, natura abhorret, & nimia abundantia; ſuperfluumq; eſſet, quod ne poſſet generare aurum, & proaurum, nepotiſque aurã, ac matrem aurã, quæ ratio vim habet ſolum, vt coniectura, nam qui negaret id eſſe ſuperfluum, difficulter poſſet conuinci, vt dubio præcedenti artigi. ¶ Sit prima concluſio.

Fecit enim Deus cauſas habentes forſitã reſpectus tranſcendentales ad hos effectus reſpicientes has cauſas, & non illas, & ideo effectus ab his cauſis procedens, ab alijs nequit procedere; ſi ad poten-

tiam obedientialem recurramus, quoniam, ſicut in cauſa cõſideramus potentiam obedientialem ad producendum, quod non implicat contradictionem (vt docui diſputatione quinta, dubio quinto) ſic in effectũ eſt cõſideranda, quædam obedientialis potentia, vt poſſit à virtute obedientiali procedere. Hanc autem virtutem obedientialem, quæ ſe tenet ex parte cauſæ, necesse non eſt, aſſerere in reſpectu tranſcendẽtali ad effectus. Vt de virtute naturali philoſophati ſumus, diſput. 3. dub. 2. ſed eſſe abſolutam reſpectu effectus, quamvis conſiſtat in entitate rei, prout reſpectum dicit Deo, cui obedit. Potuit igitur Deus abſolute loquendo efficere, vt vnus effectus proveniret à duabus cauſis totalibus: ſuppoſita ramen rerum naturalium diſpoſitione implicat, quod à duabus cauſis totalibus, & adæquatis proveniat, & vt proveniat necesse eſt, rerum entitates mutare, aliaſq; cauſarum virtutes producere.

Dices ſecundo, vna forma poteſt diuinitus educi, & cauſari à duabus materijs, ergo vnus numero effectus poteſt provenire à duabus cauſis materialibus totalibus, & adæquatis: pari ergo ratio-

ne poterit dicitur vnus effectus causari a duabus causis efficiētib. Respondetur, dando duas materias vnica forma substantiali informari posse, & tunc vnā formam causari in genere causae materialis a duabus causis materialibus, & adaequatis, diuerso tamen modo, nam vna forma educeretur potentia naturali huius materiae, & de potentia obedientiali alterius; quo pacto non negamus eundem numero effectum causari posse a duabus causis totalibus, e quibus vna sit principalis, & per potentiam naturalem operetur, & altera sit instrumentalis, opereturque per potentiam obedientialem.

An autem materia ex cuius potentia obedientiali forma educitur, sit dicenda instrumentalis causa, negotium est de nomine, re tamen vera diuisio causae in principalem, & in instrumentalem solum causis efficientibus est aptanda. De re constat, atque adeo affirmandum est, vnum effectum numero non posse provenire a duabus causis totalibus non solum efficientibus, sed nec materialibus eodem modo operantibus, nam a causis diuerso modo operantibus posse eundem numero effectum provenire, non abnego.

*Oppositis fit satis argumentis.*

**S**uperest tantum, satisfacere argumentis primae sententiae, nam argumenta secunda non militant contra duplicem conclusionem quam statuimus in hoc dubio. Ad primum respondetur, vnitatem numericam effectuum solum esse ab vnitatem agentis, tanquam a signo naturali, quoniam naturaliter loquendo diuersa numero agentia adaequata diuersos producunt effectus, ad modum quo diuersitas effectuum ex diuersitate temporum solet sumi, quoniam naturaliter loquendo, res diuerso tempore productae realiter sunt diuersae.

Ad secundum respondetur, negando eundem numero calorem, quem ignis in aqua produxit, potuisse produci a sole: & illa doctina causa equiuoca vniuersalis potest causare effectus causarum particularium (si vera est) debet intelligi, quod potest producere effectus eosdem, quo ad speciem non quo ad indiuiduationem, sol enim, & ignis calefaciunt, sed diuersis numeris caloribus.

In tertio argumento distinguenda est duplex effectus con-

seruatio, altera directa, & indirecta altera: conseruatio directa est, qua effectus per immediatum influxum conseruatur. Conseruatione vero indirecta conseruat causa effectum, remouendo contraria: vnde dicendum est, calorem productum ab hoc igne, non aliter ab alio igne posse conseruari, nisi conseruatione indirecta, nam si directe conseruaretur ab alio igne, posset & produci, quia aequale est primo producere, ac directa conseruatione conseruare effectum; lux ab vna lucerna producta non conseruatur ab alia, sed quando vna lucerna illuminauit aerem, & postea illa ablata alia accessit, noua lux subito, causa pereunte praesistente, eluxit in illo spatio.

DVBIVM III.

*Vtrum eadem causa possit producere effectus contrarios?*

**P**lures effectus vnica valet producere causa: an autem possint esse contrarij rogatur in praesenti, & in primis vna causa efficiens effectus contrarios potest producere, sed non simul, sic voluntas idem potest amare, & odio habere successiue, &

causa equiuoca physica, & naturalis valet effectus contrarios in diuersis causare subiectis; sol liquefacit ceram, & lutum indurat; similiter causa materialis valet, qualitates contrarias in gradibus intensis successiue suscipere, & in gradibus remissis suscipere simul; vna causa formalis, cum dando se ipsam causet, nequit contrarios tribuere effectus. Causa finalis potest successiue mouere voluntatem ad effectus contrarios, verbi gratia sanitatis intuitu potest aliquis interdum quiescere, & interdum ambulare; causa exemplaris non mouet ad effectus contrarios, quia effectus debet causam exemplarem imitari, & ei esse similis.

Disceptant neoterici in calce huius libri physicorum de fortuna; casu, & fato, referuntque plures veterum philosophorum ineptias quas in vtile iudicio recensere dicam tamen per transenam, quo pacto casus, fortuna, & fatum sumenda sint, vt ea dari, possit philosophus Christianus concedere. Casus, & fortuna sunt causae per accidens, & differunt, quia casus est in his agentibus, quae non agunt proprie propter finem; fortuna vero est in his, quae propter finem agunt: hinc est, quod


quod percussio hominis a lapide deorsum cadente præter intentionem speciem, vel scientiam, dicitur casus fortuitus, & respectu equi dicitur casualis. Ex quo patet, nihil respectu Dei esse casuale, vel fortuitum, quoniam providit omnia Deus. Fatum nil aliud esse tenetur catho-

licus affirmare, quam series causarum, earumque dispositiones prout substant. Divina providentia: de cuius infallibilitate, etiam si causas possint, impediti, ne operentur, agant.

Theologi.

(.)

(.)



TRA



TRACTATUS

TERTIVS.

*De motu in communi circa tertium librum  
Physicorum.*

**Q**VONIAM in libris de physica auscultatione integrâ naturæ notitiam exhibere intendit philosophus, postquam in duobus libris præcedentibus de principijs entis naturalis, & de eius causis differuerit, congrue satis ad illius operationes, motus, & actiones declarandas descendit, non sigillatim, & in particulari (hoc enim præstabit libro quinto) sed in communi, quatenus ad explicandam naturæ diffinitionem deseruierat.

Liber hic in præsentiarum exponendus in octo capitula diuisit Aristot. tria priora in explicanda quiditate, & essentia motus consumpsit, & in reliquis egit de infinito, quoniam in continuo motu partes quædam infinitæ assignari solent. Tria, capita agentes de motu, actione, & passione disputatione explicabimus prima, & quinq; vltima capita disputatione secunda interpretabimur, late de infinito tractantes.

(?)



## DISPUTATIO PRIMA.

*De motu actione, & passione.*

**M**OTVS, actionis, & passionis existentiam non probamus, sed supponimus, ut pote sensibus ipsis compertam; cum passim res denovo produci, & productas interire, & quæ adhuc perseverant, in continuo motu versari, resque ab agentibus fluere, & in passis subiectari; patet igitur motus actionis, & passionis existentia, quiditas vero, & definitio non ita.

## DVBIVM I.

*Quid sit motus in communi.*

**T**res explanationes desumptæ ex cap. 2. & 3. huius libri circumferuntur. Prima, *Motus est actus mobilis, ut mobile est.* Secunda, *Motus est actus actiui, & passiui, prout talia sunt.* Tertia, *Motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia,*

& hæc ultima præfertur, estque magis familiaris, atque adeo explicanda, & defendenda. Particula illa *actus*, est veluti genus, utpote quid commune ad tria actuum genera, quæ numeravit Pereira lib. 13. suæ philosoph. cap. 2. primus actus est, quando res fit, & non est in esse quieto, sed adhuc in fieri, & talis actus dicitur motus. Secundus est, quando res aliqua habet esse actuale, & talis actus dicitur operatio: hic tamen tertius actus dicendus est etiam motus, nam non solum passio est motus, sed etiam actio motus est, & quoniam adeo commune est illud nomen *actus* contrahitur per reliquas particulas diffinitionis allatæ, quas exponemus discutendo, an præfata diffinitio conveniat motui, tam successiuo, quam instantaneo.

Utraque pars facile videtur suaderi, nam, quod solum successiuo motui allata diffinitio

Pereira.

2

nitio conveniat, ipsius diffinitionis verba suadent, quia mobile per aliquas partes motus dicitur, esse in actu, & quoniam alia supersunt, dicitur esse in potentia, quia ergo habet partes successivas, dicitur motus actus, entis in potentia, secundum, quod in potentia. Quod autem conveniat etiam mutationibus instantaneis constat ex eo, quod Aristoteles intendebat motum in communi, qui est entis naturalis affectio explicare, & non solum motus successiuus, sed etiam instantaneus affectio entis naturalis sit, & ob has rationes, non idem omnibus videtur recentioribus; nam aliqui solum motum successiuum, alij vero utrumque motum diffinisse Aristotilem autumant.

35 Facile præsentem resolvemus difficultatem, si notes, tripliciter posse summi motum, latissimè, minus late, & propius sumè, stricteque. Motus latissimè sumptus, quancumque viâ vnius termini ad alium comprehendit, siue sit corporea, siue spiritualis omnino, ut motus Angeli, vel ex parte, ut intellectio, & volitio in hoc statu, in quo aliquo modo a corpore dependent; & motum sic sumptum, non diffiniuit Aristoteles in præfata, quoniam ad philosophum, non spectant omnes motus, quos motus

latissimè sumptus comprehendit, vel forte sub diffinito diffinitionis allatæ intellectio, & volitio, & aliæ huiusmodi mutationes comprehenduntur, ut colligi potest ex dictis tractatu 1. disputat. 1. ubi animæ rationali, rationem naturæ convenire docui. Summitur minus late motus, quatenus comprehendit motum successiuum, & quamlibet corpoream, & physicam mutationem. Summitur motus, stricte pro motu physico successiuo, de quo motu loquuntur plures philosophi, cum dicunt solum ad quantitatem qualitatem, & ubi dari per se motum, quod an sit verum, discutietur tractatu quinto, consule illum.

4 Censeo, diffinitum allatæ diffinitionis esse motum, qui est via termini, à quo ad terminum ad quem communis tam successivæ, quam instantaneæ viæ, atque adeo motus diffinitio utriusque motui competit. Id patet ex ipso Aristotile, qui postquam diffiniuit motum, posuit exemplum in generatione, quæ non est motus successiuus per se, sed mutatio instantanea. Accedit, quod de motu instantaneo optimè diffinitio allata verificatur; nam per motum ens, nempe mobile ita aduatur, ut sit in potentia, vel quasi in potetia, ad actum perfectum,

Assertio.

nempe ad formam, seu terminum producendum per motum: & hinc ruit fundamentum, quo nitentur recentiores afferentes, motus diffinitionem solum successivis mutationibus convenire.

DVBIVM II.

*Quo pacto motus cum actione, & passione comparetur.*

**S**uppone motum, actionem, & passionem realiter distinguimus ab agente a subiecto, & termino, seu quod idem est, a mouente mobili, & termino tanquam modum a re, cuius est modus: est enim motus actio, & passio vna: entitas modalis distincta a parte rei a subiecto, quod perperam inficiatur Valentia tom. 1. disp. 3. q. 2. punct. 1. quo supposito qualiter inter se distinguantur motus passio, & actio videndum est: & primo motum, cum passione, & actione comparemus comparaturi postea actionem, & passionem inter se. In primis suppone, etiam motum ab actione, & passione, non distinguimus ex natura rei, sed tantum beneficio intellectus; nam motus quæ actio, & passio comitantur, ab actione, &

Valentia

passione mutuo, aut non mutuo realiter separari nequit, quanta autem sit hæc rationis distinctio, inquiritur in presenti. Vtrum scilicet actio, & passio sint de conceptu motus, atque adeo nil aliud motus quam actio, & passio sit.

Hurtado disputat. 1. r. phisica, sect. 3. affirmat, motum in suo conceptu includere actionem, & passionem, sicut homo includit animal rationale. Svadet hanc sententiam, quia mouere est formaliter agere, & moueri pati, atque adeo motus, nil aliud est, quam actio, & passio; nam eò ipso, quod intelligamus agens agere, intelligimus mouere, si ergo motus, non potest intelligi sine actione, & passione de conceptu motus erunt actio, & passio: & quantum ad passionem huic modo dicendi subscripsi videtur Suarez tom. 2. metaphys. disputat. 49. sectio. 2. asserens passionem, & motum ratione ratiotinata, non distinguimus.

Alij vero per oppositum docent, motum non includere in suo conceptu actionem, & passionem: suam tamen sententiam in efficaciter probant; nam primo solent id probare, quia si actio, & passio includuntur in motu formaliterque essent idem inter se,

Hurtado

Suarez

3

se, iuxta illud prologium: *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.* Infirmitas sane argumentum, quoniam actio & passio, non sunt formaliter idem cum tertio ad æquitate (si idem sunt) sed inadæquate; & quæ sunt eadem vni tertio ad æquitate, sunt eadem inter se; non vero, quæ sunt eadem inadæquate. Probant secundo, quia si motus, nil aliud esset, quam actio, & passio, esset vni per accidens, eo quod actio, & passio sunt diuersa prædicamenta, & ex rebus diuersorum prædicamentorum, ait vulgare pronuntiatum, non fieri vnum per se. Hoc etiam argumentum in efficaciter est; nam cum hæc duo prædicamenta actio, & passio sola differant ratione, vnum efficiet per se, & illud pronuntiatum intelligitur de rebus prædicamentorum diuersorum realiter, & ad summum actio, & passio efficiunt vnum per accidens nostro modo concipiendi; quoniam nec actio est passionis forma, nec passio actionis, & vnum per se in rei veritate sunt.

Assertum

His inefficacibus rationibus abiectis, & huic modo dicendi subscribens assero, de conceptu motus, non esse actionem, & passionem. Sed age explicemus, quo pacto se habeant hæc tres rationes, mo-

tus, actio, & passio, si ad inuicem fecerint ratione, assereramus.

Carmelitarum Collegium motum se habere veluti subiectum actionis, & passionis censet, quod disp. 7. quest. 3. laboriose explicat: facile tamen impugnatur, quoniam si motus esset actionis, aut passionis subiectum, aliquem nostro saltem modo concipiendi ab eis participaret effectum, at nullum ei actio, aut passio tribunt, gratis ergo motus subiectum dicitur harum formalitatum. Quam rogo denominationem actio tribuit motui? nunquid motus denominatur agens? vocatur ne passio? cur ergo subiectum passionis, & actionis motum concipis esse?

Via in medium comperta est, commodissima ad queris euadenda argumenta, hæcque tres entitates ratione separatas penitus percellendas, cui si te comitis vie nil occurret, quod aut interrogas, aut opponas; nec fortasse occurret deinceps. Puta, motum esse rationem communem genericam ad actionem, & passionem, & sicut genus in suo conceptu, non includit suas species, & differentias specificas, per quas contrahitur, verbi gratia, animal hominem, & equum, ita motum

Carmel.

6

actio.

actionem, & passionem, nō includere. Ratio efficaciter id suadens est, quia possumus concipere motum, vt indifferentem ad motum passiuum, & actiuum, ergo motus in suo conceptu, non includit actionem, & passionem. Patet antecedens; nam sicut viam successiuam, vel instantaneam, & transitum concipimus communem, ad viam actiuam, & passiuam, & viam diuidimus in actiuam, & passiuam, sic etiam possumus concipere motum, vt communem ad actiuū, & passiuum motum, atque adeo conceptus motus, non includet conceptum actionis, & passionis, sed se habebit ad modū, quo se habet, ratio generica respectu specierum; nam motum genus esse ad actionem, & passionem liquet ex dictis tractatu 5. Logica, disputat. 5. dubio 1. vbi actioni, & passioni dari aliquam rationem, vniocam ostendi, & docui motum, se habere nullo collocari predicamento, sed duobus predicamentis esse communem, & nō plus ad vnum, quam ad aliud spectare predicamentum, lege ibi dicta.

7 Fundamentum Hurtado facile eneruatur; nam eo modo verum est dicere, motus est passio, & motus est actio, ac est verum, quod animal est ho-

mo, & est equus; nam sicut animal, nō includit in suo conceptu hominem, aut equum, sic motus actionem, & passionem. Fateor, quod mouere est agere, & moueri pati, at sicut ab actione, & passione abstrahitur vna ratio communis, nempe ratio motus, sic à mouere, hoc est à motu actiuo, & à moueri, nempe à motu passiuo abstrahitur ratio motus abstrahens à motu actiuo, & passiuo, qui motus, nec actiuus, nec passiuus est, sed abstrahens ab vtroque, potest igitur motus, sine actione, & passione concipi conceptu abstractiuo, & præcisiuo.

DVBIVM III.

*Quanta sit inter actionem, & passionem distinctio.*

Explicata distinctione, qua motus ab actione, & passione secernitur, quæ est distinctio rationis, ratiocinatæ, tanquam inclusi ab includentibus, quoniam motus in actione, & passione includitur; actio vero, & passio minimè in motu includuntur, explicata (inquam) hac distinctione, superest actionem, & passionem inter se comparare inuestigant-

stigantes; quanta inter vtramque intercedat distinctio: ne autem in æquiuoco laboremus, vti opus est distinctione: sunt enim quædam actiones, quas non comitatur passio, vt creatio animæ rationalis, vel Angeli, quibus produciuntur terminus, non educendo illum de potentia subiecti, & hæc quidè actiones (si actiones veræ sunt) realiter distinguuntur à passione, & de his, non loquuntur auctores, qui inter actionem, & passionem realè distinctionem insiciantur; alię sunt actiones, quas passiones comitantur, tales sunt influxus agentis, qui à causa materiali proueniunt, & de his actionibus est dubitatio, & inquiremus, quanta sit distinctio inter passionem, & actionem illam, quæ passioni coniuncta reperitur: v.g. actio generatiua, quæ coniuncta est cum passione, an scilicet sit realis distinctio, an sola rationis.

9 Afferuerunt nonnulli actionem, & passionem distingui inter se ex natura rei existimantes actionem in agente, & passionem in passio suscipi. Carmelitani vero patres quauis in passio actionem, & passionem suscipi putent, ex natura rei distingui, arbitrantur, distinctione quadam formali, & ex natura rei, & secluso intellectu, quam nonnulli

Carmel.

atulere Thomistę, potius cum Scoto, quam cum Angelico loquentes Doctore, qui nunquam huiuscemodi atulit distinctionem ex natura rei: vbi quæso, hac vsus est S. Thomas distinctione? vbi in vna eademq; entitate duas rationes, ex natura rei, & secluso intellectu distinctas inueniri posse docuit? at tandem vbi his vocibus: ex natura rei secluso intellectu, & distinctione actuali formali, vsus est Angelicus Doctor? non ne hæc doctrina sapit Scotum? est igitur allata distinctio Thomistica, quia Thomistarum, non quia Sancti Thomæ.

Vera est communis sententia, quæ sola distinctione rationis ratiocinatæ actionem, & passionem distingui affirmat, vt duas esse rationes formales, quarū vna non sit, de conceptu alterius, sic Suarez tomo 2. metaph. disp. 49. sect. 7. Rub. hic q. 7. Plaça disput. 1. q. 4. & quod caput est, id est expressum in hoc 3. lib. physicorum textu 19. & probatur manifeste sola ratione distingui, nam vna, & eadem entitas, quatenus est fluxus ab agente, est actio, & quatenus est via, media qua terminus suscipitur in passio, est passio, & nequeunt separari hæc duæ viæ, nisi beneficio intellectus. Quod ratione, ratiocinata

10

Suarez  
Rubius.  
Plaça.

distinguantur, etiam est manifestum, nam licet sint actio, & passio eadem entitas, dicunt tamen diuersas habitudines, habentque diuersas definitiones: *Actio est via, prout ab agente. Passio est receptio termini in passo.*

Obijcies: actio, & passio, sunt fundamenta relationum oppositarum, verbi gratia, est fundamentum filiationis passio, & actio paternitatis, sed fundamenta diuersarum relationum realium realiter distinguuntur, ergo actio, & passio plus quam ratione differunt. Respondetur, actionem, & passionem, non esse fundamenta relationum, sed conditiones fundandi, vt ostensum est tractatu quinto, Logica disput. tertia, dubio octauo, conditiones autem fundandi diuersarum relationum realium necesse non est, vt realiter distinguantur. Fundamenta vero seu, quod idem est, subiecti relationum debent distingui, ex natura rei, vt loco allegato animaduertit. Vt autem allatam distinctionem de actione, & passione defendas, consule in Logica disputationem de varijs distinctionum generibus tractatus secundi.

(.)

DUBIVM III.

*Vtrum actio sit in agente, et in subiecto, an in passo.*

Actionem in transeuntem, & in immanentem diuisi tractatu r. Logica; disputatione tertia, dubio primo, actio transiens in hesternam transit materiam, vt calefactio, & immanens manet in agente, vt motus localis. De transeunte inquirimus, vbi tanquam in subiecto, recipiatur, quia de immanente proculdubio est, in agente suscipi, quo autem passo attingam in fine huius dubioli.

Scorus in quartum distinctione 3; quest. 1. A studio secundo physicorum, quest. secunda, & alij autumant, actionem subiectari in agente, verbi gratia, calefactione quod lignum calefit, non in ligno, sed in igne calefaciente suscipi. Probant hanc sententiam primo, quia accidens denominat subiectum, in quo est, sed actio passum non denominat, sed agens, ergo recipitur in agente, & non in passo. Confirmatur, quia actio agens perficit, & agens mutat, si quidem aliter se habet agens, quando operatur, ac

ii

<sup>2</sup> Scotus. A studio

quando non operatur, ergo actio recipitur in agente.

Secundo probant, quia vnus ignis vnica actione duo calefacit ligna, sed vna actio, non potest recipi in duobus subiectis, ergo illa calefactio, non recipitur in lignis, sed in igne recipitur, ergo in agente, & non in passo.

Conclusio

Verus est oppositus modus dicendi, & receptus inter neotericos, quiaasserunt, actionem subiectari in passo, tanquam in subiecto in hestionis, loquuntur neoterici de actione, quam passio comitatur; nam vbi creatio recipiatur, grauior est difficultas dirimenda. In libris de ortu, & interitu.

Probatur hac conclusio, quia actio transiens, ideo transiens dicitur, quia non remanet in agente, sed quia transit in externam materiam, ergo recipitur in passo, & non in agente. Confirmatur, quia (vt dubio precedenti ostensum est) actio, & passio non distinguuntur realiter, sed passio subiectatur in passo nemine refragante, ergo & actio in passo suscipitur; omitto alias rationes, quoniam in hac etate recepta diutius immorari superuacaneum arbitror.

Argumenta in contrarium adducta nullius sunt roboris. Ad primum respondetur,

actionem esse in passo, tanquam in subiecto in hestionis, & in agente, tanquam in subiecto denominationis extrinsece; extrinsece enim actio entitatem, aqua profluit, denominat agentem; subiectum in quo est, non est necesse, vt denominet secundum rationem actionis, sed fat est, quod secundum entitatem passionis denominet illud passum.

Ad confirmationem respondetur, actionem perficere, & immutare agens, non intrinsece, sed extrinsece, per actionem enim agens aliter se habet extrinsece tantum, non intrinsece.

Dices: actio, vt actio est accidens, atque adeo includit, esse in sed non est accidens respectu passi, alias actio esset formaliter passio, ergo est accidens agentis, ergo inhaeret illi. Duplici via poteris huic occurrere objectioni. Primo dicito, actionem (loquor de ea, quam passio comitatur) esse accidens, & includere, esse in respectu passi, quoniam sicut relationem, non possumus concipere, sine esse in & in esse ad esse in implicite saltem includitur, sic in actione, quae est via ad terminum, esse in includitur: nihilominus tamen a passione formaliter distinguitur, quia actio respicit passum,

vel subiectum, tanquam actus agentis, & eius causalitas, passio vero est in subiecto, ut receptio formæ, & proprius actus passus. Secundo dicitur (& haec via facilius creationem, esse actionem suadet) actionem, ut actionem nullum habere in hestione subiecti, nihilominus tamen duplex subiectum habere alterum denominationis, nempe agens, & aliud in hestione; nempe terminum aut passum, cui intimè est actio cõiuncta. Est igitur actio accidens prædicamentale, nõ quia inhaeret, sed quia adhaereat

accidentaliter, & accidentaliter denominet, sed de hoc amplius dubio sequenti.

Ad secundum argumentum responderetur, ignem duo ligna calefacere duplici actione, non vnica, è quibus vna in vno ligno, & altera in altero suscipitur, nam sicut passum, & terminus productus est duplex, sic duplex est actio immanēs recipitur in agente, ut agens est, nõ etiam si agēs non esset, posset esse subiectum actionis, atque adeo potius in passu, quam in agente actionem immanentem suscipi dico.

## DISPUTATIO SECUNDA

## De infinito.



Risoteles per quinque capita, huius tertij libri sermone de infinito instituit, & reddit rationem, quia, cum motus reperiat in continuo constanti partibus infinitis, physicis debet de infinito agere.

(7.)

## DVBIUM I.

*Quid, & quotuplex sit infinitum.*

**I**nfinum, si ad eius nomen attendamus, est, quod limite, & sine caret, & ideo varie accipi solet; plures infiniti acceptiones numerat Aristoteles, quæ rebus absolute finis

conveniunt, ait enim, punctum esse infinitum, intellige negatiue, non positue, quia, cum non habeat partes, non habet extrema, & fines; circulum etiam infinitum vocat, quia nullum est punctum in circumferentia, quod præcessoris appellari possit finis, cum non sit maior ratio vnus, quam alterius; his tamen improprijs acceptionibus infiniti, & alijs huiusmodi omisissis, ad proprias deueniamus.

Primo, diuiditur in finitum in infinitum in essentia, seu quod idem est in infinitum simpliciter, sic Deus Optimus Maximus, quia infinitam habet perfectionem est infinitus, de cuius infinitate agunt Theologi, & Methaphysici, & infinitum secundum quid, seu in certo genere, in hoc scilicet genere determinato. Hoc infinitum in certo genere subdiuiditur, in infinitum simpliciter, seu infinitum in actu, & in infinitum secundum quid, seu infinitum in potentia. Infinitum simpliciter nullus terminos habet actu, infinitum vero secundum quid habet semper terminum actu, & caret termino in potentia. Illud infinitum in potentia solet appellari syncategorematicum, illud vero categorematicum, dicitur categorematicum infinitum in actu,

quia absolute, & simpliciter est infinitum, infinitum autem in potentia est infinitum cum addito, atque adeo infinitum syncategorematicum; his vocibus categorema, & sine categorema vsus sum lib. I. sumularum, cap. 2.

Triplex infinitum in certo genere explicatur à neotericis, & an detur discutunt, videlicet extensionis successiue, aut permanentis, numeri, & intensiõis, & de his tribus infiniti generibus sigillatim in hac disputatione agemus.

Quod attinet ad secundum quod inquirat dubiolum, assero, exactam diffinitionem in finiti hanc esse. *Infinitum est, cuius partes accipienti aliæ, atque aliæ semper restant accipiendæ, quæ diffinitio aptari potest infinito in actu, & infinito in potentia, nam infinito in actu sunt partes in actu semper accipiendæ, & infinito in potentia sunt partes in potentia accipiendæ, vsque in infinitum.* Vetus illa diffinitio, *infinitum est, cuius nihil est extra*, iure optimo reijcitur à philosopho, quoniam cuiusque enti finiti, dummodo perfectum sit, vere conuenit, homo enim est, cuius nihil est extra, quia nulla ex perfectionibus sibi debitis, ei deest.

## DVBIUM II. ¶

*Vtrum defacto detur ali-  
quod in infinitum, vel  
sit naturaliter pos-  
sibile?*

**D**E infinito secundum quid non procedit dubium; constat enim, in quolibet continuo dari infinitas partes proportionales, & infinitas superficies æquales, verbi gratia vnius palmi, imo in columna dari lineam giratiuam constantem infinitis palmis proportionalibus. Dantur etiam causæ continentés effectus infinitos syncategorematicè, datur ergo infinitum secundum quid, & in potentia. Solum igitur est difficultas de infinito simpliciter in actu, & categorematicè, an sit, dari ve possit in natura, loquendo de lege ordinaria; an autem possibile sit Dei absoluta potentia, quod sequentibus disputabitur dubijs.

Pars affirmatiua videtur his argumentis suaderi. Primum est, quod Aristot. in hoc tertio libro physicorum, textu vigesimo quarto ait, finitum, & infinitum esse passionés quantitatís, sed res non

potest esse sine sua proprietate; ergo sicut datur quantitas finita, dabitur & infinita.

Secundum, quia qualibet quantitas continua constat partibus proportionalibus actu, sed partes proportionales continui sunt infinitæ, & , vt supra attingi, dantur etiam lineæ, & superficies infinitæ, ergo datur infinitum in actu simpliciter. Confirmatur, quia quantitas est diuisibilis in semper diuisibilia, & diuisibilis infinitis diuisionibus, sed hæc diuisiones possunt reduci ad actum, ergo tunc dabitur infinitum simpliciter, & actu.

Tertium, Deus, vt author naturalis habet infinitam potentiam, sed infinita potentia petit terminum infinitum, ergo potest infinitum simpliciter produci in natura.

Quartum, potest Angelus in vno instanti efficere vnum actum, sed vna hora constat infinitis instantibus, ergo potest in vna hora infinitos efficere actus, ergo datur infinitum categorematicum, & simpliciter. Confirmatur, quia constat, beatos, & damnatos effecturos fore infinitos actus per æternitatem & infinitas cognitiones, quæ nunquam finientur.

Ne.

6. Negatiuam partem amplectuntur omnes philosophi, & communiter scolastici in primum distinct. 3. sumitur; ex Scriptura, dicitur enim Sapientiz II. *Omnia in numero, & mensura operatus est Deus*, hanc nostram conclusionem suadent omnia argumenta, quibus probatur, infinitum per Dei absolutam potentiam dari non posse infra adducenda, nam ad minus probant, lege ordinaria non posse dari, & vltimus probatur: quoad infinitum extensionis. Pater, quia omnia corpora creata continentur intra ambitum cæli empirici, sed capacitas cæli empirici est finita, & finitæ extensionis, ergo nullum corpus in finitæ extensionis datur, nec quoad successionem dari potest infinita extensio, cum mundus non sit ab æterno creatus, nec in æternum duraturus, an autem possit in æternum durare, & an sic dari infinitum, quoad extensionem inferatur, attingam alibi.

7. Si vero de infinito multitudinis sermo sit, idem probatur. Nam multitudo infinita corporum dari non potest, quoniam hæc occuparet infinitum spatium, quod non admittit ordo nature, quo omnia sunt ita or-

dinata, vt moueri, exercereque suas operationes commode valeant. Numerum infinitum rerum spirituum non datur: nam sicut non dantur infiniti homines, sic nec infinitæ animæ rationales, & infiniti Angeli creati non sunt, vt docent omnes Theologi assignantes omnium perfectissimum, si autem essent infiniti, non posset assignari perfectissimus omnium.

8. Infinitum, quoad intensiorem in qualitatibus ordinis naturalis non datur, nec secundum leges nature dari potest, quoniam forma accidentalis intensa natura sua petit subiectum finitum, quia omnis natura creata in sua entitate finita est, ergo si capacitas subiecti est finita, etiam finita erit intensio formæ. Loquor de formis naturalibus, quoniam sub opinione est: an Christus habuerit gratiam infinitam, quam opinionem referam infra, & quantum habeat probabilitatis, attingam.

9. Argumenta opposita diluere operosum non est. Ad primum responderetur, infinitum non eo dici ab Aristot. passionem quantitatis, quia de facto detur extensio infinita in actu, sed quoniam, si defacto daretur talis esset, & dire-

ctæ

Et collocaretur in prædicatione quæritatis, & quoniam multi arbitrâbatur, dari quæritatem defacto infinitam in actu, voluit iuxta omnes sententias adæquatas quantitatis proprietates afferre.

11 Ad secundum respõdetur, concedendo dari defacto in cõtinuo infinitas partes proportionales, & infinita puncta, sed quoniam huiuscemodi partes infinitam extensionem non efficiunt, non possunt dici infinitæ, quoad extensionem. Ratio autem, propter quam ex infinitis partibus proportionalibus non resultat infinita quantitas, est, quoniam partes proportionales sunt intra se communicantes, ita, vt vna intra aliam contineatur: etiam partes, & puncta continuatiua non faciunt infinitum, quoad numerum, eo quod ad numerum requiratur vnitatum discretio, & partes proportionales discretæ non sunt.

12 Ad confirmationem respõdeò, cõtinuum posse diuidi in finitis diuisionibus, non simul, sed successiue, atque adeo solum infertur, dari infinitum secundum quid, imo omnibus diuisionibus quibus potest diuidi, nunquam diuiditur quoniam quantitatis quidditas, & essentia perit, vt possit diuidi hac, vel illa diui-

sione ex infinitis, quas continet in sua potentia non tamen, vt diuidatur omnibus, aliâs quantum non esset diuisibile in semper diuisibilia, diuiditur igitur ita tamen, vt maneat vltèrius diuisibilis.

13 Ad tertium respondetur, virtutem Dei infinitam esse, & ideo res infinito modo producere, & nequaquam esse necessarium, vt suam virtutem finitam esse cognoscamus, quod defacto infinitum simpliciter producat.

14 Ad quartum facile respondebis, si supponas ex libris de anima, quemlibet actum voluntatis, & intellectus perere determinatam morulâ, seu tẽpus suæ durationis, nec posse durare per solũ instans, cumq; in vna hora, nec dentur, nec dari possint entia infinitæ partes determinatæ, & æquales, quarum singulæ singulis actibus respondeant, hinc est, nõ posse produci in infinitos actus in tempore finito. Confirmatio solũ probat infinitum secundum quid, & in potentia, nam illi actus beatorum, & damnatorum simul non sunt, & si simul essent, fortasse infinitum, quo ad numerum non fecissent, quia actus illi non essent discreti.

DV-

DVBIVM III.

*An per Dei absolutã potentiam dari possit infinitum extensio-*  
*nis?*

DE triplici infiniti genere controuertitur à recetio-ribus. Vtrũ per Dei absolutã potentiã dari possint; de infinito scilicet estensionis, intentionis, & numeri, de quibz claritatis gratia sigillatim in tribus agemus dubijs, & in primo sermo instituitur, de infinito secundum extensionem permanentem, nam, an possibile sit successiuam extensionem infinitam dari, in calce huius dubij decernam. Rogamus igitur, an Deus sua absoluta potentia efficere valeat quantitatem infinite extensam; verbi gratia lineã tantæ extensionis, & longitudinis, vt eius partes accipienti, aliæ, & aliæ restent in infinitum accipiendæ, de qua difficultate duæ sunt opinioniones inter se pugnantes.

Opinio negans fieri posse infinitum categorematicum secundum extensionem per Dei absolutam potẽtiã expressa est Arist. qui in hoc 3. lib. physicorum à textu 40.

vsq; ad 56. & primo de cœlo à textu 33. vsq; ad 76. impossibilitatem infiniti efficaciter probare contendit, at nõ meminit potentiæ absolutæ, sed ordinariæ, sequitur S. Thom. quodlib. 9. art. 1. & illum imitantur Thomistæ, Bañez, Can. Zum. & alij, tenent eandem sententiã Suar. tom. 2. meth. disp. 30. se. 17. Valentia tom. 1. disp. 1. q. 7. puncto 3. Rubius, & plures alij recentiores. Primum huius sententiæ fundamentum est, omne corpus terminatur vltima superficie, sed infinita magnitudo corporis non potest terminari superficie, quia iam haberet finem, & terminum, ergo implicat infinita magnitudo, qua ratione S. Thom. & philosophus vtuntur.

3 Secundo, quia si esset possibilis infinita multitudo, sequeretur, infinitũ claudi duobus terminis, quod est cõtra rationem infiniti, & implicat. Patet sequela, dando triangulum, cuius duæ lineæ intra certum spatium contentæ protendantur in infinitum. In quo casu, si lineæ protrahantur vsq; in infinitum, spatium interiectũ inter lineas erit finitum, & infinitum finitum, quoniam clauditur duabus lineis, infinitum, quoniã quo magis lineæ distant à centro, magis distant inter

Hh se,

S. Thom.  
Bañez.  
Causus.  
Zumel.  
Valent.  
Rubio.  
Suarez.

Arist.

se, sed illæ duæ lineæ distant à centro infinitum, ergo distant inter se infinitum, ergo illa distantia, quæ est inter duas lineas est infinita, & clauditur duobus terminis, quod implicat.

Tertio, quia de ratione corporis est moueri localiter, corpus enim est principium motus, & quietis, sed quantum infinitum moueri nequit, ergo nec dari. Minor patet, non motu recto, nec circulari, atque adeo nullo motu moueri potest: non recto, quia ad hunc requiritur, vt corpus, quod mouetur, amittat ex vna parte aliquod spatium, & ex alia parte aliud de nouo acquirat, sed hoc est impossibile in corpore infinito, ergo non potest moueri motu recto. Probatur minor, quia corpus cū infinitum sit occupat omne spatium possibile, & per consequens non est, quod de nouo possit adquiri, nec potest admittere spatium, quia relinquere tur aliquod spatium vacuum post se, & per consequens terminaretur ibi, quod est contra rationem infiniti. Motu circulari etiam moueri non potest, quia motus circularis petit, vt vna pars transferatur in locum vbi fuit altera, quod in corpore circulari infinito est im-

possibile, quia duæ lineæ protractæ à centro, quanto longius protrahuntur à centro, tanto magis distant ad inuicem, si ergo corpus esset infinitum, infinitum lineæ distarent ad inuicem, & sic vna non posset peruenire ad locum alterius tempore finito, ergo nec moueri circulariter.

Confirmatur, quia inde sequeretur, corpus moueri infinita velocitate, hoc est impossibile, ergo & illud, ex quo sequitur. Patet sequentia, quia quando corpus circulariter mouetur, verbi gratia rota, quo magis partes distant à centro, eo velotius mouentur, & maius spatium peragunt æquali tempore, ergo mouerentur infinita velocitate, & peragunt spatium infinitum tempore finito.

Quarto, quia non potest creari corpus sine aliqua forma substantiali, ergo neque infinita magnitudo, nam quælibet forma sibi vendicat determinata accidentia, ergo, & determinatam quantitatem.

(?)

Te

Tenenda opinio.

Sententiam, quæ affirmat posse infinitam magnitudinem produci à Deo sua absoluta potentia tenent nominales, & ex neotericis Pereira lib. 15. suæ philosophiæ, capit. 5. Vazquez 1. part. disputat. 26. capit. 2. & 3. Hurtado disput. 13. physica, sect. 2. & Conimbricenses hic, capit. 3. quæst. 2. artic. 3. sed hi patres Lusitani problematice hanc definiunt quæstionem.

Huic secundæ sententiæ subscribens assero, posse per Deum absolutam, potentiam dari infinitam quantitatem, infinitum corpus infinitam lineam, aut infinitam superficiem. Probatur ex eo, quod non datur contradictionis implicat o manifesta, propter quam negetur Deum causare posse infinitam extensionem: non enim infinitudo extensionis repugnat ex parte Dei omnipotentis, neque ex parte essentiæ quantitatis: non ex parte Dei, quia Deus omnia potest propter infinitatem suæ potentie, qua superat infinitatem cuiuscumque creaturæ: non ex parte essentiæ quantitatis, quoniã quantitas illa infinita essentia haberet limitatam, essetque eiusdem rationis, & eius-

dem speciei cum quantitate finita, & sub eodẽ prædicamẽto quantitatis collocaretur, ergo ex nulla parte repugnat infinita quantitas.

Superest respondere ad argumenta oppositæ sententiæ: prius tamen pro eorum solutione oportet præciũ erit, animaduertere, ad infinitum de quo his loquimur, tria requiri. Primum est, quod careat sine, & terminis nõ claudatur. Secundum, quod tot habeat partes, vt semper accipiẽti aliæ, & aliæ, & aliæ reslent accipiẽdæ. Tertium, quod nulla pars sit assignabilis, aut determinari possit, vnde infinitum erit quatum, licet ei possit fieri additio quantitatis finitæ, & numerus erit infinitus etiam si aliquas vnitates demas, si enim à quanto infinito quantitã cubitalem demas, quantum manebit infinitum, quoniam infinitum ablatione finiti nõ finitur.

Reuert opposita argumenta

Ad primum argumentum respondetur, superficiem terminatiuam esse de ratione corporis finiti, & omnium corporum, quæ sunt defacto in rerũ natura, nõ vero de ratione corporis infiniti, quia illud peti terminari, illud

Pereira.

Vazquez  
Hurtado  
Conimb.

Conclus.

9

10



vero non. Insuper superficies terminativa dimanat à corpore finito naturaliter, sicut aurem potest Deus supernaturaliter impedire emanationem superficiem à corpore finito, ita poterit creare corpus infinitum, quod non habeat superficiem terminativam.

**11** Ad secundum argumentum in primis respondetur, casum illum terminorum involuere contradictionem, nam, si lineæ sunt vndeque infinitæ, nequebunt à cetro protrahi, præcipue vt loquuntur recentiores, vna ad Orientem, & altera ad Meridiem, quapropter sit præ oculis in magnitudine vndeque infinita non esse figuram localem, neque terminum, neque centrum, neque primum, nec ultimum, quia omnia illa sunt affectiones corporis finiti, ite in multitudine infinita non esse formaliter primum, neque secundum, neque medietatem, neque tertiam partem, neque in intentione esse duos gradus assignabiles, a terum perfectissimum omnium, & alterum imperfectissimum: hæc tamen omnia in infinito conantur recentiores aliqui inuenire, quoniam finitum, limitatumque eorum ingenium res infinitas capere, non valet. Nos autem aliter infinitam magni-

tudinem fore, quam nos concipimus, nec finem, nec terminum habere asserimus, quoniam cõpertum habemus, spatium imaginarium, cui præesse posset quantitas, animo comprehendere minime posse.

Sed damus casum, ex eo tamen non sequitur, quod eidem spatium, quod inter duas lineas protrahitur à centro vertatur, sit finitum, & infinitum, sed illud spatium erit infinitum, vt pote sine termino, & sine lineæ enim illæ termini spatij non sunt; quoniam terminus est finis magnitudinis, aut multitudinis pertransitæ adæquate, vt inquit Petrus Hurtado loco citato, & alij neoterici, vel, vt alij aiunt, termini sunt extremæ rerum, quæ successiue pertransiri possunt. Lineæ igitur illæ sunt termini spatij interiecti in quacumque distantia finita, in distantia vero infinita non sunt termini; si ergo est inter lineas distantia finita, erunt termini, & si fuerit infinita non erunt termini: infinita autem distantia, & spatium erit, si lineæ, vsque in infinitum protendantur: consideramus tamen lineas, vt terminos quoniam in spatio infinito est finitum spatium, & ideo linea respectu spatij finiti poterit dici terminus, nõ vero respectu spatij infiniti.

Ob-

Obijce, si linea infinita secernitur efficitur duplex linea, vtraque finita, quoniam terminata est per illam partem, per quam cissa est, ergo antea erat finita, alias per cissionem, non finiretur. Respondeo dando gratis illum casum: in quo dico, aliquam lineam esse infinitam, & non terminatam, quoniam pertransiri, non posset; nec alio modo posset dici terminata, nisi quatenus possumus considerare viginti palmos, & vnum ultimum dici eorum terminum, non vero terminum totius infinitatis.

**13** Ad tertium argumentum optimè respondet, Vazquez supracitatus, corpus infinitum, non moueri localiter, quoniam eius natura esset impedita molle corporea infinita, esset tamen natura, quia quælibet pars finita separata posset moueri localiter. Præterea corpus illud esset natura, quia posset alterari; verbi gratia, calefieri; item linea infinita, esto, quod motu recto, aut circulari moueri, non posset, moueri motu laterali optimè valeret.

**14** Obijce, si Deus lineam infinitam diuidat ea parte, quæ descendendo de cælo in terram nobis responderet, & quatuor palmos ex ea annihilaret, & tunc Deus velit illas duas

lineas vniri, mouendo vtramque non vero producendo nouas lineæ partes: tum infinitum mouebitur, localiter, atque ad eod acquirendo locum, & amittendo locum, transiensque à termino, à quo, ad terminum ad quem, igitur corpus infinitum potest moueri.

Difficilis sane obiectio; non capit res infinitas finita mēs, Dei enim omnipotentia, altior est, quam vt nos suscipere possimus. Respondet Hurtado, lineam, aut virgam posse vniri, aut per rarefactionem aliquarum partium, vel per nouarum additionem, aut constitutendo duas partes, in eodem loco, per motum autem localem non posse vniri, quoniam implicat contradictionem, corpus infinitum moueri localiter, eo quod motus, sit desertio termini à quo, & acquisito termini ad quem.

Sed non video manifestam contradictionem, si asseramus, corpus infinitum motu recto diuinitus moueri; nam licet motus finitus, quoad extensionem petat terminum ad quem, & à quo; infinitus tales terminos non petit: licet enim nouum spatium acquiratur, & aliud amittatur: hæc spatij termini non sunt, eo quod spatium illud, quod occupat infinitum, sit in pertransibile, terminus autem non est, nisi

ref-

respe&u distantia, & spatij, quod transiri potest.

18 Hac solutione fiet satis alijs obiectionibus, quæ occurrunt verbi gratia, si Deus crearet ceram infinitam condensatâ, & postea rarefaceret, occuparetque maiorem locum, sed hæc, & aliæ huiusmodi instantiæ, cum non sequantur necessario, ex natura infiniti, licet fieri non possint à Deo, non inde inferitur, infinitum esse impossibile; nam poterit aliquis dicere, ex suppositione, quod Deus creavit infinitum, non posse illum mouere, secare, aut rarefacere, vel condensare, sed debere, esse immutatum.

19 Ad confirmationem respondetur licet quod, quo partes magis distant a centro corporis spherici, eo velocius moueantur, & maius spatium peragant æquali tempore, quia tamen nulla pars est distans infinitum a centro, nulla pars mouebitur infinita velocitate licet, ergo vna pars ab altera distet infinitum, non video, quomodo sequatur, quod pars aliqua distet etiam infinitum a centro, si ergo distat à centro finita distantia, poterit tempore finito vna pars à loco, à quo discessit, ad locum, ad quem accessit, peruenire per finitam velocitatem, de qua

velocitate iterum erit sermo dubio sequenti.

20 Ad quartum argumentum respondetur, ex o, quod corpus naturale debeat habere determinatam, & finitam formam secundum esse, non colligi secundum magnitudinem determinatum iri inefficax enim est argumentum à determinatione secundum esse, ad secundum extensionem loquendo de potentia Dei absoluta; nam sicut ignis naturaliter loquendo addita materia combustibili magis, ac magis crescere potest, sic potest vna substantia magis, ac magis habere quantitatis vsque in infinitum Dei absoluta potentia, extendentis etiam substantiam ipsam, vel si maluerit, producendo quantitatem, absq; subiecto.

21 Admissio infinito secundum extensionem permanentem, restat dubium de extensione successiua, cuius resolutio habebitur in Commentario octauo libri physicorum, ubi discutiemus; an mundus potuisset ab æterno produci, nõ solum quoad res permanentes verum etiam, quoad res successiuas: interim affirmatiuam elige partem, & dari posse per Dei absolutam potentiam, motum infinitum cedere, sed de his loco allega-

to:

to: habere præ oculis posse dari infinitum vnde quaque, quod ex nulla parte terminum habeat, & posse dari infinitum à parte post, vel à parte ante, non solum in his infinitis successiuis, verum etiam in infinitis magnitudinis permanentis, aut multitudinis, vel intensiõnis, si datur.

### DVBIVM III.

*An lege absoluta multitudo infinita dabilis sit.*

22 **A** Vthores, qui præcedenti dubio infinitum extensionis fieri posse à Deo negant, negant etiam multitudinis infinitum. Prima huius sententiæ ratio est, quia si Deus Angelorum infinitam multitudinem produxisset, eius potentia, iam esset exhausta, eo quod plures Angelos producere nequiret, cõtinnet enim omnipotentia Dei, infinitos Angelos, quibus productis nullus restat producendus.

23 Secunda ratio est, quia daretur infinitum multitudinis totum, non esset maius sua parte, & pars adæquaretur

cum toto. Patet, quia vinarium est pars quaternarij, sed in multitudinem infinitam tot essent quaternarij; quam vinarium, quia tam numerus quaternarius, quam vinarium, sunt infinities; adæquatur igitur vinarium numerus, cum quaternario quod implicat, implicat ergo quod datur infinita multitudo.

24 Tertia ratio, si Deus crearet infinitos homines, quorum singuli haberent singulos lapides dumtaxat, & vnanimi consensu mitterent lapides in acerum nullo excepto, statim tamen vnusquisque resumeret decem lapides ex illo acerno; tunc absq; dubio finietur aceruus; exhaurieturque multitudo lapidum, ergo illa multitudo non est infinita, & per consequens, nec multitudo hominum, & imaginarij; non potest multitudo, quæ non possit hoc casu exhauriri.

25 Quarta; nam si infinita multitudo specierum daretur Angelorum, verbi gratia, specie inter se differentium, sequeretur dari creaturam infinita perfectâ secundum essentiam, quod est absurdum, quia solus Deus potest esse infinite perfectus in essentia; sequela patet; nam species, sunt sicut

sicut numeri, quia una addit supra alteram aliquid perfectionis, ergo si producerentur infinitae species in actu, iam aliqua ex illis diceret infinitam perfectionem essentialem.

*Verisimilior sententia.*

15 **C**oncedit, Deum posse per suam absolutam potentiam, producere infinitam multitudinem rerum, tam materialium, quam spiritualium. Quam sententiam tenent auctores, qui dubio praecedenti asseruerunt nobiscum, dabilem esse infinitam quantitatem. Subscribunt huic sententiae nonnulli philosophi, etiam si impossibile iudicent, infinitum secundum extensionem, fore in consequenter, nam si Deus valet, producere plura corpora, potest etiam illa creare, facientque infinitam multitudinem. Ob id neotericus quidam infinitam multitudinem rerum spiritualium dumtaxat concessit, verbi gratia, Angelorum. Caterum idem huic auctor in consequentia videretur committere crimen, nam si infinitum Angelorum dari potest, poterit, & infinitum animarum rationalium dari, si dari queant infinitae

Ioannes Martin.

animae, cur nequibunt infinitae creari materiae primae? quae si cum animabus uniantur in finita corpora constituent.

6 **P**robatur secundo, quia Deus cognoscit infinitos homines, & infinitos Angelos contentos in sua omnipotentia: ergo illos, quos cognoscit posse fieri, poterit actu voluntatis decernere, quod fiant, ex nullo enim capite, hic voluntatis actus repugnat.

7 **T**ertio probatur, quia si mundus conditus fuisset ab aeterno, posset Deus in quolibet die unum Angelum, & unum hominem producere, sed potuit mundus fuisse ab aeterno, ut dicemus cum Divo Thoma tractatu 8. & ut concedunt Suarez tom. 1. metaph. disput. 20. sect. 6. & alij neoterici possibilitatem multitudinis infinitae negantes, sed in eo casu essent infiniti dies, ergo producti etiam essent infiniti Angeli, & infiniti homines, cum autem Angeli, & hominum animae sint immortales, manerent simul: daretur ergo infinita rerum multitudo; id est argumentum potest confici ex eo, quod poterit mundus in aeternum durare, & etiam, quia in infinitis indivisibilibus, unius horae potest Deus infinitos creare Angelos. Respondent neoterici, quod in eo casu posset Deus quolibet die

Suarez.

die distributive sumpto creare Angelum, non vero in quo liber die collectivè sumpto, sed hoc est, quod inquirimus; unde scilicet implicet, quod Deus in quolibet die collectivè sumpto producat unum Angelum.

*Eneruantur aduersantur rationes.*

8 **A**d primam suspendetur, quod licet Deus produceret infinitam multitudinem Angelorum Dei omnipotentia, non esset exhausta; nam supra unum infinitum posset Deus producere alia, & alia infinita, non solum in alio genere rerum, sed etiam in eodem: verbi gratia, creatis infinitis Angelis potest Deus creare alios infinitos; nam infinito potest fieri additio, & quodlibet infinitum excedit ab infinitate omnipotentiae Dei. Praeterea dato gratis, quod Deus produceret omnia possibilia (quod ego nunquam concedam) non inde sequitur, Dei potentiam esse exhaustam, sed potius esse actuatam per actum adaequatum, ut notavit bene Vazquez 1. par. disputat. 26. cap. 3. sicut, & sapientia Dei, non dicitur exhausta ex eo, quod cognoscat

Vazquez

simul totum suum subiectum, adaequatum, & nihil de nouo possit cognoscere. Insuper etiam, si Deus simul produceret omnia entia possibilia, adhuc remaneret aliquid faciendum à Deo; nam illa entia haberent suas operationes, ad quas Deus, simul cum creaturis immediate concurreret. Tandem entia, quae siemel primo produxisset, posset destruxere, & iterum producere per aliam nouam actionem, splenderet etiam Dei omnipotentia in creaturarum conseruatione.

9 **A**d secundam respondetur, in primis illud argumentum posse retorqueri contra auctores oppositae sententiae; nam ipsi concedunt in continuo dari infinita puncta, in quibus rogo: an sint tot numeri binarij, quot quaternarij, & è contra: & si affirmatiue respondent, sequetur omne totum maius esse, sua parte si negatiue poterimus, & nos negatiue respondere. Patres Conimbricenses hic capite 18. quest. 2. artic. 4. respondent supponendo cum Scoto in 2. distinctione, 1. quest. 3. quantitatem primo diuidi in finitam, & in infinitam, & deinde quantitatem finitam in maiorem, vel minorem aequalem, vel inaequalem; unde colligunt, in infinitis non

Conimbr. Scotus.

esse aequalitatem, vel inaequalitatem magis, aut minus, quia haec multitudines infinitae conveniunt, in qua verificatur, quod totum est maius sua parte, consequenterque in multitudine infinita tot esse binarios, quot sunt numeri quaternarii affirmant.

10

Melius tamen responderetur, in multitudine infinita plures esse binarios, quam sunt quaternarii, adhuc, tamen quaternarios esse infinitos, & totum maius, esse sua parte, sunt enim in infinita multitudine infinities infiniti binarii, & infinities infiniti quaternarii, sed plures, sunt binarii, quam quaternarii, quia saltem materialiter, vnum infinitum maius est altero, & maius esset infinitum capillarum, quam hominum, si infinita multitudo daretur, & infinito malogrannatorum dato, maius eo esset infinitum granorum.

II *Conimb.* Ad tertiū, ipsi Conimbrienses nuperrime citati libenter concedunt, posse singulos homines in praedicto casu accipere ex illo cumulo lapidum decem lapides, cum singuli, singulos duntaxat posuerint, sed hoc manifeste est impossibile, cum nec lapides multiplicati fuerint, nec homines diminuti. Verifi-

mius responderi Hurtado dispositione decima tertia, physica, sectione secunda, dicens illum acervum exhausti, si infiniti homines decem lapides resorberent, & tunc remaneret alij homines infiniti, ex quo solum sequitur, non posse vnum infinitum materialiter loquendo, adhaerere aliud, & quod exhaustum per aliud, infinitum, & quod infinitum ablatione infiniti exhaustum, quod nullum est inconueniens: si autem infiniti homines centum, aut mille lapides ex illo cumulo lapidum sumerent, semper alij, & alij restarent accipendi, vltimū in infinitum, quia infinitum ablatione finiti, non finitur.

Obijcies, si darentur infiniti Angeli, & omnes simul mouerent eundem lapidem, tanta velocitate illum mouerent, quanta esse virtus mouentium, cum autem esset virtus infinita, moueretur infinita velocitate, atque adeo moueretur in instanti, quod implicat, cum de ratione motus localis sit fieri in tempore. Respondetur, quod licet magis, ac magis velocitas motus crescat, nunquam fiet in instanti, quia rei successivae id repugnat: do, ergo moueri infinita velocitate, quae consistit in hoc,

[ quod

*Hurtado.*

12

13

quod magis, ac magis velociter moueatur, nunquam tantum, ita velociter moueri potest, vt non magis velociter possit moueri autam successiuo motu in instanti implicat, cum per motum amittantur partes, & partes acquirantur. De hac velocitate non nihil dicemus de subsequenti: interim scito, praefactam obiectionem vrgere eos, qui concedentes infinitum Angelorum, negant infinitum intensionis, eo quod si daretur infinita leuitas, aut granitas infinita corpus moueretur infinitate, nam si infiniti Angeli nequeunt, infinita velocitate more corporis, nequit ab infinita gravitate, vel leuitate moueri velocitate infinita.

Ad quartum responderetur, imprimis eo argumento, non probari, impossibilem esse multitudinem infinitam (vt hoc nomine multitudo, quoniam infinita multitudo proprie numerus non est, quia non est numerabilis) multitudinem (in quam) infinitam omnium rerum, sed multitudinem infinitam specierum, vnde poterit aliquis dare totū, quod argumentum suadet, & simul defendere possibilem, esse multitudinem infinitam, quia saltem individuorū infinita multitudo possibilis est.

Insuper pronunciatum illud: *species sunt, sicut numeri, verum non est in diuinis*; nam paternitas, & filiatio differunt specie, vel quasi specie, & nihilominus filiatio, & paternitas, sūt perfectione aequales, verificatur ergo solum in rebus creatis, & fortasse, non in omnibus, quia posset aliquis asserere de facto omnes species, esse sicut sunt numeri, hoc est inaequales perfectione posse tamen diuinitus, dari duas species, inter quas sit perfectionis aequalitas, admissa tamen, quod de facto, & de possibili debeant species, esse inaequales perfectione, sic est, quarto argumento occurrendum.

In primis pro certo habere posse Deum facere, speciem meliorem secundum essentiam qualibet alia producta in infinitum. Conclusio est Diui Thomae 1. par. q. 25. art. 6. & eum sequitur Vazquez disp. 106. cap. 4. & alij recentiores Theologi, potest enim efficere infinitas species perfectiones homine, & alias infinitas homine imperfectiores, imo potest Deus inter hominem, & aequum efficere infinitas species, quae sint imperfectiores homine, & perfectiones aequo: species autem, non esset perfectior alijs infinitis speciebus, non esset infinita, quo

14

*D. Tho. Vazquez*

113

ad essentiam, ad infinitudinem quo ad essentiam requiritur carentia causæ, & principij, atque adeo quod sit ens à se, solus autem Deus est ens à se, & ipse solus est infinitus quo ad essentiam: quod autem vna species sit perfectior infinitis speciebus, non probat infinitam esse illius speciei perfectionem, sed infinitam distantiam, inter differentias specificas; nam vna species, non continet alias, sed gradum quandam perfectionem ab aliarum specierum gradibus distantem.

15 Hæc multitudo specierum facile suadetur, quia non minus Deus est potens in genere causæ efficientis, quam in genere causæ exemplaris, sed infinita perfectio exemplaris petit, ut imiteretur sine termino, ergo potest magis, ac magis, usque in infinitum imitari. Nota illud, quartum argumentum, quod solvimus de speciebus actu productis à Deo, ut gere etiam posse auctores negantes possibilitatem infinitarum specierum; nam esse infinitas saltem posibles inficiari nequeunt, & tunc essent posibles species, infinitæ perfectionis.

(.?)

DVBIVM V.

*An dari possit per Dei absolutam potentiam, qualitas infinita intensa.*

**N**egarunt infinitum intentionis dari posse, non solum auctores, qui infinitam extensionis, & multitudinis, non admitterunt, verum etiam alij Theologi, qui ut gratiam habitualement Christi esse summam, quæ dari potest, & nihilominus esse finitam, defenderent, asseruerunt, quantumque qualitatem intentionis habere summam gradum, & maximum, ultraque, nec natura sua, nec Dei potentia absoluta augeri potest, ita philosophantur multi Theologi, quos refert, & sequitur Magister Lorca tomo primo, in tertiam partem disputatione 45.

2 Probatum primo, hæc sententia, quia si dari posset infinitæ intentionis qualitas, posset dari lumen gloriæ intentum in infinitum, si autem daretur infinitum lumen gloriæ comprehenderetur Deus, cum nõ posset perfectius cognosci, Deus autem incomprehensibilis est.

3 Secundo, quia si esset qualitas

litas infinite intensa possibili daretur defacto. Patet sequela, nam Christus tantam plenitudinem gratiæ habuit, ut ei nequeat fieri additio, sed dari infinitum intentionis in actu non est concedendum, ergo nec posse dari.

4 Tertio quia, si daretur qualitas intesa infinite, dari posset gravitas, aut leuitas infinite intensa, si autem corpus esset infinite grave, moueretur infinite, atque adeo tanta velocitate, ut moueretur in instanti, quod implicat.

5 Quarto, quia gradus intentionis sunt perfectione dissimiles, ita, ut gradus secundus sit perfectior primo, & tertius secundo, si ergo possunt multiplicari gradus usque in infinitum, ultimus gradus infinitam habebit perfectionem, eritque illa qualitas infinita quo ad essentiam, quod est absurdum, quoniam solus Deus est secundum essentiam infinitus.

*Probabilior sententia.*

6 **D**ari posse ait Dei absoluta potentia infinitam intentionem qualitatis. Ita tenent auctores, qui in finitum extensionis admitterunt, & Theologi illi, qui in Christo Domini

no esse gratiam habitualement infinite intesam docent. Huius sententiæ fundamentum est, quia non implicat contradictionem, dari qualitatem infinite intensam, & nullus potest assignari gradus qualitatis, cui alius nequeat superaddi, verbi gratia, de summo gradum caloris esse octauum, & nulla poterit assignari ratio implicationis propterquam nequeat, producti diuinitus nonus, & producti nono decimus, & sic de reliquis usque in infinitum.

7 Respondet Magister Lorca loco supra citato, cui adhzrent Carmelitani Patres disput. 18. quæst. 6. §. 2. hoc implicare ex eo, quod nõ est capacitas in subiecto ad recipiendos illos gradus ultra summum, & omne accidens dicit ordinem ad subiectum vnde si repugnat subiectum, bene sequitur, repugnare ipsummet accidens subiectum autem limitatum est, & eius capacitas determinata, & limitata. Sed licet hæc ratio suadeat, ex natura rei qualitates intensas habere determinatam intentionem, & subiectum determinatam potentiam naturalem ad gradus qualitatis suscipiendos non probat de potentia Dei absoluta, & de potentia obediēciali,

tiali, qua subiectum potens est recipere quidquid non implicat contradictionem, sed non implicat contradictionem esse nouum gradum caloris, ergo potest dari: recurre autem ad subiectum est petitio principij, quia id inquirimus, quare scilicet non sit in substantia ignis potentia obedientialis ad nonum gradum caloris. Præterea maior potentia obedientialis requiritur ad suscipiendum primū gradum gratiæ, quam nonum caloris, sed datur in intellectu potentia obedientialis ad gratiā, ergo in igne poterit dari ad nonū gradum caloris

Argumenta opposita plura tangunt, quæ non possunt cōmode hic disceptari, attritam per transenam, quæ, ut philosophus eis satisfaciat tractare, tenetur. Ad primū respōdetur eo solum probari non posse dari lumen gloriæ intensum infinite, quia comprehendere Deum, reliquas vero qualitates non posse habere intensionem infinitam non probat, poterat enim aliquis respondere, negando paritatem inter lumen gloriæ, & reliquas qualitates tã naturales, quam supernaturales. Præterea cognitio cōprehensua a non comprehensua valde distat, & differt specie, unde, licet lumen gloriæ

in infinitum cesceret, non posset esse principium cognitionis comprehensuæ; insuper lumini gloriæ infinito posset fieri additio, atque adeo posset esse alia, & alia visio beatifica perfectior, cōsequenterque visio beatifica non esset comprehensio; accedit, quod licet lumen gloriæ esset infinitum, beatus non videret creaturas omnes possibles contentas in Dei omnipotentia, & licet eas videret non comprehenderet Deum, quoniam multi Theologi dicunt, comprehensionem non consistere in eo, quod quidquid est in Deo cognoscatur, sed in modo cognoscendi; de hac re disputent ipsi Theologi.

Ad secundum argumentum respondent probabiliter Almainus in 3. dist. 13. q. 1. Hurtado. disp. 13. physica, sect. 3. & alij, Christi gratiā fuisse in finitæ intensionis, & nullū esse inconueniens dari infinitū in actu, imo cōuenientissimū esse gratiam habitualē Christi esse infinitam, ut esse summam gratiā verificetur. Quā sententiam tempore Almaini tota Parisiensium scola sequebatur. Melius tamen loquuntur Suarez tom. 1. in 3. part. disp. 2. se 8. & alij Theologi aientes, gratiam Christi habitualem (de hac enim argumentū procedit non de gratia

Almain.  
Hurtado.

Suarez.

trahionis) esse finitam, esse tamen summe intensā, ita, ut ex natura gratiæ, & intra limites, & statū suæ naturæ augeri non possit, nec dari possit alia intensior in Angelo, aut in homine; de potētia tamen Dei absoluta potest fieri intensior gratia; tam in ipsa anima Christi, quā in Angelo, vel in alia anima, & (ut Suarez arbitratur) augeri potest usque in infinitum. Ad licet gratia habitualis animæ Christi non fuerit infinita, fuit summa, tantamque plenitudinem habuit, ut omnes alias gratias in se cōprehendat, & excedat, ita, ut si concipiamus ex omnibus aliorū hominū, & Angelorum gratiis inter se coniunctis vnā consurgere habitū omnes illos gradus intensionis, intensio gratiæ Christi totā illam, vel æquat, vel superat, nam, ut Melissius BERNARDVS serm. de natiuitate Virginis, dicit: *Christus fuit gratia plenus et fons, Maria ut a ueductus, ceteri, ut riuuli*: fuit ergo in Christo tota gratia congregata, quæ in alios erat diffandēda.

Ad terciū respondetur, inefficax esse, quoniam arguitur a particulari qualitate ad omnes, nā esto, quod grauitas, & leuitas & aliqua qualitates infinitæ in se, & operatiuæ essent impossibiles, pos-

set dari albedo intensa infinite, cum operatiua non sit. Nihilominus tamen respōdeo, motū prouenientem a velocitate, vel grauitate infinita, non fieri in instanti, quia repugnat motui fieri in instanti: & licet dari possit, moueri in finita velocitate, vel, quia corpus, quod mouetur est infinitæ magnitudinis, ut dictū est dub. 3. & tūc ex parte subiecti erit infinita, vel ex parte causæ, quia ab infinitis causis prouenit; ut etiā est dictū dubio præcedēti. In casu autem posita in tertio argumento nullo pacto erit infinita illa velocitas, licet sit intensissima, quoniam grauitas, etiā si nimis intendatur, nequibit morus in instanti causare: potuit enim infinitā grauitatē producere, infinitā (in quam) in entitate, & finitam in virtute, & sic produceret velocitatem finitam; moueri autē corpus in instanti non alio modo potest, nisi constituēdo illum in duobus locis, & ita corpus constituere solus Deus potest.

Ad quartum respondetur, qualitatem infinite intensam habere infinitam perfectionem intensam, sicut & quantitas habet infinitam perfectionem extensiuam: habet enim quantitas infinitas partes aliquotas, & quia

quia in qualibet parte est sua perfectio, habet infinitas perfectiones: similiter qualitas infinita, habet infinitos gradus, & consequenter infinitas perfectiones. eritque qualitas infinite perfecta, quoad intensiorem non quoad essentiam, cum non habeat infinita predicata essentialia, & sit ens ab alio: nec dari potest gradus infinite perfectus, nam ultimus infinitorum graduum (sic loquimur, quavis in infinitis gradibus non sit ultimus, nec primus) non est infinite perfectus licet infinite distet a primo gradu. Ratio est, quia, sicut octavus gradus caloris, verbi gratia non continet primum gradum caloris, ita nec reliquos, & ideo non valet illos causare, distat tamen a primo, quia inter primum, & octavum mediant sex gradus, sic gradus ultimus qualitatis infinite intensae non contineret reliquorum perfectiones, sed distaret a prioribus distantia infinita, ut de speciebus infinitis, quam Deus potest producere, dixi dubio precedenti.

12  
Lorca.

In gratiam sententiae Magistri Lorca afferentis, qualitates intensae habere determinatum gradum, ultraque nec Dei absoluta potentia augeri possit, dico, implica-

re ex parte ipsius qualitatis intensae non vero ex parte subiecti, nam tales Deus condidit has qualitates, ut sicut homo essentialiter constat materia, & forma, sic qualitates intensae consistunt octo gradibus tanquam essentia physica, ita tamen, ut possit dari qualitas minoris intensiorem non vero maioris. Si vero Deus produceret alias formas, quae gradus, ut novem haberent non essent eiusdem rationis, & essentiae cum creatis, sicut, si produceret corpus non compositum ex materia, & forma non essent eiusdem rationis, ac sunt corpora, quae dantur de facto. Sic poteris in Theologia cum Magistro Lorca defendere, gratiam habituale Christi non posse per Dei absolutam potentiam augeri.

Notes

Disceptant neoterici, an unum infinitum sit maius altero: quae difficultas ex dictis in hac disputatione facile potest resolvi. Respondeo ergo sub distinctione, nam nomen hoc infinitum est nomen concretum, pro materiali dicitur partes extensionis, intensi- nis, aut multitudinis, pro formali dicitur infinitudinem, ut sic loquar, quae nihil aliud est, quam caretere terminis, & ordine prioris, & posterioris, vnde infinitum pro formali non suscipit magis, aut mi-

13

nus

nus secundum illam partem, secundum quam est infinitum, verbi gratia si inter duo infinita a parte post fiat comparatio, non est maius, & minus, & inter duo infinita categorematica, & similiter inter duo infinita syncategorematica, nam, si comparatio fiat inter infinitum categorematicum, & syncategorematicum fortassis infinitum pro formali suscipit magis, & minus eritque unum infinitum maius altero, si vero infinitum sumatur, pro materiali, unum est maius altero, verbi gratia si detur infinitum hominem, minus infinitum erit, quam infinitum capillorum. Ita Valenciam in 3. part. disput. 30. quaest. 3. punct. 1. Suarez 2. tom. meth. disp. 48. & alij recentiores; quia tamen allata distinctione, uti opus est, ut unum infinitum maius esse al-

Valent.  
Suarez.

tero affirmetur, ideo plures auctores aequalitatem, aut inaequalitatem maius, vel minus inter duo infinita reperti negant.

Disceptant etiam neoterici philosophi, an Deus clare cognoscat infinitum in actu, quod dari posse in hac disputatione ostendimus. Sed aliena est a philosophico instituto haec difficultas, atque adeo Theologis remittenda. In summa dico cum Gabriele Vazquez in 1. part. disp. 66. capit. 2. & alijs iunioribus Theologis, Deum clare cognoscere infinitum in actu, quod pulcre significavit August. lib. 12. de civitate Dei, his verbis: *Quamvis instructorum numerorum nullus sit numerus, non tamen est ei incomprehensibilis, cuius scientiae non est numerus.*

4

Vazquez

August.

KK TRA



# TRACTATUS

## QUARTVS.

### *De loco, vacuo, & tempore circa quartum librum Physicorum.*

**P**hilosophus primo, & secundo libro de principijs & causis entis naturalis differuit, & in tertio de actione qua esse & producitur sermonem instituit, in hoc tandem lib. 4. ad explicandas passiones, & proprietates, quæ ad corpus productum consequuntur gradum facit: & quoniam quidquid sit, alicubi sit, & aliquando sit, & sine loco, & tempore non est motus ideo de loco, & tempore agit. Tractat etiam de vacuo, tum, quia nonnulli ex veteribus philosophis vacuū a loco non distinxerunt, tum etiam, quia (ut notavi tract. I dialecticæ, disput. I. dub. I.) scientia, quæ agit de forma, agit de eius priuatione, sic

Theologus agere dicitur de peccatis, & philosophus de vacuo, quod continet, vel connotat catentiam loci realis.

Quatuordecim capita hic quartus continet liber, in quibus de loco, vacuo, & tempore philosophiæ differit princeps, quinque prioribus capitibus de loco agere ad physicam pertinere institutum ostendit, locum definit, eiusque proprietates aducit. Sextum, septimum, octauum, ac nonum caput disputatiuncula dicat de vacuo: & tandem quinq; quæ supersunt capita explicando temporis cõsumsit naturam. De his igitur tribus loco, vacuo, & tempore triplici disputatiuncula ageretur.

DIS

## DISPUTATIO PRIMA.

### *De loco extrinsecu.*

**D**VPLICEM distingunt recentiores locum, vñū intrinsecum, extrinsecum alterum: intrinsecum vocant præsentiam localem, quæ per motum in mobili producitur, & mobili inhæret intrinsece, quæ corpus loco extrinsecu præesse dicitur. Locus extrinsecus vocatur superficies illa, quæ corpus mobile ambitur. De hoc extrinsecu loco, cui proprie hoc nomen locus conuenit hac disp. I. sermonem instituo, acturus disputatione sequenti de loco intrinsecu.

<sup>2</sup>  
Io. Martinez.

Complutensium quidam Aristotelem, & sanctum Thomam locum intrinsecum, vbi scilicet, quod disputatione secunda explicabitur, pænitus ignorasse cõtendit, quibusdam philosophi verbis oscitanter lecti, deceptus plane: ait nam quæ philosophus 8. physicorum, cap. 7. motu locali latatione scilicet nequaquam corpus mutari intrinsece sicut alijs motibus dicitur mutari, alte

ratione videlicet, & augmentatione: ex qua doctrina infert hic tiro, vbi, quod per latationem producitur, philosophicæ principem latuisse: at latuit tironem potius philosophi mens, mos, etque stilus: est etenim Aristotelis mos, ea solum vocare mutata, quæ de nouo intrinsece re adquirent, puta qualitatem, quantitatem, aut substantiã, non vero quæ adquirent modum, nempe relationem, situm, vel vbi; & quia per motum localem modum præsentia adquirenti putauit, ideo non mutari latatione mobile dixit: Qui ergo Aristotelem non intellexit, ergo sanctum Thomam suspectus habeatur, licet eos nonnumquam arguit explicat. At do gratias philosophum, & sanctum Thomam nil per motum localem produxisse putasse, vnde colligis eos latuisse vbi? Plura sciens, quã docuere, scito, & propria non solum penetrasse placita.

KK 2

DV,



## DVBIUM I.

*Quid sit locus extrinsecus?*

**D**Vplex est locus extrinsecus, alius realis, & physicus, alter imaginarius: locus imaginarius est spatium, seu intervallum imaginariū, quod imaginamur, ut potens ambire, & habens trinam dimensionem, fixum, permanens, immobile, incapax naturae suae duorum corporum simul in eadem parte, & sic de illō loquimur, ac si reale spatium, & ens reale esset, quod spatium in presenti non diffiniuit Aristot. Locus realis, extrinsecus, & physicus, sic ab Arist. 4. cap. huius libri quarti diffinitur: *Locus est ultima superficies corporis continentis immobilis.* Quae diffinitio exacte describit locum, nam, cum locus nomen sit cōcretum, pro materiali dicit superficiem, & pro formali, cōtinentiam, seu immobilitatem, vel aliquid aliud iuxta varias sententias recentiorum statim referendas.

**L**oco generis posuit, quod dicit pro materiali nempe superficiem, & loco differentiae, quod dicit pro formali. Dicitur

ut: *Ultima superficies*, ut hinc intelligas, locum esse superficiem terminatiuam, quae vnum corpus alteri coniungitur, & est contiguum: & additur, particula *continentis*, ut explicetur locum debere esse superficiem concavā nō cōvexam, quam divisionē superficiei aruli tractatu 5. logicæ, disp. 2. dub. 6. vbi simul etiam, an locus sit species quātitatis diffiniui. Reliquae diffinitionis particulae pertinent explicare loci immobilitatem, & eius rationem constitutiua, quod non est explicatum facile, facitq; in multis recentiores abire sententias.

Pereira, lib. 11. suae philosophiae, cap. 3. immobilitatem asseruit, conuenire loco naturali rerum sublunarium dumtaxat ratione caelorum, alij ratione figuræ, alij ratione relationis predicamēntalis loci ad locatū; ceterū hi modi dicendi, quamvis defendere, & explicare conentur, diffinitionem loci ab Aristot. traditam, immobilitatem non ex acte explicant, nam eadem superficies concava sub eadem figura de loco in locum mutari experimur. Relatio autē predicamēntalis cōtinētis ad cōtentū, ratio formalis, & constitutiua loci nō est, cum etiam si locatum, non

3  
Pereira.

non existeret, locus realis, & physicus daretur: ob id alij rationem, loci explicarunt per respectum, & correspondentiam ad polos fixos vniuersi creati: immerito tamen, quoniam & si pro nunc poli immobiles sint, tamen, per Dei absolutam potentiam variari possunt, ut si Deus hoc vniuersum, hoc imaginarium spatium occupans, in aliud spatium imaginarium transferret.

**U**t meum de hac re proferram iudicium; animaduertendum est primo; tam locum, quam locatum suam dicere presentiam localem, & omiffa locati presentia, quia de ea agemus nostra, non refert in hac disputatione: *Presentia loci est ubi superficiei concavae*, propter quod concavum, ubi ab aliquibus solet appellari, de cuius essentia, & quidditate sunt hi tres transcendentales respectus; vnus, ad spatium imaginarium; alius ad subiectum, in quo est, nempe ad superficiem concavam, & alius ad corpus aliquod reale, quod ambiri potest, & ita presentia loci a superficie, & spatio imaginario dependet, ut quocumque variato varietur localis presentia, quotiescumque ergo diuersum est spatium imaginarium diuersae, sunt presentiae: implicat

enim, quod superficies eadem presentia, quae praestit huic spatio imaginario circūscriptivae praestit, & illi, & quotiescumque superficies, sunt diuersae, etiam si omnino eidem spatio imaginario praesint, presentiae locales diuersae, sunt.

Animaduertendum est secundo circa illam diffinitionis particulam, *continentis*, intelligendam fore, non de actuali, sed de aptitudinali continentia, quae locus locatum cōtineat; nam si daretur aliquod corpus vltima superficie terminatum, etiam si nullum esset corpus locatum, & circūscriptivum, esset verus realis, & physicus locus, & ob id dixit Aristoteles proprietatem loci esse vacuum, vel plenum, deberet enim loco, & superficiei concavae, aut priuatio locati, aut locatum ipsum replens locum.

*Conclusio.*

**H**is animaduersis assero, rationem formalem loci consistere, non in vnica re, sed in pluribus, saltem ex connotato; nam in tribus respectibus, quos primo enumeravi notabili, ratio formalis loci consistit, nempe in respectu ad spatium imaginarium, & in respectu ad corpus, quod continere

K k 3 tinere

tinere potest, & in respectu ipsius presentie, ad superficiem concavam; atque adeo ratio formalis loci est presentia superficiem concavae, & ob id merito plures recentiores docuerunt superficiem, non esse quid materiale loci, sed ad eius formalitatem pertinere, quoniam locus pro formali dicitur superficiem saltem ex connotato, siquidem ratio formalis loci est presentia concava; concava dicitur, quia est presentia concavae superficiem. Ex hac ratione formalis loci oriri considero immobilitatem veluti quandam passionem, & proprietatem loci, per quam locum Aristoteles diffinit, quoniam forsitam melius, non potuit locum describere, & ideo a recentioribus aliata loci diffinitio descriptiva nuncupari, cum autem presentia localis, qua haec superficies praestit huic loco, non possit alteri praesse, merito dicitur immobilis, siquidem superficies cum sua presentia de hoc loco in illum mutari implicat. Est igitur locus mobilis materialiter, quoniam superficies mobilis est, & immobilis formaliter, quoniam loci presentia est immobilis; dicitur immobilis primo, ut intelligamus locum, non solum esse immobilem per accidens ad motum alterius corporis, quod mo-

neatur, verum etiam per se immobilem esse, quoniam moveri nequit per motum in se receptum.

Locum autem debere esse immobilem, compertum est, nam quod est terminus alicuius motus debet esse fixum, ut possit ab his, quae pro eius assequutione moventur apprehendi, sed locus est terminus extrinsecus motus localis, ergo debet esse immobilis, ut apprehendi possit. Est igitur locus immobilis, quoniam licet locatum varietur, non variatur locus, & quoniam implicat, quod locus secundum totum, quod dicit, & includit mutetur de loco in locum.

Duplex tamen aduersus statutam doctrinam circumferuntur obiectio, & duplex pronunciatum Aristotelis impugatur. Prima obiectio est, nam principium est Aristoteli: *Nil immotum potest mutare locum*, sed si variatis presentijs, aut superficiebus concavis mutaretur locus, v.g. si turris quotiescunq; mutatur superficies aeris ambientis, mutaret locum iam corpus immotum manens locum mutaret, ergo non recte explicatur quiditas loci.

Secunda obiectio est, ut Aristoteles inquit; *Quidquid movetur, locum necessario mutat* sed potest corpus moveri, absque

acqui-

acquisitione novi loci, ergo & pronunciatum philosophi est falsum, & non exacte explicatur locus per superficiem concavam immobilem, sed alio modo locus est explicandus. Minor patet in homine, qui defertur in navi, & ipse aequa velocitate movetur in partem contrariam, in quo casu movetur homo, & semper in eodem spatio imaginario, & in eadem distantia, & correspondentia, ad polos universi versatur.

Ad primum obiectum, respondent Scotista, Sotus, & Toletus, quos sequitur. Placit hic disputat. 1. quest. 2. Turrim in illo casu mutare locum in rigore physico, sed non mutare locum, quasi moraliter loquendo, quoniam idem locus manet secundum aequivalentem, qua ratione solent dici fluvius heri, & hodie idem fluvius, quamvis sint diversae numero aquae. Unde locum dicunt esse mutabilem, & mobilem in rigore physico, immobilem tamen secundum aequivalentiam, & proportionem, quoniam licet succedat diversae superficies, semper servant eandem proportionem. Caterum quamvis modus loquendi admitti possit, quia saepe, quae non differunt specie, esse idem dicere solemus, ut patet in exemplo alato de flu-

vio admitti, non potest modus, quo immobilitas loci explicatur, quoniam manifeste aduersatur menti philosophi, qui maiorem immobilitatem loci requisivit quam secundum aequivalentiam; nam licet de loco vagè sumpto verificetur, quod sit immobilis secundum aequivalentiam nullus est locus determinatus, qui in Scoti sententia mobile, non sit secundum numerum.

Respondeo ergo, principium illud philosophi; *Nil immotum potest mutare locum*, distinguendum esse, sic. Nihil immotum potest mutare actuè locum fateor; nil immotum potest mutare passivè locum inficior. Turris igitur immota manens potest mutare passivè locum, ex eo, quod diversis ambiatur superficiebus, & diversis numero circumscribatur locis; unde potest corpus, sine motibus diversis correspondere locis realibus, & physicis, non vero diversis spatijs imaginarijs, ut ex dictis liquet manifeste.

Secunda obiectio, non eodem modo dissolvitur a neotericis, tenentur tamen omnes ei occurrere, quoniam omnes, quae circumferuntur opinioniones urget. Respondent aliqui, in illo casu navis, & in casu, quod formica eadem velocitate currit in rota, cui

intra

insidet, ac ipsa mouetur rotatum moueri hominem, & moueri formicam, & per illum motum, non produci nouam praesentationem, sed praesentem conservari ad quam impossibile sit, quod per nouum motum, non producat nova praesentia, & quod per duos motus, vnica tantum praesentia acquiratur, quis non videat?

*Rubius.* Propterea alij (quorum solutio mihi placet) dixerunt, talem hominem (& eadem est de formica ratio) non moueri secundum se totum, sed ad summum secundum aliquas sui partes, conatur tamen, secundum se totum se mouere, sed ei obstat motus naui, mouet pedes, aut pedem, & brachia, aut alias hominis partes. Ita Rubius, hic tractatu de natura loci, quaest. 3. Si tamen casus adeo metaphysicus detur, ut partes non acquirant nouum spatium imaginarium dicendum est, corpus illud in naui, non moueri, licet moueri videatur, & visum decipi, sed contra est, quod defatigatur homo, & caesit per motum, & in plano eiusdem naui, super quam mouetur acquirit nouas partes, quae sine motu acquiri nequeunt. Sequere solutionem. Rubij ad hoc, & casum in quo, homo saltem secundum aliquas par-

tes, non mouetur, & acquirit nouum locum, posse accidere nega; si tamen accidisset praedictus casus, negandus est motus, & asserendum est, de fatigationem prouenire ab obstentia naui, sicut de fatigatur, homo qui conatur mouere parietem, & impellere impetum sine sui, & motione parietis.

Explicata natura, & quidditate loci solum restat, omnes proprietates, & conditiones loci, quae a neotericis enumerari solent referre. Prima est, continere, & circumscribere locatum. Secunda extrinsecum locato commensurari. Tertia esse terminum extrinsecum motus. Quarta, ut locus, & locatum possint separari, quod ex eo, quod locus, sit extrinsecus locato manifeste infertur. Quinta locum esse immobilem, tamen quod conseruet locatum, quae conseruatio vaide impropria est.

## DVBIVM II.

*An & quomodo res sint in loco.*

**C**um duplex sit rerum ordo alter corporalium, & spiritualium alter, necesse est propositum dubiorum in utroque

que rerum genere breuiter decidere: & in primis dicendum est, omnia corpora huius vniversi naturali modo constituta, esse in loco circumscriptiuè. Probatum manifeste, quia quodlibet corpus, tam sublunare, quam caeleste praeter empyreum continetur intra aliud, ita, ut superficies conuexa corporis contenti commensuretur cum superficie concava continentis, sed hoc est, esse proprie in loco circumscriptiuè, ergo res omnes corporeae praeter caelum empyreum, sunt in loco circumscriptiuè. Constat id apertius, si oculos ad primam mundi conditionem reuertamus; nam sic fuerunt tunc collocata elementa, ut vnum circumscriberet alterum; regebatur enim terra aquis, aquae aere, aer igne, ignis orbibus caelestibus, & orbibus caelestibus ultima orbis sphaera, seu caelo empyreo; qui elementorum ordo, non diutius durauit, quoniam diuisit Deus aquas ab aquis, ut vniverso, quod propter, hominem fuit conditum potiretur homo.

Ab hac generali regula, & vniversali asserto excepit Aristoteles, hic textu 47. punctum, quod non est in loco circumscriptiuè per se, sed per accidens tantum, huius ratio est, quia cum in se sit indi-

uisibile, non potest commonfurari cum loco, nisi ratione partium, quas vnitur, quae quoniam habent extensionem propriam, & per se, dicuntur circumscribi a loco.

Excipitur etiam caelum empyreum, quod a superficie, non ambitur, cuius rei euidens est ratio; nam caelum empyreum nullum supra se continet corpus, a quo circumscribatur, ergo vltima sphaera, seu caelum empyreum, non est in loco circumscriptiuè, de qua re legatur Rubius tractatu de natura loci q. 4.

Dices cuiuslibet corpori naturali debetur, esse in loco, imo cuiuslibet enti, sed caelum empyreum est ens naturale, ergo est in loco. Respondetur, negando maiorem, si de loco naturali physico, & reali intelligatur, nam vltima sphaera ab altero non ambitur corpore. si vero maior propositio intelligatur de imaginario loco, vera est, atque adeo concedenda; nam quodlibet corpus, & etiam caelum empyreum, & sphaera vltima praesunt spatio imaginario.

Dices praeterea caelum empyreum, & si non moueatur, quia sedes est, & domicilium beatorum potest tamen saltem supernaturaliter moueri, sed in motu locali fit transitu de vno loco in alterum,

L1 ergo

ergo vltima sphaera est in loco. Respondetur concessa, maiori, si de loco reali physico, & extrinseco intelligatur; nam motus est transitus, de vno vbi ad aliud vbi, hoc est de vno loco intrinseco ad alium locum intrinsecum, & vno spatio imaginario ad aliud, & sic transiret vltima sphaera, si moueretur: de ratione autem motus, non est, quod sit transitus de vno loco naturali extrinseco ad alterum.

6 Christus Dominus; tam in Eucharistia, quam in caelo, non est in loco diffinito ab Aristotele, cum dixit *locus est vltima superficies*, &c. nam in Eucharistia est totus in tota hostia, & totus in qualibet parte, atque adeo non est per correspondentiam partium ad partes, sed est supernaturali modo; an autem praesentia realis Christi in Eucharistia sit vbi diffinitum, an circumscriptiuum dicam infra. Christus prout est in caelo, etiam non est in loco diffinito ab Aristotele, seu quod idem est in loco extrinseco reali, & physico, quia Christus est supra conuexam caeli empyrei superficiem, vt docet

D. Tho. Diuus Thomas tertiaparte, quaest. 57. artic. 4. & supra caelum empyreum, neque

est aer, neque aliud corpus aliud ve elementum, a quo circundari, & circumscribi, possit.

7 Quod attinet ad res spirituales dicendum est, Angelos, & animas rationales separatas, non esse in loco circumscriptiuè, quoniam vltima corporis superficie nequeunt ambi, eo quod quantitas, & extensionis quantitativa sint experes; quod autem modo loco praesent, & an extensum vbi habere valeat, grauis est difficultas, quam obiter attigam infra, quoniam ad Theologos proprie spectat. Qualiter autem accidentia praesent loco, sequenti disputatione diffiniam, & sic praesentia cuiusquam entis creati manebit explicata.

8 Solum superesse videtur difficultas de Deo optimo maximo, qualiter scilicet sit in loco; an Deus solum sit praesens rebus, an vero etiam ipsi spacijs imaginarijs, quae sub his verbis solet a recentioribus agitari, vt *trum Deus extra caelum, vel sine vacuo intra caelum esse possit, aut ante mundi creationem alicubi fuerit.*

9 Affero, Deum adu esse, extra caelum in infinitis spacijs imaginarijs, atque adeo Deum in toto spatio imaginario

natio ante creationem mundi fuisse, & post illam extra caeli regionem, vbi antea erat permansisse. Defendunt hanc sententiam Molina prima parte, quaestione octaua, articulo primo, disputatione tertia, Suarez tomo secundo metaphysice disputation. 30. sectio. septima, Hurtado disputation. 14. physica sectio. tertia, & alij ex antiquis, & ex recentioribus Theologis. Multas afferunt auctoritates pro hac sententia, tam scripturae, quam Patrum; nam Iob 11. dicitur: *Deus excelsior caelo, & 3. Regum 8. Deum caeli caelorum capere, non possunt, & Dionisius de diuinis nominibus cap. 1. inquit, Deum in caelo esse, atque in terra, in mundo, circa mundum, & supra mundum, & eodem modo alij loquuntur Patres.*

10 Probatur primo, quia Deus absque aliqua sui mutatione, potest aliquid operari, & producere extra caelos, ergo vere existit extra illos in infinito spatio imaginario. Antecedens est certum, nullus enim negat Deo potentiam, ad operandum alium mundum extra hanc, idque efficiet absque aliqua sui mutatione, cum sit omnino immutabilis. Consequentia vero probatur. Quia Deus debet esse praesens ibi, vbi operatur,

ex operatione enim manifeste sequitur praesentia agentis, etiam ipsius Dei iuxta Apostolum dicentem: *Non longe ab est ab vnoquoque nostrum, in ipso enim viuimus mouemur, & sumus,* at hac Theologis relinquamus.

### DVBIVM III.

*Vtrum duo corpora possint in eodem loco constitui?*

11 **H**Aud quaquam procedit, quaestio de corporibus incompletis, verbi gratia, materia, & forma: comperit enim, vtramque eidem praesente loco, cum vna eademque sit vtriusque quantitas, idem constat de accidentibus corporeis albedine calore, frigiditate quae in eadem parte manus, verbi gratia, sunt. Denique philosophi aiunt, duas superficies terminatiuas penetrari posse, eo quod qualibet seorsim, & vtraque simul occupet spatium indiuisibile. Procedit, igitur dubium de corporibus substantialibus, completis diuersas quantitates completas habentibus, sed

quia dubium istud de virtute naturali, & de virtute supernaturali intelligi valet, duplici conclusione diluetur in breui.

<sup>2</sup> *Assertum* Prima conclusio, nequeunt duo corpora esse in eodem loco naturaliter. Pater, quia quantitas est radix impenetrabilitatis, & vna quantitas excludit; natura sua alteram à suo loco, ergo nequeunt penetrari, hæc autem exclusio naturalis alterius quantitatis fit, quoniam quantitati existenti in loco circumscribitur, & per correspondentiam partium ad partes naturaliter debetur virtus, seu qualitas impulsiva, & cōsequenter debetur naturaliter expulsio alterius quantitatis.

Contra hanc conclusionem, hæc solent obijci experientia: de ferro ignito, in quo ignis, & ferrum penetrari videtur; de vase pleno cinere, in quo tanta potest esse aqua, quanta sine cinere, & alia huiuscemodi. Sed facillè diluuntur; nam si in ferro verus est ignis (de quo ferendum est in libris de generatione iudicium solutioque adhibenda) dicendum est, esse intra ipsius ferri poros, sicut etiam aqua in poris panis recipitur, cinis est valde porosus, & per

injectionem aquæ partes cineris conspiciantur, & plures partes cineris, quoniam subtiles sunt, in vapores resoluantur.

Sed petet aliquis, quid sit hæc penetratio, & an solum in corporibus reperiri queat. Respondetur, penetrationem dupliciter summi posse, late scilicet, & strictè, late sumpta nil aliud est, quam præsentia duarum rerum ad idem spatium, sic duo Angeli penetrari dicuntur, sic etiam materia, & forma dicuntur penetrari, & quantitas Christi in Eucharistia penetrata dicitur, cum quantitate specierum. Penetratio vero strictè, & propriè sumpta est, (vt ita loquar) duorum corporum subintratio, seu pœnitentia intratio, & correspondentia partium vnus corporis ad partes alterius, tam secundum se, quam secundum locum, ita, vt vtrumque corpus habeat vbi eiusdem rationis, vbi scilicet circumscriptum. Hac penetratione dicemus in secunda assertionem, posse diuinitus, duo corpora completa penetrari, & neutra penetratione posse naturaliter duo corpora penetrari, asseram.

Secunda conclusio fit, posse à Deo duo, vel plura cor-  
pora

pora in eodem loco collocari; probatur ex communi consensu Ecclesiæ, & Patrum assertentium; Christum Dominum natum fuisse ex Virgine, reseruata, & illa sua virginitatis integritate secreta virginei corporis. Claustra penetrando: similiter post resurrectionem exisse de sepulchro adhuc operto lapide, & ianuis clausis fuisse ad discipulos ingressum, & in Ascensione caelos penetrasse. Denique beati ex dono subtilitatis possunt cum corporibus penetrari, vt communis fert Theologia. Probatur præterea, quia expellere aliud corpus à loco suo non est effectus primarius quantitatis, sed secundarius, sicut expellere frigiditatem; est effectus secundarius caloris; sed potest Deus impedire effectum secundarium constituendo si multalorem cum frigiditate in eodem subiecto, vt ostensum est tract. 2. disp. 3. dub. 3. ergo etiam constituendo duo corpora quanta in eodem loco.

<sup>5</sup> Confirmatur, quia sicut de facto in Eucharistia abstulit Deus ab accidenti actualem inhaesionem, etiam si aptitudinalis sit de accidentis essentia, poterit etiam Deus actualem impenetrationem à quantitate auferre, tamen

impenetratio aptitudinalis, & radicalis sit de essentia quantitatis.

<sup>6</sup> Hæc cōmune, & receptum inter Theologos assertum negauit non sine erroris nota, Durandus in 4. dist. 44. qui asseruit, implicare contradictionem, duo corpora in eodem loco cōstitui, & communem sententiam sic impugnat. Implicat, quod partes vnus quantitatis penetrantur inter se, ergo & quod duo corpora penetrantur. Pater antecedens; nam de ratione quantitatis est habere partes extra partes, hoc est, partes impenetratas; alias sequeretur, quod omnes partes vnus corporis magnæ extensionis a deo paru occuparent locū, vt maximus mons transire possit per foramen acus. Sequeretur præterea, quod omnes partes hominis, verbi gratia penetrarentur in eodem spatio: & quod est caput; totum non esset maius sua parte, quod manifestam inuoluit repugnantiam.

<sup>7</sup> Respondetur, duo corpora inter se penetrari posse, & partes vnus corporis inter se, quoniam de ratione quantitatis non est actu habere partes extra partes in loco, sicut de essentia quantitatis non est habere partes im-

impenetratas, sed impenetrabiles, postulantur scilicet harum partium impenetrationem in loco: valet tamen Deus efficere, quod partes non sint extra partes, sed penetratae, & consequenter motem per foramen acus includere, & totum mundum in loco unius constituaere digiti, possetque totum hominis corpus ad spatium solius capitis reducere. In quo casu totum maius esset sua parte si loquamur de partibus in ordine ad se, in ordine vero ad locum, totum non esset maius sua parte, quod nullum esset inconueniens, quoniam illud pronuntiatur non de partibus in ordine ad locum intelligendum est, sed in ordine ad se, ut videre est in corpore Christi in Eucharistia existentis, & ut naturaliter contingit in corporis condensatione.

8 Arguit tandem Durandus, quia sicut partes quantitatis successivae, verbi gratia, temporis, etiam per Diuinam potentiam non possunt esse simul duratione, sic partes quantitatis permanentis non poterunt per Diuinam virtutem esse simul loco, quoniam sicut de ratione quantitatis successivae est habere partes extra partes in ordine ad tempus, ita de ratione quantitatis permanentis

est, habere partes extra partes in ordine ad locum. Sed huius argumentis solutio, & disparitatis ratio manifeste desumitur ex natura, utriusque quantitatis, nam quantitas successiva, seu tempus est ens essentialiter successivum, & omnino ei repugnat habere partes simul, sed partes post partes, sicut repugnat extensioni locali petenti partes extra partes in eodem loco, habere partes simul in eodem loco: at vero quantitas permanens non habet pro essentia actuaalem impenetrationem, sed solum impenetrationis radicem, & potest Deus impedire, ne ex illa radice oriatur impenetratio.

### DVBIVM V.

*Vtrum Diuina virtute possit idem corpus esse in duobus locis adaequatis circumscriptiue?*

Suppone primo, ut certum, unum corpus posse esse indiuisibiliter, seu sacramentaliter in duobus locis adaequatis per Diuinam poten-

2 tentiam: de hac enim absoluta potentia praesens agitur difficultas, nam lege ordinaria unum corpus duobus praesse locis posse, nemo vocauit in dubium, cum experientia doceat, non posse corpus acquirere nouum locum, quin deperdat praesentem: potest etiam unum corpus esse in uno loco conaturaliter, & cum extensione, in alijs vero sine illa, & ad modum spiritus, totum in toto, & totum in qualibet parte, & hos duos modos essendi in loco non solum de possibili, sed etiam defacto in Christo reperiri docet fides. An autem idem corpus utrobique extensum possit in duplici loco collocari, est praesens difficultas.

2 Suppone secundo, eundem spiritum posse esse in duobus locis, cum certum sit secundum fidem, animam Christi esse tot in locis, ac est ipsam corpus Christi in Eucharistia. Imo non ignobiles Theologi arbitrantur, angelam posse esse naturaliter simul in duobus locis inadaequatis, verbi gratia, si occupet spatium trium vlnarum posset se constituere in duobus vlnis extremis, & non in media, cuius rei fides sit pene auctores.

3 Tertio suppone, locum adaequatum in praesenti appellari, qui ita circumdat locatum, ut nulla sit pars corporis locati, quae a tali loco non circumdatur, siue illud locatum in alio contineatur loco, siue non, & ille dicitur locus inadaequatus cui tota, & integra praesentia locati locato debita non correspondet, & tota praesentiae sphaera (ut sic dicam) non circumdatur illo loco, sed altero: & de hoc adaequato loco intelligendus est dubij titulus, cum an idem corpus extensum possit esse in duobus locis adaequatis inquirat, in qua difficultate sunt duae contrariae opiniones.

### Prima opinio.

4 **A**IT implicare contradictionem, quod unum corpus sit in pluribus locis; ita communi thomista, quos nouissime sequuntur. Vazquez tom. 3. in 3. part. disputatione 189. Magister Lorca codice de Eucharistia, & alij iuniores. Primum, & praecipuum huius opinionis argumentum est, quia esse in loco circumscriptiue quantitate, est, ita esse, & circumscribi hic, ut non circumscribatur, & sit alibi, ergo

ergo repugnat, esse corpus circumscriptive in duplici loco. Patet antecedens, quoniam circumscriptio dicit negationem alterius circumscriptio- nis, in hoc enim differt esse in loco circumscriptive ab esse in loco diffinitive.

3 Secundum argumentum est, quia si corpus esse posset in duobus locis, posset esse in infinitis, cum eadem sit ratio de omnibus, ergo posset esse ubique, ergo esset immensum, sed hoc repugnat, quia immensas est propria Dei, ergo repugnat etiam, idem corpus esse in duplici loco.

6 Tertium, nulla res potest duplici tempore coexistere, ergo nec duplici loco.

7 Quartum, quia si idem corpus posset esse in duplici loco, haberet relationem distantiam ad se ipsum, sed eiusdem ad se ipsum non datur relatio predicamentalis, ergo non potest esse in duplici loco. Confirmatur, quia si posset in duplici loco constitui, posset constitui in eodem loco bis, & idem corpus esse continens, & contentum, & locus sui ipsius, quod videtur absurdum.

8 Quintum, quia ex opposita sententia sequitur, quod idem homo possit simul moveri, & quiescere, sedere, & stare, moti, & vivere, calefieri, &

non calefieri, habere scientiam, & errorem, peccatum, & gratiam, denique esse simul inferno, & gloria, & consequenter de eodem homine duo verificari contradictoria, verbi gratia vivit, & non vivit, quiescit, & non quiescit, calefit, & non calefit, & alia id genus.

*Secunda opinio.*

**A**ffirmat idem corpus posse a Deo per suam absolutam potentiam simul in duobus locis adæquatis collocari, sic Belarminus lib. 3. de Eucharistia, cap. 3. Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 42. sect. 4. Valentia 3. part. disp. 6. quest. 3. puncto 1. & plures neoterici, quam sententiam, ut veritiorem amplector.

Suadet hanc opinionem Valentia nuper relatus, quia (in conclus.) plures Patres Ecclesie aiunt, Christum non relicta presentia circumscriptiva, quam habet in celo, simul apparuisse modo quantitativo in terris, ut constat ex pluribus sacre pagine locis, nam Christus visus est Paulo, & apparuit Petro, cum dixit ei: *Vado Romam iterum crucifigi.*

Suaderetur secundo, quia, quod non implicat contradictio-

tionem non est. Deo denegandum, idem autem corpus duobus locis præesse non implicat, ergo poterit in duobus locis collocari. Minor patet, nam sicut non implicat, quod corpus Christi sit in celo modo extenso, & quantitativo, & in Eucharistia modo supernaturali inextenso, & ad modum spiritus sic non implicabit, idem corpus constitui in pluribus locis modo conaturali, & extenso. Nam istud factilius est, quam illud: siquidem in primo casu, datur plura miracula, scilicet constitutio corporis in pluribus locis, & modus constituendi miraculosus, & omnino supernaturalis, in secundo vero casu solum daretur unum miraculum, nempe constitutio corporis in pluribus locis.

12 Confirmatur, quia potest Christus lege absoluta amittere presentiam sacramentalem, quam in Eucharistia habet, & præesse circumscriptive, essetque in celo, & in terris præsens modo extenso, & quantitativo, in hoc enim nulla apparet repugnantia.

13 Rogabis primo, quo pacto corpus existens Compluti, sit constituendum Salmantice, an scilicet, ut constituitur Salmantice debeat necessario reproduci, vel satisfit, quod producatur præsen-

tia. Respondetur duplici modo defendi posse constitutionem corporis in alio loco. Primo modo, si Deus corpus, quod est in alio loco ex vi alterius actionis productivæ illud in alio cum alio ubi collocet, ut collocari dicunt nonnulli Theologi Christum in Eucharistia legatur. Suarez tom. 3. in 3. part. d. sp. 49. sect. 1. Secundo modo collocari potest corpus in alio loco, si solum producat nova presentia, seu novum ubi ratione cuius idem corpus fiat præsens novo spatio. Quo pacto philosophatur Theologi, qui arbitrantur, in Eucharistia non dari actionem productivam, vel conservativam corporis Christi, sed solum produci novum ubi illius sub speciebus panis, & vini.

14 Rogabis secundo, an illud ubi, per quod corpus constitutum Compluti collocatur Salmantice sit naturale, an supernaturalale, & qua producatur actione. Respondetur, quod si collocetur in Salmantice modo supernaturali, sicut Christus est in Eucharistia, sic illud ubi erit supernaturalale, & supernaturaliter productum, & supra naturam corporis, atque adeo supernaturalale quo ad substantiam. Si autem collocatur Salmantice modo extenso, & quantitate, ut col-

locari supponimus, tūc illud ubi erit quo ad substantiam naturalem, tamen erit quo ad substantiam naturalem, quia esse in loco circumscriptive, & extense debitum est naturæ corporis, est, autem supernaturalis quoad modū, eo quod sæpe sæpius non producit per motum localem successivum, sed per simultaneā mutationē factam à Deo, tum etiam, quia simul cū alio ubi Compluri naturaliter acquisito, acquiritur ubi istud Sal-mantica.

*Fit factis oppositis.*

**P**rimum argumentum facile enervatur, nam esse circumscriptive in vno loco, dicit negationē essendi in alio naturaliter, non vero supernaturaliter, nam sicut esse circumscriptive in hoc loco, admittit esse sacramentaliter in pluribus, admittet etiam esse in pluribus locis circumscriptive per Dei absolutam potentiam. Vnde volūtarie, & sine vilo prorsus fundamēto authores oppositæ sententiæ aiunt, esse circumscriptive in loco includere negationem essendi circumscriptive in alio loco, & rationem reddere nequeunt, quare sit de ratione extensæ præsentis, vt corpus alibi non circumscribatur.

Ad secundum argumentū respondetur, dando illud corpus posse esse in infinitis locis, nego tamen esse immensum, nam ad immensitatem tria requiruntur. Primū, quod res sit in loco per ubi indistinctum à rei essentia. Secundum, quod sit illud ubi naturæ rei debitū. Tertiū, quod sit in omnibus spatijs per vnicū ubi non per plura: ubi autem corporis in infinitis spatijs collocati, esset realiter distinctū à corpore, & nō esset omnino naturale, nec vnum, sed multiplex, siquidē illud corpus non esset totum in toto, & totum in qualibet parte, sed pars in parte, & totum in toto.

Ad tertium argumentum respondetur, concedendo antecedens, & negando consequentiam: & ratio disparitatis desumitur ex ipsa temporis, & loci natura; sicut enim duo tempora simul esse non possunt, quia tempus est essentialiter successivum, & vnum post aliud sequitur, vt dubio præcedenti notavi, ita similiter nihil est, quod possit duobus temporibus coexistere. Quia tamen dantur simul plura loca, vtpote entia permanentia, ideo potest vnum corpus duobus locis simul coexistere, vnde hoc argumento nil probatur, eo quod

pro:

DVBIVM VI.

*Vtrum idem corpus in duobus locis constitutum debeat eadem accidentia, & proprietates subire?*

bate, corpus Christi non posse sacramentaliter in duobus esse locis, videtur.

Ad quartum respondetur, illas relationes distantie, quas non esse relationes asserui in logica tractatu 5. disputatione 3. dubio 7. nō fundari immediate in entitate corporis, sed fundari in diversis ubi, quæ realiter distinguuntur. Idem autem corpus secundum diversa accidentia diversas habere relationes, nullum est inconueniens, nec quod dicatur secundum vnam præsentiam distare à se ipso, quatenus habet alteram.

Ad confirmationem respondetur, concedendo vnum corpus bis, & illius posse in eodem loco constitui, habereque respectu eiusdem spatij diversas numero præsentias, eo quod in eodem spatio valet idem corpus plures dissimiles habere situationes, poterit propter diversas præsentias idem corpus, locus, & locatum, continens; & contentum denominari.

Quintum argumentum difficultatem tangit necessario in altero dubio disceptandam.

(?)

**E**X decisione præcedentis dubij de possibilitate constituendi corpus in duplici loco alia difficiliora oriuntur dubia: nā difficillimū est, explicare, quæ nā accidentia necessario comitētur corpus in duplici loco constitutū. an scilicet possit corpus in vno loco moueri, & in altero quiescere, hic calefieri, & frigefieri alibi; pro cuius rei enodatione nonnulla sunt animaduertenda.

Animaduertendum est primo, accidentia esse in triplici genere, quædam essentialiter pendunt à determinato loco & ab eo sunt omnino immobilia, vt situs ubi denominationes seu relationes distantie, & proximitatis, motus, & quies, & alia id gen<sup>o</sup>, quæ nisi indeterminato spatio exerceri, & determinari, hoc est cōseruari, nō possunt. His cōiunge auctus potētis visus, & alios huiusmodi. Alia sunt accidentia, quæ licet in fieri de-

Mm 2 pen



pendeant à loco vbi dependent in conseruari, & ea mutatione loci non mutantur. Talia sunt calor frigus albedo, nigredo, & quicquid aliud. Sūt denique alia accidentia, quæ nec in fieri, nec in conseruari à loco dependent, vt fere omnes actus intellectus, & voluntatis, & in his tribus accidentium generibus late potest presens agitari difficultas, breuiter tamen quid sit vti similibus, in quolibet accidentium genere, sigillatim dicemus.

3 Secundo aduertendum est, prefata accidentia adhuc esse in duplici differentia, nam quedam sunt, quæ habebant corpus antequam in duplici loco constitueretur, alia vero, quæ possunt aduenire corpori in duplici loco constituto. De accidentibus, quæ habebat corpus antequam collorcaretur in duplici loco compositum est, eadem idem corpus vtroque comitari, nã Deum eo ipso, quod detrahit vnum corpus in duplici constituere loco, teneri, fãtentur authores in duplici etiam loco constituere omnes affectiones, & accidentia absoluta illius corporis, posset etiam si vellet ea non constituere. An autem accidentia, quæ de nouo corpus in vno loco existens suscipit, alibi diuinitus col-

locatum susciperet, sub dubio.

4 Quod attinet ad primum accidentium genus manifestum est, accidentia respicientia determinatum locum non posse simul conuenire eidem corpori in diuersis locis, nã vbi, verbi gratia adeo fixum est, vt nequeat mutari, & eadem est de alijs accidentibus respicientibus determinatum locum ratio, nam non paucè existimant, actum visionis sine presentia obiecti non posse conseruari.

*An si corpus existens Compluti calefit, califiat etiam Roma.*

5 Major controuersia est de accidentibus secundi generis, de eis scilicet, quæ possunt sine hoc determinato loco conseruari, & à loco, in quo producuntur auelli: an scilicet virtus agentis naturalis, calor productus in corpore existenti Compluti, calefaciat id corpus existens Roma; nã affirmatiua pars tenent Bellarm. tom. 2. lib. 3. cap. 4. & Rub. in presenti quæst. 6.

6 Negatiuam vero partem defendunt Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 8. sect. 5. Conimb. hic

hic cap. 5. quæst. 5. artic. 2. & alij: quæ controuersia per breuiter his duobus dirimitur assertis.

7 *Assertum* Primum assertum sit, corpus in duplici loco constitutum vtroque debet habere eadem accidentia absoluta, de quibus loquimur, non quia agens naturale vtroque idem accideas introducat, sed quoniam auctor natura eo ipso, quod constituit corpus in duplici loco tenetur, iuxta leges naturæ, omnia corporis accidentia in vtroque constituere loco, quoniam forma est comes subiecti, & illud vbi cumque sit tenetur comitari: id autem præstabit Deus si calorem, quam agens naturale in corpore existente Compluti produxit, faciat esse presentem, & coniunctum corpori existenti Roma, causando presentiam, qua calor præsit Roma. Sic corpus habere calorem in duplici loco existens supernaturale est, saltè quoad modum secundum se consideratum: est tamen ei connaturale, si quatenus est in duplici loco constitutum consideretur: ad modum, quo Theologi aiunt, gloriam esse supernaturalem homini secundum se considerato, connaturale vero esse homini quatenus præditus est lumine gloriæ.

8 Porro agens naturale sua

virtute naturali, non valet idem corpus Compluti, & Romæ calefacere, suadet distantia, qua inter corpus existens Roma, & agens existens Compluti adest, nam quo pacto poterit suam actionem extra spheram suæ actiuitatis transmittere, in cuius explicacionem mira dicunt Rubius su-  
9 *Rubius.* præcitatus, & alij iuniores, quæ breuitatis ergo silentio inuoluo. Præterea impossibile iudico, quod agens naturale naturali virtute calorem cum duplici presentia causet, sed id est supra naturam ipsius, vnde dato miraculo constitutionis in duplici loco, aliud miraculum necessum est, quo virtus agentis eleuentur, vt accidens in duplici loco causet.

9 *Assertum* Secundum assertum: valet Deus sua potentia efficere, quod accidentia comitentur corpus in vno loco, & non in altero. Probatur, quia postquam corpus constitutum est in duplici loco potest in vno loco calefieri ab agente naturali applicato hic, & non alibi, sed illud agens naturale nequit transmittere calorem in alium locum, nec constituere suum effectum in duplici loco, ergo habebit calorem in vno loco, & non in alio. Patet consequentia, quoniam ex vi naturalis agentis, non po-

rest, illum calorē habere vtro-  
bique.

10 De accidentibus tertij ge-  
neris de illis scilicet, quæ nec  
in fieri, nec in conuersari a lo-  
co determinato dependent,  
eodem modo, ac de acciden-  
tibus, quæ inferi dependent  
a determinato loco, philoso-  
phandū est. Actus enim, quos  
intellectus, vel voluntas eli-  
cit compluti, ad sunt Romæ,  
quoniam author naturæ, tene-  
tur efficere, vt in vtroque lo-  
co sint, vt de calore supra-  
docui; imo potiori iure id in  
actibus intellectus verifica-  
tur. Nam cum causa produ-  
cens actum intellectus poten-  
tia, scilicet intellectiua sit in  
duplici loco, quid mirum, si  
actus in duplici loco sit: pos-  
set tamen, si ei placuisset effi-  
cere, quod etiam si intelle-  
ctu existat Compluti, & Ro-  
mæ, eius actus solum existat  
compluti tribuendo intelle-  
ctui duplicem præsentiam, &  
actui vnicam tantum.

### Tria colloraria.

12 **E**X dictis tria inferuntur co-  
lloraria, quibus & allata  
illustratur doctrina, & argu-  
mentum, cuius occasione hoc  
discussimus dubium, euanescit  
pœnitus.

13 Primum corollarium est,  
idem corpus in duplici loco

constitutum, posse diuinitus,  
simul moueri, & quiescere;  
diuinitus (in quam) nam,  
si nouum, non patretur mi-  
raculum, arbitror corpus in  
duplici loco constitutum, non  
posse moueri, sed naturaliter  
quieturum, consequen-  
terque homo in duplici loco  
constitutus nouo indiget mi-  
raculo, vt moueatur, exten-  
dat manum, vel brachium,  
oculosue apperiat. Ratio  
huius est, quoniam sicut ma-  
teria natura sua appetit for-  
mas successiuè, & duas si-  
mul nequit suscipere, nisi di-  
uinitus, naturaliterque adue-  
niente vna alteram amittit,  
sic corpus, natura sua ita postu-  
lat præsentias, vt aduenien-  
te vna deperdat altera, &  
virtutem, non habeat ad pro-  
ducendas, vel recipiendas  
duas simul, nec valeat vnam,  
non amissa altera suscipere.  
Ergo corpus duplicem habens  
præsentiam moueri nequit na-  
turaliter, quoniam nequit na-  
turaliter acquirere præsentiam  
conseruando alicubi alteram,  
vnde corpus hic existens; si  
alibi collocetur, eo ipso red-  
ditur vtrobique immobile  
natura sua.

Hinc facile dilui potest  
quoddam argumentum, quo  
torquetur Vazquez loco su-  
pracitato disputatione 139.  
capite sexto, & octauo, de  
lapi-

lapide supra duplicem extre-  
mitatem trabis constitutum,  
quasi trabs auferretur, moue-  
retur a propria grauitate de-  
orsum, acquireretque idem  
lapis duplicem locum natu-  
raliter: facile (inquam) di-  
lui potest, vt notat Hurta-  
do disputatione decima quar-  
ta, physica sectione quinta;  
nam lapis si moueatur trabs,  
non mobebitur, sed mane-  
bit in aere suspensus Deo il-  
lum sustinente: & ratio est,  
quia expleta esset capacitas  
naturalis illius, & non posset  
vbi acquirere; quoniam si-  
mul illa duo vbi deperdere,  
non valet: ex suppositio-  
ne, ergo miracoli, vel Deus  
retinebit lapidem in medio  
aere, vel concurret cum  
illo miraculose ad ad alium  
motum, & aliud vbi acqui-  
rendum: ad modum, quo ip-  
se Vazquez ait, quod si duo  
corpora essent penetrata,  
non possent ab agente natu-  
rali dimoueri, quoniam non  
est agens, quod valeat duo  
corpora in vno loco consti-  
tuere, etiam si diuinitus in  
alio sint constituta.

14 Dices Christus licet sit præ-  
sens realiter in Eucharistia, &  
in cælo potest naturaliter mo-  
ueri in ipso cælo, & nouum  
acquirere præsentiam, ergo  
pari ratione, corpus in dupli-

ci loco constitutum valebit se  
mouere, & nouum producere  
vbi. Respondetur, negando  
consequentiam, & ratio dis-  
paritatis est, quod vbi quo  
præest Christus in Eucharis-  
tia, est supernaturale quoad  
substantiam, & non educi-  
tur, de potentia naturali,  
sed de obedienciali corporis,  
consequenterque respec-  
tu potentie naturalis, est ac-  
si non esset, & non impedit,  
quod possit potentia natu-  
ralis nouum habere vbi, de  
cuius ratione est, plura vbi na-  
turalia successiuè habere, &  
nunquam duo simul.

15 Secundum corollarium est,  
posse diuinitus idem corpus  
Compluti informari anima ra-  
tionali, & Romæ forma ca-  
daveris (si cadaver forma est)  
atque ad eod. posse simul in  
diuersis locis viuere, & mori:  
si mori nihil aliud sit, quam de-  
sinere esse hic, & esse alibi; nã  
duplicem disting. mortem:  
vnam simpliciter, quæ dicit ca-  
rentiam vitæ vbique; alteram  
secundum quid, quæ consistit  
in carentia vitæ in hoc loco,  
& non in alio. At Deus, non  
impediet, providebitq; quod  
si forma viuentis separetur a  
materia Compluti, separetur  
Romæ, vt idem subiectum  
sit eisdem formis informa-  
tum.

Ter-

16 Tertiū corollarium est, posse per absolutam potentiam Dei, & dato miraculo constitutionis eiusdem corporis in duplici loco eundem hominem habere compluti scientiam, & Romæ errorem, de re eadem, simulque in gratia, & peccato esse: quoniam licet scientia, & error sint incompatibiles in eodem subiecto, vnico solum præfenti spatio, si vero subiectum, sit in duplici loco, non ad eò pugnant inter se; nam sicut esse calidum Compluti, & non esse calidum Romæ non opponuntur, quia hæc duæ propositiones in diuersis locis verificantur, sic scientia, & error, licet in vno subiecto, & in eodem loco muruo se expellant, non se expellunt in locis diuersis. Peccatum autem, & gratia facilius Diuinæ omnipotentiæ, possunt comparari; nam non pauci Theologi concedunt, posse in eodem homine, licet non sit in duplici constitutus loco gratiam, & peccatum Diuinæ omnipotentia reperiri, dato tamen illo miraculo constitutionis vnus corporis in duplici loco, curabit Deus, ne id contingat.

17 Restat explicare, quo pacto etiam, si idem corpus possit, simul esse Compluti calidum, & Romæ non calidum,

minimè dentur duo contradictoria simul vera. Quod facile est intellectu, si statuamus, eas esse solum propositiones contradicentes, quæ sunt eiusdem temporis, & loci, atque ad eò has propositiones, corpus est Compluti calidum, & Romæ non calidum contradictorias, non esse: si vero, non explicetur locus, & si propositiones proferantur absolute sic. Corpus est calidum, corpus non est calidum: prior proprio est vera, quoniam solum affirmat, quod alicubi sit calidum: posterior vero proposito est falsa, cum neget illa negatio, non, hoc corpus aliquomodo, & alicubi habere calorem. Vnde licet corpus Romæ, non sit calidum, & Compluti calidum sit, absolute dicendum est calidum, quia solum significatur per affirmationem, quod alicubi sit calidum, & per negationem asseritur, nullibi esse calidum, quod est falsum.

18 Obijcies: repugnat etiam supernaturaliter eidem rei conuenire simul formam, & priuationem illius, sed si idem corpus haberet formam accidentalem in vno loco, quam non haberet in alio, haberet simul formam, & priuationem illius, ergo repugnat etiam supernaturaliter, quod idem

cor-

corpus, non habeat in vtroque loco eadem accidentia. Præfata obiectio satis molesta est, quoniam succedere videtur, corpus prout est Romæ carere calore, atque ad eò idem corpus habere simul priuationem, & formam.

19 Respondetur, ergo negando corpus Romæ habere priuationem caloris, in ipso immediate receptam, sed in præfentia; nam vbi Romanum caret calore, seu coniunctione caloris, cum quo in corpore reperiatur, atque ad eò hæc propositio, Corpus Romæ caret calore, est expendenda, caret calore secundum præfentiam Romanam (vt sic loquar) concedo, calore secundum se considerata, nego. Laborat supra posita obiectio æquiuocatione, & ideo opus est admodum loquendi attendere, & illum distinguere, & explicare. Vel si mauis concedere, in corpore existente Romæ immediate reperiri priuationem caloris connotando vbi Romanum, forma autem, & priuatio connotantes diuersa vbi, & loca diuersa, non opponuntur.

(?)

*Corrumpi possit ne corpus Compluti, & non Roma?*

20 Hæcenus cum Suarez, & Conimbricensibus citatis nuper, consensus in productione accidentium, & formarum substantialium, ab agentis naturali in corpore in duplici loco constituto in modo autem corruptionis; tam accidentium, quam formæ substantialium, magnopere dissentimus. Docent enim citati auctores, posse corpus in vno loco corrumpi, & in alio permanere: quod facile conuincitur falsitatis, hac ratione, quia corruptio, non solum est amissio vbi, sed desinitio, & destructio existentia, & entitatis rei, quæ terminatur ad non esse rei, ergo non potest intelligi, quod corpus vera corruptione, & simpliciter, ab agentis naturali in vno loco vere corrumpatur, & non in alio. Poterit, tamen contingere, vt Deus sua omnipotentia, corrumpat solum Compluti, verbi gratia, præfentiam formæ ignis, & sic poterit, ignis desinere, esse Compluti, & manere Romæ. Ligno igitur existente hic, & Romæ, si applicaretur ignis, qui illud combureret, forma ligni, quæ dextræ-

Na retur

retur Romæ, necessario etiã dextrueretur hic, non, vero utrobique intröduceretur forma ignis, nisi Deus vellet ignem in duplici loco constituere; si tamen res suæ naturę relinqueretur, solum produceretur ignis Romæ, & ad Deum pertineret, vel conseruare hic materiam sine forma, vel aliquam formam in materia introduce-  
re.

221 Rogabis, quid si hominis sistentis Romæ, & Compluti in vno loco scindatur vena, vel vulnus infligatur, non vero in alio. Respondetur, separationē partium, scissionem venæ, & sanguinis fluxum fieri, non posse absque motu locali, & acquisitione nouæ præsentia: nouã autē præsentia corpus in duplici loco constitutū acquirere nequit, vt supra ostēdi: atque adeo non poterit, homo duplici loco constitutus, aut gladio occidi, aut securi percuti, sicut de cor-

poribus penetratis philosophatur Vazquez supracitatus. Pertinet tamen ad Deum conferre virtutem agentis naturalis, vt valeat scindere venam, & virtutem sanguinis, vt fluere possit.

222 Plura alia argumenta, & dubiola, quæ hic excitari possunt, omittimus, ne breuitatis limites transgrediamur; tum etiam, quia ex dictis facilè dilui poterunt. Præ oculis semper habe, in corpore, non esse potentiam actiuam, aut passiuam omnino naturalem ad essendum in loco per veram præsentiam, nisi omnis præsentia illius corporis amittatur: amissis autem duabus præsentijs, poterit corpus aliam habere, & non alio modo, quoniam vnum corpus potentiam naturalem habet ad

suscipiendas plures præsentias successinè,  
non vero simul.

DIS

## DISPUTATIO SECUNDA

## De loco intrinseco, quod est vbi.

**D**IXIMVS, disputatione præcedēti plura de natura loci, quorū intelligentia magna, ex parte dependet, ex dicendis in hac disputatione de vbi, quod est locus intrinsecus; quoniam non ambit; & circumdat corpus extrinsecè, sicut vltima superficies, sed intimè vnitur, & modificat corpus, vt eius modus, de quo solita breuitate in hac disputatione agemus.

## DVBIUM I.

## Quid sit vbi.

223 **D**ari vbi, seu localem præsentiam distinctam à loco intrinseco, quem explicuimus, testatur Aristoteles dicens, quidquid est alicubi est, & communis, & vera sententia fert. Quod autem hoc vbi debeat esse intrin-

secum, & non possit, esse res positua in loco per extrinsecam denominationem ab extrinseco desumptam loco. Patet, quia motus localis cum sit actio, debet esse vera effectio, habereque verum effectum, sed si non daretur, vbi, motus localis realem effectum, non haberet. Datur, ergo præter locum cum extrinsecum vbi intrinsecum, quod peculiare constituit prædicamentum, vt asseueravi tractatu quinto Logica, disputatione quinta, dubio secundo: non posse dari, actionem, sine termino producto ostendam libro tertio de anima.

224 Confirmatur, quia quilibet res ex se est indifferens, vt existat hic, vel alibi, ergo debet assignari aliquod accidens, à quo proueniat esse, hic potius, quam alibi, sed hoc, non est aliud nisi vbi. Datur, ergo modus intrinsecus determinans rem, vt sit potius

Na 2 in

in hoc loco, quam in illo, qui modus vbi, seu presentia localis. intrinseca appellanda est.

3 Hoc vbi, quod dari diximus, est quoddam accidens modale intrinsecum subiecto, à quo prouenit, vt quælibet res in spatio determinato, & fixo immobilis constituitur, qui sic solet diffiniri. *Vbi est presentia rei in spatio locali.*

*Suarez.* Consule Suarez tomo secundo metaphysicæ, disputat. 51. sect. 1.

4 Displicet cuiusdam neotericis de presentia diffinitio. Presentia localis est modus immobilis corporis mobilis. Tum quia clarior, non est suo definitio, tum præterea, quia aliter vbi definiendum exigere: nam vbi est modus absolutus (vt inquit hic author) ergo non est immobilis, nec fixus. Patet consequentia, quia vt ipse ait, vbi seu presentia non dependet à loco imaginario, neque à corporibus externis ambientibus, ergo potest vbi, de vno loco in alterum mutari, vel saltem poterit vna eademque presentia, idem corpus Romæ existere, & Compluti: si vbi est absolutum, & nullatenus à loco reali, vel imaginario pendet, cur lege absoluta vnum corpus Romæ, & Compluto nequibit eodem vbi præesse. Si er-

go hic fatetur author, presentiam qua corpus huic loco, alteri loco etiam Dei absoluta potentia ad esse non posse, necessum est, vt fateatur, hanc presentiam ab hoc loco dependere, dependentia vero ab alio, respicit aliud.

Dices, spatium imaginarium est ens rationis, nequibit ergo vbi ad spatium imaginarium respectum dicere transcendentem. Suarez tomo secundo metaphysicæ, disputatione 50. sect. 1. & Hurtado, disputat. 14. physicæ, sect. 2. fatentur libenter, spatium imaginarium nihil esse reale, nihilominus tamen, presentiam cuiusvis creaturæ includere habitudinem transcendentem ad illud, quoniam existimant transcendentem habitudinem, non postulare positium terminum reale. Quæ doctrina valde mihi arridet, nam sæpè intellectus negationes priuationes, & alia huiusmodi cognoscit, & tunc ad ea eius cognitiones habitudines transcendentales dicunt, nihil ergo reale est spatium imaginarium, sed capacitas quam considerare valeamus in ordine ad potentiam, & capacitatem quam habent corpora ad replendum illud: sit igitur in imaginario spatio quædam non repugnantia, vt replatur corpore, vel

5

*Suarez.*

Vel dicito, presentiam dicere respectum ad corpus, quod est possibile in illo imaginario spacio suscipi, & ab illo spacio expelli.

6 Petes, à qua causa producat vbi. Respondetur, interdum vbi à proprio subiecto dimanare, tale est vbi naturale, quod vel producit sine successione à proprio subiecto, vel per motum localem prouenientem à principio intrinseco. Interdum causari ab extrinseco impellente, tale est vbi per motum violentum acquisitum. Interdum à solo Deo produci, vt vbi supernaturale, quale est, quod habet Christus existens in Eucharistia.

## DVBIUM II.

## Quotuplex sit vbi.

1 Vbi multiplex esse assero, nam in primis diuiditur vbi in circumscriptiuum, & diffinitiuum, cuius diuisionis meminimus tractatu illo 5. logicæ, disput. 2. dub. 2. & disput. 5. dub. 2. *Vbi circumscriptiuum est, vbi rei, quæ à superficie externa circumscribitur, aut ex modo, quo est in loco circumscribi potest, per oppositum vero, vbi diffinitiuum est,*

*vbi rei quæ ex modo, quo est in loco ambiri, & circumscribi non potest à superficie externa, vnde sola quantitas circumscriptiue esse in loco valet; & aliæ res per ipsam. Res vero spirituales, & omnes res corporeæ, à quantitate separatæ non sunt in loco circumscriptiue, nec semper quantitas circumscriptiue est in loco, sed quando taliter est in loco, & per talem correspondentiam, vt à superficie externa circumscribi queat. Quantitas enim corporis Christi existens in Eucharistia, quoniam ex modo, quo est in loco circumscribi nequit, non circumscriptiue, sed diffinitiuè dicitur esse in loco. Imo nonnulli adeo strictè circumscriptiuam presentiam accipiunt, vt cælum empireum non esse in loco circumscriptiue asserant, eo quod actu superficie concava non circumscribatur, nec in loco, ab Aristot. diffinito sit. At nimis stricta circumscriptionis acceptio est, & ideo etiã corpus, quod actu non circumscribitur, si in rigore Aristot. non loquamur, dummodo circumscribi possit, circumscriptiue esse in loco, asserendum est.*

2 Modernus quidam Complutensis, hanc celebrem, receptamque presentiam localis

*Io. Martinez.*

lis diuisionem contemnit, in merito tamen, nā vetustas diuisiones, ac diffinitiones antiquas venerari tenemur, præfata vero diuisio omni est ueneratione digna, quoniam alata est ab Angelico Doctore 1. part. quæst. 52. artic. 2. Ipsum audite: *Corpus est in loco circumscriptiue, quia commensuratur loco, Angelus autem non circumscriptiue, cum non commensuratur loco, sed diffinitiue.*

3 Deinde diuiditur, ubi in corporeo, & spirituale, tanquam in duas species subalternas: continet enim quodlibet membrum diuidens plura ubi specie differentia. Ubi corporeo illud est, quod ex se petit habere extensionem partium, saltem in ordine ad substantiam, ita, ut sicut subiectum constat punctis, lineis, & superficiebus, id etiā ubi proportionaliter tribuendū est, & regulariter ubi corporeū ita facit corpus præesse loco, ut quodlibet punctū illius ubi collocet punctum corporis in puncto spatij, & quælibet pars ubi partem subiecti in parte spatij constituat. Si vero ubi supernaturale sit, quale est ubi Christi existentis in Eucharistia extensionem in ordine ad locum in eo non queras, nam Christus est totus in toto spatio, & to-

tus in qualibet parte spatij ad modum spiritus.

Ubi spirituale cuius existentiam negat Vazquez <sup>4</sup> *Vazquez* tomo 2. in primam partem, disputatione 195. capit. 5. & solita eruditione, probat Suarez disputatione 51. metaphysice, sectione 3. & 4. illud concedendum, nequit habere extensionem ex parte subiecti, cum tam Angelus, quam anima rationalis omnino indiuisibilis sint, potest tamen habere extensionem, si successiuum sit, tam in ordine ad spatium, quam in ordine ad durationem. Reperitur hoc ubi in duplici substantiarum genere, in Angelo scilicet, & anima rationali: diuersimode tamen, nam hoc fertur discrimen inter utrumque ubi, quod anima rationalis non potest prohibito toti corpori non præesse, at vero ubi Angeli, licet habeat spheram, ut non possit Angelus præesse maiori spatio ultra terminum sibi constitutū potest tamen prohibito intra suam spheram se in maiori, & minori spatio constituere: imo, & plures Theologi existimant, se constituere in extremis spatij, & non in medio, sed de ubi spirituali, non magis, nam difficultates quas continet à Theologis sunt disceptandæ. Di-

5 Diuiditur tertio, ubi in naturale, & supernaturale. Naturale est, quod alicui entitati naturali debetur, & in illius potentia naturali subiectatur: huiusmodi sunt ubi Angelorum, anime rationalis celorum, & sublunarium. Ubi supernaturale subdiuidendum est, in ubi supernaturale, quoad substantiam, & in ubi supernaturale quoad modum. Ubi supernaturale quoad substantiam est illud, quod, vel est proprium entitatis supernaturalis, ut vnionis hypostaticæ gratiæ, &c. vel quod rei naturali miraculoso modo tribuitur, & miraculoso modo rem facit præesse, & in potentia obedientiali illius subiectatur, quale est illud ubi sacramentale, quod Christus habet in Eucharistia, & hoc ubi dicitur entitati supernaturale. Aliud est ubi supernaturale quoad modum, quod facit rem præesse, sicut alij modi naturales per correspondentiam partium ad partes, quale est ubi corporis constituti in duplici loco.

6 Quarto diuiditur ubi in permanens, & successiuum, ubi permanens est illud, quod conuenit rei in esse quieto. Ubi successiuum est illud, quod habet partes post partes quibus, subiectū cor-

respondeat successive diuersis partibus spatij. Quod contingit quotiescumque corpus successive mouetur: cum enim per quamcumque partem motus acquirat nouum spatium, necesse est, ut acquirat nouum ubi; & sicut per motum localem nouum spatium acquiritur, & aliud deperditur; sic acquiritur noua pars ubi, & amittitur alia.

### DVBIVM III.

*Vtrum tot sint ubi, quod sunt entia?*

Vazquez tom 3. in tertiā <sup>1</sup> partem, disputatione *Vazquez* 189. capit. 4. & disputatione *Rubio* 190. capit. 3. & tom. 2. in secundam partem, disputatione 195. capit. 3. & Rubius hic questione 3. vnicum solum ubi composito naturali concedunt: pergunt tamen longe diuersa via, nam Vazquez soli quantitati ubi concedit, & ex ea ad substantiam derivari. Rubius vero soli substantiæ, & ex ea quantitati, & reliquis accidentibus communicari autumat. Suadet sibi vnum tantum dari ubi in composito naturali. Primo quoniam si multiplicarentur ubi

vbi pro diuersitate entitatū, & accidentium, sequeretur tot motibus moueri compositum, quot habet accidētia, id videtur ridiculum, & absurdum.

Confirmatur, quia Aristot. 5. physicorum, cap. 5. docuit accidentia subiecti per accidens ad motum subiecti moueri.

Secundo, quia vna quantitas sufficit, ad denominandum totum compositum quantū, extensum, figuratum, & simul omnia accidentia, quæ sunt in illo, ergo similiter vnum vbi sufficit ad vbicandum totum compositum, & omnia accidentia, quæ in illo sunt.

Opposita sententia, quæ tot esse vbi, in cōposito quot sunt entia asserit, verisimilior est, defenditurque à Suarez tom. 2. meth. disput. 5. 1. sect. 5. Valentia 3. part. disput. 6. quæst. 4. punct. 1. Hurtado disput. 14. physica, sect. 4. & ab alijs recentioribus.

Probatur primo, quia quando compositum de loco in locum mouetur, non solum quantitas, sed substantia, & reliqua entia mouentur, sed per motum localem acquiritur aliquis terminus intrinsecus, ergo quodlibet ens suum habet vbi.

Secundo probatur, quia tā

substantia quam plura accidentia, verbi gratia, albedo, possunt absque quantitate cōseruari, sed ablata quantitate essent per propriū vbi in loco, ergo habent antequam quantitas auferatur distinctum vbi, ab vbi quantitatatis, quod dubio sequēti poterit, cum Angelum esse per proprium vbi in loco cōtra Vazquez assereremus.

In primo opposita sententia argumento renuunt nonnulli concedere, tot motus in cōposito naturali, quot sunt entia: ego vero libenter concedo totum, quod argumentum suadet, & totum illā motuum multitudinem admitto, quoniam nec absurdum, nec ridiculum id mihi concedere videtur: nihilominus tamen quoniam compositum dicitur vnum, licet constet pluribus entitatib⁹, ideo dicitur absolute vno motu moueri, quia plures motus sumuntur per modum vnius.

Quod si inquiras: à qua causa tot motus orientur, respōdeo, oriri ab entitate cuius dicitur motus, nā mota quantitate, occasione arrepta, reliqua entia illi quantitati cōiuncta per se præsentia loco, & per se mouentur, & solum per accidens dicuntur præesse præsentia circumscriptiua.

Con

Confirmatio robur nō habet, nam Arist. verbis allegatis solum signauit, accidentia moueri, & præesse locu motu quantitativo, & præsentia circumscriptiua per quantitatem atq; adeo per accidens, siue quod idē est per aliud, quod nos in genere fatemur.

Ad secundum respōdetur, concesso antecedenti negando consequentiā: & ratio disparitatis est manifesta, nam quantitas natura sua est impenetrabilis, & incompatibilis cum altera quantitate in eadē parte subiecti, & ideo nequeunt materia, & forma diuersas habere quantitates, sed vnica quantitate forma materia, & accidentia denominantur, ideoq; vna quantitas sufficit. At vero cum præsentia, & figura situalis non sint impenetrabiles, ideo possunt plures dari in eodē cōposito. Accedit, quod quantitas est passio solius materiæ ab ipsa sola dimanans, vbi autem non solum à materia, & quantitate, sed à quacumque alia entitate pullulat.

De modis, vt de qualitibus, & reliquis entitatibus absolutis phylosophatur Suarez satis probabiliter, si à regula generali, quæ modos per præsentias reales à præsentijs rerum, quarū sunt modi ex natura rei distinctas præ

esse loco statuit, hos modos excipias. In primis excipe præsentiam localem nam sicut existentia non datur existentia, nec subsistentia subsistentia, nec actionis actio, sic nec præsentia datur præsentia: præsentia enim facit rem esse in loco, & se ipsam eidem loco loco præesse. Excipiendus est etiam motus qui non præest loco per præsentiam, quæ est eius terminus quoniam censetur illi veluti extrinseca, quia in motu non subiectatur: nec præest per præsentiam à sua entitate distinctam, & in ea receptam, quoniam necessaria non est, eo quod motus sit præsentia in fieri, & ita motus est affixus spatio huic, vt nec per Dei absolutam potentiā valeat non correspondere ei. Si ergo motus essentialiter est affixus huic spatio, sicut & præsentia nō indiget præsentia, qua reddatur fixus, Et ob hanc rationem modis, qui essentialiter locum determinatum respiciunt, nō immerito Hurtado supra citatus, vbi à se distinctum negauit. An autē relationes, & actiones, & alij modi, qui rationē viæ cōtinent in suo conceptu, præsentia per vbi à suis entitatibus distincta, res est parui pendēda; philosophare ad libitum.

Oo DV.

Suarez.  
Valentia  
Hurtado

5

8

9

6

7

10  
Suarez.

## DVBIUM III.

*An Angelus sit in loco.*

bertate, & prohibito inquit hic author, quem sequentibus impugno rationibus.

Prima ratio desumitur ex incredibili productione vnionis Angeli ad corpus, facilius namq; creditu est, quoties vnio producitur, vbi Angelicum per motum localem generari. Egre enim præcipitur, quo pacto vnione spiritali corpori iungatur spiritus; & an sit illa vnio extensa, eo quod Angelus est in se per eam corpori vnitur. Ac tandem, quod Angelus tot producat vniones, quot sunt corpora in spacio, quod per trāsire vult. Immo etiam si Angelus nō sit inmensus nō nunquam tenetur fere infinitos modos producere vnionis. Angelus sane qui primū mobile mouet, vnitus est ipsi, cū autem primum mouile summa velocitate circulari mouetur motu; necesse est, vt Angelus omnibus illius cæli partibus perpetuo vnietur: ac seiungatur, quod quam incredibile sit quis non videat.

Secūda ratio summitur ex illa communi receptaq; doctrina aientiam, Angelum cum ad nos venisse legitur, terris præesse, & præsentiam localem quam in cælo habebat amittere; si autē per vnionem præest loco, cur non poterit, cælo, terra, & vtriq; asistere

simul orbi, terrestri, ac cœlesti vnire se corpori.

Tertia ratio sit. Etiā si nullo corpus moueretur in rerū natura, posset Angelus moueri, ergo nō mouetur per accidens, & extrinsece, sed intrinsece, & per se. Sed vt compertum est, posset Angelus vnitus lapidi vniri ligno, sed moueri Angeli est de vno ad alterum transire locum, amittendo vnionem, & alteram acquirendo de nouo, ergo & si omnia corpora essēt in motu, posset moueri Angelus. Cōsequentia patet, quia quod per accidens mouetur, tale dicitur, quia aliud mouetur per se, sed nullū corpus mouetur, ergo si spiritus mouetur, mouetur per se. Si omnibus corporibus immotis Angelus relinquit locum, & locum acquirit; cur per se moueri, & præesse loco inficiari valemus? Alia occurrunt argumenta, quæ breuitati cōsulens ommitto, quoniā in read Theologos speçante breuius, quam par est, procedere opere prærium duco.

Vera recepta & explausibilis est opinio, quæ Angelis

propriū vbi tribuit; eosq; per se moueri, ac esse in loco concedit, Idem dictū putat de anima rationali, & de quātitate Christi in Eucharistia. Sunt namq; in loco Angelus anima, & Christus Dominus dnm est in Eucharistia, diffinitive, hæc est, non per correspondentiā partium locati cū partibus loci. Patet, nam Angelus, & anima rationalis partium, & extensionis sunt ex partes, Christus Dominus licet propriam habeat quantitatem propriamq; partium extensionem, & ob id esse valet circūscriptiue in loco, est tamen in Eucharistia indiuisibili modo, totus in toto, & totus in qualibet parte, sicut etiā Angelus (dictū putat de anima) est totus in toto, & totus in qualibet parte spatij, per quodam definitiuum vbi: plura scitu digna disceptanda super sunt; quæ nunc haud quaquam agitare licet & si in disceptatis aliquo moueris scrupulo, illum exacte de Angelis acturus eximet Theologus.

*Conclus.*

**A**lienā prorsus esse à philosophico instituto præfatam quæstionem haud quam abnego: ob idq; perfunctorie eam enodabo; eandem prorsus in Theologia ex professo agitaturus Deo dante: solumq; in præsentiarum Gabriellem Vazquez ad disputandū prouoco, qui tom. 3. in 3. part. disp. 189. asseueravit, Angelum per accidens, per extrinsecā denominationē, & solius ratione quantitatis esse in loco ac posse moueri. Eundem prorsus modum effendi in loco animæ rationali, & corpori Christi Domini in Eucharistia tribuit: solāq; quantitatem proprie, & per se habere vbi, & proprie moueri affirmat: atq; adeo ablatā quantitate omne ens creatum esse nullibi: nullibi enim sunt, si ab homine quantitatē demas, anima, materia, & omnia eius accidentia.

Vt autē Angelus vere præesse loco dicatur, quosdā vnionis modos communiscitur quandamq; Angeli, & corporis inuenit consuetudinem, qua Angelus vniretur corpori, & huius vnionis modū Angelos producere pro innata sua li-

asistere



DISPUTATIO TERTIA.

De vacuo.

**P**OST disputatio-  
nem de loco dis-  
putatio sequitur,  
de vacuo, quod  
adeo affine est loco, vt nihil  
aliud supra locum addat, ni-  
si priuationem locati; est  
enim vacuum locus carens  
locato.

DVBIVM I.

*An detur vacuum in na-  
tura?*

**D**Vpliciter vsurpatur va-  
cuum. Primo negatiue,  
pro spatio imaginario, qua ra-  
tione dici solet extra cœlos  
esse vacuum, vel vt proprius  
loquamur, innane. Secundo  
sumitur vacuū priuatiue pro  
vero scilicet, & reali spatio  
capaci corpore, & vacuum  
hoc secundo modo sumptum  
diffiniuit Aristot. hic textu  
54. dicens: *Vacuū est locus  
non repletus corpore, aptus ta-  
men repleti, & de hoc vacuo,*

præfens procedit disputa-  
tio: & inquirimus, an detur,  
sit ve possibile lege ordina-  
ria: nam lege Dei absolu-  
ta, dari posse vacuum nã-  
mo inficiabitur. Posset enim  
Deus dextruere spheram ig-  
nis, & spatium, quod occupa-  
t non replere alio corpore,  
nec permittere, vt ab  
aere, vel ab alio corpore re-  
pleatur de potentia genera-  
li ordinaria deciditur dubiū:  
an scilicet dari possit vacuū  
virtute naturali, & si repug-  
nat, qua de causa repug-  
ner.

Allatam diuisionem va-  
cui in negatiuum, & positiuum  
derridet quidam Complu-  
tensis modernus, eo quod  
existimet, improprie inter-  
uallum dici spatium imagi-  
narium, ipsumq; imagina-  
rium spatium cauillatur, &  
quia illud ad scholas (vt exi-  
stimat) attulit vulgus vul-  
gum carpit. Euolue Angeli-  
ci Doctoris opera, & ipsum  
inueniens locum imagina-  
riū, imaginariumque tempus

<sup>2</sup>  
Io. Mar-  
tinez.

no.

nobis proposuisse verba eius  
refero, 1. par. quæst. 46. art. 1.  
*Dicito quod Ly prius designat  
aeternitatem temporis imagi-  
nari, & non realiter existens  
sicut cum dicitur, supra  
cœlum nil est, Ly supra, de-  
signat locum imaginatum tan-  
tum secundum, quod possibi-  
le est imaginari dimensionibus  
cœlestis corporis dimen-  
siones alias superaddi.* Atu-  
lit ergo Sanctus Thomas ad  
Scholas locum imaginarium,  
atque ad eò imaginarium va-  
cuum.

<sup>2</sup>

Pars affirmatiua suadetur  
primo, quia vel quando cor-  
pus mouetur, de loco in lo-  
cum, mouetur in plenum, &  
sic dabitur duorum corporū  
penetratio; quam abhorret  
natura, vel in vacuum, & sic  
habetur intentū. Secundo sua-  
detur, quia cœlum empyreū  
quadratum est iuxta illud A-  
pocalypsis 21. *Ciuitas in qua-  
dro posita est, & cœlum quod  
decimum esse aiunt philoso-  
phi, & finitimum cœlo empy-  
reo, est sphericum, quod re-  
plere nequit angulos quadri,  
ergo relinquitur ibi vacuum.*

<sup>3</sup>

Tertio, quia si duæ tabulæ  
æqualiter, & omnino planè  
coniungantur, ita vt nil aeris  
mediet, poterunt ita separa-  
ri, vt non prius ab vna parte,  
quam ab altera discedant: sed  
tunc non potest aer simul in-

gredi ad replendum spatium,  
quod remanet in medio, er-  
go ibi saltem pro breui tem-  
pore daretur vacuum.

4

Quarto, si vas ferreum aqua  
calida repleatur, & eius oc-  
cluderetur os, deindeque cō-  
densaretur aqua, & redige-  
retur ad minus spatij, daretur  
aliquod spatium vasis vacuū,  
cum nullum sit corpus, quod  
loco aquæ possit succedere.

5

Quinto, si folles habentes  
clausum orificium explicen-  
tur, dabitur vacuum.

6

Constans est omnium phi-  
losophorum sententia negās  
dari, aut dari posse virtute  
agentis naturalis vacuum in  
rerum natura. Hęc sententiā  
aperta docet experientia: vi-  
demus enim, ascendere gra-  
uia, & descendere leuia, ne  
detur vacuum, sic aqua ascen-  
dit in cisternæ, & cucurbita  
vitrea vtuntur medici ad ex-  
trahēdos humores, & in alijs  
innumeris rebus id patet.

Conclus.

7

Age vero explicemus ra-  
tionē quare natura tanta an-  
gatur sollicitudine, ne detur  
vacuum, & illud euitare ad eò  
solicite elanoret, quod pul-  
chrè philosophus primo, me-  
taph. c. 2. explicuit inueniens:  
*Opportet mundum hunc infe-  
riorem continguum, esse latio-  
nibus superioribus, vt inde  
eius virtus regatur, & gauer-  
netur.* Quasi diceret omnem

Oo 3 hu,

huius mundi inferioris, corporum scilicet sublunarium gubernationem à cœlestibus pedere influentijs, quæ in hæc inferiora transire nequeunt, si spatium aliquod vacuum intercederet; quoniam nullum agens naturale potest agere in extremum, quimi agat in medium; sed si esset vacuum in medio, non posset ibi agere corpus cœleste, ergo nec posset agere in extremum: si autem non influerent orbes cœlestes, tota huius mundi inferioris machina dissolueretur, & ideo natura concordiam, ac cōtigitatem corporum amat, eorumq; dissolutionem reformidat.

Ad primum argumentum in contrarium allatum respondetur, corpus cum de loco in locum mouetur, moueri in plenum, euacuandum tamen. Quid autem sit prius huius corporis euacuatio; an præsencia alterius corporis ex dicendis tractatu sexto, & tractatu de generatione constabit.

Ad secundū respondetur, cœlum empyreum in superiori parte esse quadratum, & habere superficiem conuexam: in parte vero inferiori, esse sphericum; & habere superficiem concavam quæ (vt fertur vulgo) decimum cœlum amplectitur, &

sic nullum relinquitur vacuum.

Ad tertiū respondetur, nulla vi posse illas duas tabulas simul, & æqualiter ex omni parte separari, sed prius ex vna parte, quam ex altera debere separari, nederur vacuum. Casus ille quarti argumenti moraliter est impossibilis: difficillimum enim est, vas illud adeò stricte occludere, vt saltem pori, non remaneant ad ingressum aeris tenuissimi; illo tamen casu dato, si congelaretur aqua ipsum vas quantuncumque fortissimum confringeretur, quoniam natura vacuum, non permittit.

Ad quintū argumentum respondeo, ita naturam vacuum abhorreret, vt quisque coneretur vtriculos explicare, si ingredi aer nequeat, necessario eos dirumpat.

## DVBIVM II.

*An virtute Angelica possit dari vacuum in natura.*

**M**anifestum est, non posse Angelum causare vacuum, cum enim hoc sit contra communes leges huius

vniversi, quas Angelus inuenerit, non potest iuxta illud Pauli ad Hebræos: *Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ*; inde fit, Angelos, non posse vacuum causare. Sed statim insurgit difficultas; an Angeli, non possint causare vacuum ob defectum propriè virtutis, an ob defectum concursus Dei nolentis illum tribuere, ne tantum damni toti naturæ tribuant.

**Rubio.** Rubius hic quæstione secunda, Hurtado disputatione decima quarta, physice, sectione sexta, & Collegiū Carmelitanum, negant Angelis virtutem ad causandum vacuum eo quod in Angelis vis, non sit ad superandum vim, quæ corpora ad replendum vacuum tendunt. Si huius opinionis fundamentum disquiras, quare scilicet non possit Angelus, detinere corpus, quod ad replendum vacuum pergat: respondet nouissimè

**Francisco.** Frâco Lusitanus tractatu primo, quæstione decima sexta, capite quarto, non posse ab Angelo vacuum causari propter resistantiam maximam, quam habent corpora, vt impediunt vacuum. Caterum ostendi non potest, quare Angelus nequat hanc vincere resistantiam. Valet Angelus orbem mouere cœlestes, mon-

temque ex aliquo loco in alium transferre; cur non poterit aerem tenere, ne repleat vacuum?

Suarez tomo secundo, metaphysicè disputatione 35. sectione quarta probabilius docet, intelligentiam propriam virtute secundum se, & nude considerata, posse per motum localem inuerrere dispositionem totius vniversi, & causare vacuum, considerata tamen virtute Angelorum, vt est sub legibus prouidentie Diuinæ, non potest rerum ordinem immutare, & causare vacuum, quia impedire nequit, vt corpus loco alterius succedat: nequit (inquam) non defectu virtutis intrinsicæ absolutè consideratæ, sed defectu concursus Dei, qui vt author naturæ tenetur, hoc conseruare vniversum, & non concurrere ad actiones mundi destruetivas, & vniversum inuertentes.

Virtutem intrinsicam ad causandum vacuum, esse in intelligentijs. Patet, nam Angelus potest impedire, ne aqua ascendat in Clisterem ad replendum vacuum, potestq; duo corpora in partes mouere contrarias, & impedire, ne corpora confluant ad spatium relictum: virtus enim, quæ corpus tendit ad replendum vacuum,

*Assertum Suarez.*

cuam, cum sit finita, & limitata, corporisque imperfecti, poterit virtute Angelica superari, hanc autem virtutem activam, nunquam exercere, & Deum sua providentia, non fore daturū concursum testatur Paulus supra allegatus, & declaravit Augustinus 18. de Civitate Dei dicens: *Credendum est, nec demonem, seu Angelum aliquid operari, secundum suam naturam potentiam, nisi quod Deus permiserit.*

August.

5 Dices: Deus tenetur lege naturæ suam præbere concursum ad ea, quæ agentia causare valent, & illum non tribuere est supra naturam, & miraculosum, ergo si in Angelis est virtus naturalis ad causandum vacuum, tenebitur debito, & lege naturæ Deus suum Angelis ad inuertendum uniuersum, & causandum vacuum præbere concursum, & non præbere erit miraculū, Deus autem miraculosè, non conseruat uniuersum, nec nobis miraculis eius damna auferit, & impedit. Respondeo illud antecedens, & regulam generalem exceptionē pati; nam Deus præbet suum concursum omnibus causis, in particulari ad omnes actiones, quas causare valent, nisi commoue damnum uniuersi sequatur; tenetur enim legibus naturæ, ut natura author prouid-

dere bonum commune uniuersi, & commune damnum evitare: & consequenter tenetur, negare concursum ad operationes, quæ sunt in damnum commune machinæ mundialis, atque adeò debito naturæ, non miraculosè intelligentijs concursum ad causandum vacuum negat.

DVBIVM III.

*Qua virtute moueantur corpora, ne detur vacuum in natura.*

IN primis audiendi, nō sunt authores tribuentes motū, quo corpus ad mouendum corpus tendit, Deo soli, Angelis, vel cælestibus influentijs. Nā aptior congruentiorque modus philosophandi est, virtutem replendi vacuum ipsis tribuere corporibus. An autem virtus ista sit in corpore, quod discedit à loco, an vero in corpore, quod loco illius corporis succedit, rogatur in presenti: vbi cumque autem sit hæc virtus dicendum est, non esse qualitatem superadditam, ut falso opinatur Conimbreses hic quæstione prima, articulo quarto, sed esse ipsam corporis entitatem habentem virtutem, & inclinationem à se

Conimb.

2 à se, ex natura rei distinctam. Plures philosophi docent virtutem, esse in quolibet corpore, qua tendat ad replendum vacuum: quam sic explicant, constituunt in quolibet graui (& eadem est de leui proportionalis ratio) duplicem inclinationem, alteram specialem, qua deorsum mouetur, & alteram: uniuersalem, à qua mouetur sursum, ne detur vacuum: propter has duas inclinationes vtrumque motum, esse naturalem arbitrantur: nouissimè hunc dicendi modum sequitur Sala disputat. 2. quæst. 2.

Sala.

3 Gabriel Vazquez tomo 1. in 2. 2. disputat. 25. cap. 4. asserit, virtutem propter quam non datur vacuum, esse attractiua, quam habent omnia corpora, ut si moueantur, trahant alia secum: est enim inter corpora, quædam colligatio, & concatenatio, qua coniunguntur corpora, ex qua societate prouenit, quod corpus moueatur ad motum alterius, cui coniunctum est. Quando ergo in clistere sursum aqua leuatur, non ascendit aqua, quia virtutem activam habeat ad illum motum sursum, sed quia auocatur ab aere, nam extrahens aërem mediate extrahit aquam, quæ modum dicendi amplecti videtur Magister Lorca tomo

Lorca.

primò, in primam secundam, sectione secunda, disputatione quarta, quatenus asserit, ascensum corporis grauis ad replendum vacuum, esse violentum.

Vterque modus dicendi facile defendi potest, hic tamen secundus sustinetur facilius, & ideo est eligendus. Assero, ergo, agens, quod extrahit corpus alteri vicinum, attrahit etiam aliud corpus, quod quasi concatenatum cum primo est, attrahit (in quam) violentè; nam motus, quo aqua ad replendum vacuum eleuatur violentus est, quia aquæ, grauis cum sit, solum motus deorsum est naturalis.

4 Conclus.

Suadet hoc assertum manifesta experientia, qua ille, qui aërem extrahit ex fistula, sentit pondus, & difficultatem in extrahenda aqua, quod contra suam inclinationem, & violentè attrahitur; ergo signum est, agens trahens immediate corpus alteri vicinum, attrahere etiam aliud, quod illi est coniunctum: atque adeò aquam, non moueri sursum à principio intrinseco aquæ, sed ab extrinseco, & non naturaliter, sed violentè moueri, ut Magister Lorca, & Vazquez asse-

uerant.

DVBIVM III.

*Vtrum corpus in vacuo constitutum possit moveri, & si moveatur vtrum in instanti.*

**T**itulus supponit dubij, dari posse vacuum, & hac data hypotesi inquiritur: an per istud vacuū, & intra illud corpus moveri possit naturaliter; nam de potentia absoluta proculdubio est, posse moveri & an iste motus instantaneus; an successivus, & temporaneus sit.

**2** *Pereira.* Pereira lib. 5. suae philosophiae cap. 1. aetiam, corpus non posse per vacuum moveri, & eadem motum si daretur, fore instantaneū, Probat solum placitum primū, quia omnis motus localis dependet ab influxu caelesti, sed hic effectus communicari, non potest in vacuo, ergo nullum corpus potest moveri in vacuo. Confirmatur, quia motus localis, ideo localis est, quia fit in loco, & a loco dependet, & cum illo commensuratur, sed in vacuo nullus est locus, ergo non potest in illo fieri motus localis.

**3** Secundo probat, quia si motus fieret in vacuo fieret necessario in instanti, quod im-

plicat. Patet, quoniam successio motus provenit, vel à resistantia intrinseca, vel extrinseca, ipsi corpori, quod movetur, sed lapis in vacuo constitutus, nō resistit intrinsicè ad motum deorsum, sed potius inclinatur ad ipsum: nec esset resistantia extrinseca, cum in vacuo nullum sit corpus impediens motū, ergo motus, si fieret in vacuo, fieret in instanti.

**4** Omnium est philosophorū consensus, posse corpus moveri naturaliter per vacuum, talemque motum futurum esse, non instantaneum, sed in tempore. Sic *Vazquez* l. p. disp. 167. cap. 9. & reliqui recentiores. Prima pars huius asserti probatur, nempe posse corpus naturaliter in vacuo moveri ex suppositione, quod vacuū supernaturaliter daretur, quia licet in vacuo corpus, non acquireret aliquod spatium reale, acquireret tamen novum vbi reale, & naturale, sed hoc sufficit ad rationem motus, ergo potest dari motus in vacuo. Maior patet, nam posset Angelus parare arcum, & per illum emittere sagittam, & si Deus vacuum efficeret inter caelum, & terram constitueretque vacuum iuxta supremam partē certe lapis ad ima descenderet.

Quod talis motus in vacuo esset successivus, atque aded, non

non instanti, sed in tempore. Probat, quia si vacuum, v.g. esset viginti vulnarum, & corpus, quod moveretur esset vnius vlnae, non posset tale corpus, in omnibus partibus vlnarū, & simul omnes viginti vlnas occupare, ergo prius esset in vna parte vacuum, & deinde in alia, & alia successivè.

**6** Ad primum argumentum *Pereira* respondetur, negādo maiorem, non enim omnes motus localis pendent ab influxu caelesti. Ad confirmationem dico, motum localem realem appellari posse dupliciter, vel quia fit in loco extrinseco reali, & per praesentiam realem, vel quia licet, non in reali loco fiat, mutatur locus intrinsecus, praesentia scilicet realis, & hoc

secundo modo motus in vacuo realis dicitur: potest ergo dari motus realis, sine loco reali extrinseco, non vero sine loco reali intrinseco.

**7** Ad ultimum argumentum, respondetur, motus successivem, non provenire à resistantia corporis continentis, seu quod idem est à resistantia spatij, nec provenire à resistantia corporis, quod movetur, & continetur, sed ab ipsa natura motus, qui cū sit essentialiter entitas successiva debet habere partes, post partes teste philosopho quinto metaphysicè, c. 3. & ex natura corporis, quod movetur, quia nequit simul, esse vnum corpus in pluribus locis adaequatis simul tempore lege ordinaria.

DISPUTATIO QUARTA,

*De duratione, & tempore.*

**M**O T V S quem explanare in praecedentibus conati sommus, nō solum à loco, sed & à tempore, & duratione dependet, & cum eis mensuratur: quare explicato loco durationē necesse est explicare; sed quoniam dur-

tio est in duplici differentia, permanens scilicet, & successiva, vtriusque durationis natura est investiganda; agemus primo de duratione permanenti, aduri illico de duratione successiva, seu (quod idem est) de tempore.

## DVBIUM III.

*An duratio realiter ab essentia, cuius est duratio distinguatur.*

**D**ari durationē passim fatemur,asserentes vnam rem plus alterā durare, quam durationē esse diximus tract. 5. Logicae disp. 5. dub. 3. praesentiam rei in spatio imaginario temporis; sed vt magis, durationē permanentem; de qua loquimur explicemus: *Duratio est praesentia, seu perseverantia rei in suo esse*; huic durationi conuenit, eide mensurabilem passiuē; nam duratio, seu praesentia rei per tēpus veluti per mensuram acti uam notiore cognoscitur, & mēsuratur: sic homo per suam persistentiam, seu existētiā durari dicitur viginti annos, id est coexistit cœlorum, & solis circulationib<sup>9</sup> repetitis, quod viginti annos efficiēt; de hac duratione nō nihil dixi tract. 5. Log. disp. 2. dub. 7. & disp. 5. dub. 4. qualiter autē distinguatur duratio ista, & res, cuius est duratio; an ex natura rei; an solū beneficio intellectus, hic refertur; de qua re sunt duo contraria placita.

**V**azquez. Primū placitum est pluriū recentiorum aientium, durationē a re, cuius est duratio distinguui, ex nam rei sic Vazquez

1. p. q. 8. art. 4. Rub. hic q. 4. Sala disp. 3. q. 1. & Collegiū Carmelitatum, disput. 1. q. 3. quorum haec sunt praecipua fundamenta. Primū est, quia omnis creatura constituitur praesens in loco per ubi, quod est accidēs distinctū ex natura rei a creatura, ergo etiam constituitur praesens in tempore per durationē realiter distinctā ab essētia ipsius creature. Secundū, quia res in primo instanti suae productionis vere existit, & non durat, ergo duratio realiter differt ab essentia, & existētia rei cuius est. Paret antecedens; nā res, quae per solum instans existit, non durat, quia verbū *durare* permanentiā in tēpore significat teste Calepino qui ait: *Durare est persistere perseverare, & permanere longo tempore*, consequētia est manifesta; nā signū distinctionis realis est realis separabilitas, ergo si per instans res existit, & nō durat daturq; sine duratione, distinguetur a duratione realiter.

Verisimilius est contrariū placitum nullam actualem distinctionē, ex nā rei inter durationē, & rei existētiā constitutēs. Quod pater plures antiquos amplectuntur. Suarez tom. 2. metaph. disp. 50. seā. 1. & 2. Vazquez tom. 1. in 1. p. disp. 33. c. 3. & alij. Probat, quia existētia rei, quā a re sola ratio

Rubio.  
Sala.  
Carmel.

3

4

Suarez.  
Vazquez

ratione distinguui, suppono ex communi sententia, & ex distincta tract. 1. disp. 2. dub. 7. nō potest separari realiter a duratione, & inueniri nequit, aut existētia sine duratione, aut duratio sine existētia, ergo sunt idem realiter.

5

Ad primum argumentum oppositi modi dicendi respōdetur, negando paritatem, & ratio discriminis est, quia ubi seu praesentia localis talis conditionis est, vt possit acquiri de nouo, & deperdi per motum localem; manente re, cuius est mod<sup>9</sup>, & hinc, inferitur, realiter distinguui ab illa: duratio vero, nec de nouo acquiritur, nec de nouo deperditur, sed est ipsamet substantia existens, & durans.

6

Ad secundū respondet Suarez loco nuper citato, rem in primo instanti sui temporis in quo incipit esse, non durare, sed durationem verificari de re perseverante in suo esse per aliquod tempus, & durationem nihil addere praeter denominationem extrinsecam, quam denominationem res non habet in instanti, in quo incipit esse, habet tamen eam in tempore. Illustrat hanc solutionem exemplo, nam sicut productio, & conseruatio sunt eadē actio, & penes diuersa connotata, vel extrinsecas denomina-

tiones secernuntur: sic existētia, & duratio. Quod exēplū (meo videt<sup>9</sup>) non tenet, nam productionem prout distinguitur a conseruatione in sola extrinseca denominatione consistere, existimo.

Si liber, vt ere huius authoris solutione: ego autē in primo instanti suae productionis rem durare duratione instantanea arbitror, & de rigore sermonis Latini non curo, dum recto modo philosophandi aduersetur; & re vera si ad rigorem linguæ Latinae attēdamus, res persistens in spatio breui non potest dici durare, nam durare est longō tempore; permanere non breui, sic verbū illud sumūt Latini: Philosophi autem aliter, nam distinguere cum eis possumus duplicē durationē permanentem, instantaneam vnam, & temporalem alterā, quae penes diuersas denominationes extrinsecas temporis, vel instantis designantur: siue ergo res sit in instanti, siue in tēpore, siue viginti, siue decē annos durer, semper eadēdem habet durationē intrinsecam, diuersis tamen denominationibus extrinsecis denominatam. Hæc autem duratio nihil est nisi existētia reiconcepta, vt capax denominationis coexistētis ad tēpus, & durationem extrinsecam,

7

cam, & per eam mensurabilem, non ergo duratio addit supra rei essentiam aliquod reale, & prædicamentale accidens, sed ipsa rei existentia, ut capax est denominationis coexistentis durationi extrinsecæ reali, vel imaginariæ.

8 Vnde quid supra essentiam, & existentiam addat duratio compertum est, non enim addit negationem destructionis rei, ut arbitrati sunt aliqui aientes, existentiam dicere rem esse extra causas, durationem vero, quod illa res non sit destructa, sed permanens: At non recte explicatur duratio sic, quoniam sicut tempus seu duratio successiva, non consistit in negatione: ita, nec duratio permanens in negatione consistit. Afferunt alij, nil aliud esse cuiusvis rei durationem præter extrinsecam denominationem, qua existentia durans dicitur, sed certe isti durationem intrinsecam rei, quam inuestigamus, non explanant. Dicendum ergo est, durationem esse rei existentiam, ut capax denominationis coexistentis durationi extrinsecæ.

*Afferunt.*

9 Sed rogabis: quo pacto duratio ab essentia rei distinguitur distinctione rationis ratiocinantis, an ratiocinatæ, & respondeo distingui distinctio-

ne rationis ratiocinatæ, nam sicut existentia ab essentia ratione ratiocinata fecernitur sic, & duratio eadem distinctione rationis ratiocinatæ, & minori distinguitur duratio ab existentia rei, nam existentia, & existentia, & ut duratio diversimode concipitur, & secum diuersam rationem. De discrimine rationis ratiocinatæ, & ratiocinantis, & quo pacto distinctio rationis ratiocinatæ suscipiat magis, aut minus habes plura tract. 2. logisticæ, disp. 1. dub. 2.

## DVBIVM II.

*Quid sint æternitas, & æuum, & modus æui?*

Duide durationem in in creatam, quæ Dei est æternitas, & durationem creatam, creatam subdividit in durationem rerum incorruptibilium, quæ nuncupatur comuniter æuum, & in durationem rerum corruptibilium, quæ Enriqus Gãdauẽsis quodlibet. 5. q. 13 modum æui nuncupavit: de qua duratione tractare philosophici non est munus, nam æternitas, & æuum ad munus spectant Theologicum: nihilominus tamen has tres durationes per trãsenam attingam, ut vobis saltem harum durationum habeatur noticia.

A Eter

2 Boetius. lib. de consolatione est: *Interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio*, quæ definitio recepta est inter Theologos; dicitur *vita perfecta possessio*, quia Deus à se habet esse, non ab alio, & possidet vitam, in quo à duratione creaturatum discriminatur; verba illa *tota simul* significant, in æternitate nullam esse successionem; particula illa *in terminabilis vitæ* denotatur æternitatem, sine, & principio carere. Et ex his collige, quod etiam si Deus Angelum ab æterno crearet, non esset Angelus hac æternitate æternus, quoniam nec illam æternam durationem ex sua peteret, nam, nec esset perfecta possessio vitæ independentis ab alio, sed diuinitus Angelo concessa.

4 *Æuum est duratio permanentis creaturæ immutabilis, & inuariabilis in suo esse variabilis tamen in operatione*, dicitur *permanens*, quoniam æuum successiuum non est. Ponitur illa particula *creaturæ*, ut æuum ab æternitate distingat; reliquæ particule significant æuum esse durationem æternam à parte post, eo quod res, quæ habet æuum postulat natura sua perenniter se habere, nullumque habere intrinsecum, aut extrinsecum principium corruptibilitatis. Hoc æuum convenit An-

gelis, animæ rationali, cœlo empireo, materiæ primæ, & si quantitas est cœli materia primæ poterit convenire ipsi quantitati; adduntur illa verba, *variabilis tamen in operatione*, ut discrimen æui ab æternitate magis appareat. De enim in esse, & operatione in variabilis est, Angelus vero est variabilis in operatione, cuius operationis, v. g. cognitionis naturalis duratio non est æuum, quoniam Angeli cognitio non stabiliter, & perenniter se habet.

4 Res permanentes incorruptibiles suam etiam habent durationem intrinsecam, permanentem, totam simul, & per hoc à tempore differunt; rerum tamen corruptibilium duratio defectibilis est, nam sicut res potest corrumpi, sic eius duratio potest deficere, hæc permanens duratio solet successiue acquiri, ut contingit in nutritione hominis in qua successiue acquiruntur partes substantiæ, quæ dependent à dispositionibus, quæ non nisi successiue acquiri possunt, postquam tamen substantia, vel aliud ens permanens successiue acquiritur, quod respectu substantiæ per accidens sit, permanentem durat, sicut, & reliquæ res permanentes,

Al;

5 Alteram durationem, qua  
 eternitas participata dicitur,  
*S. Thom.* & explicatur à Theologis af-  
 fert Sanctus Thomas 1. p. q.  
 10. artic. 5. ad 5. talis est du-  
 ratio rerum supernaturaliū,  
 verbi gratia, duratio luminis  
 gloriæ, vel visionis beatæ,  
 quam denominationem, &  
 æternitatē habent, tunc, quia  
 hæ res, supernaturales ex se  
 petunt sine fine durare, tunc  
 etiam, quia sicut entitates su-  
 pernaturales esse diuinū par-  
 ticipare dicuntur, poterunt  
 merito dici participare Dei  
 æternitatem, sed de his tra-  
 ctet Theologus.

DVBIVM III.

*An tempus sit ens rea-  
 le, & quanam  
 eius diffini-  
 tio?*

1 **S**uppono primo, præter du-  
 rationem permanentem,  
 quam hucusque explicuimus,  
 dari durationem successiuā,  
 quæ tempus continuum ap-  
 pellatur: & ratio est manife-  
 sta, nam omne ens realiter  
 existens, habet suam duratio-  
 nem sibi proportionatam; si  
 ens est permanentem, habet du-  
 rationem permanentem, si

successiuum habet duratio-  
 nem successiuam; & sicut da-  
 tur res, nēpe motus, quæ suas  
 partes non habeat simul, sed  
 pars post partem adueniat,  
 sic debet dari duratio, quæ  
 non permaneat, sed fluat, sit-  
 que successiua.

Secundo suppono, in solo  
 motu successiuo, & continuo  
 reperiri tempus, & ratio id  
 suadet, nam supponit ratio-  
 ne saltē rem, cuius est du-  
 ratio, atque adeo rem succes-  
 siuam, sed nullum ens præter  
 motū est successiuū, ergo in  
 solo motu reperitur tēp<sup>o</sup>. Mi-  
 nor patet, nā sonus (& eadē  
 est de alia qualitate huiusce-  
 modi ratio) non est ens suc-  
 cessiuū, sed permanens, quon-  
 iam licet parum duret, sitq;  
 facile trāsiens; partes habet  
 simul existentes, permanen-  
 tesq; simul in esse, & qualitas  
 est fluens, quoniam à motu,  
 vel vt à causa, vel saltē, vt  
 à conditione causandi depen-  
 det. Cōuenit ergo tēpus om-  
 ni motui soli, & semper, nam  
 nec datur tempus sine motu,  
 nec motus reperiri potest si-  
 ne tempore, siue motus sit  
 spiritualis, siue corporeus, nā  
 tempus etiā in tempus spi-  
 rituale, & in tempus corpo-  
 reum; seu materiale diuidi-  
 tur à Theologis.

3 His suppositis ad duo quæsi-  
 ta propōita accedāmus. Pri-  
 mum,

4 **mum, an sit ens reale.** Secun-  
 do, quid sit ei<sup>9</sup> quiditas; & dif-  
 finitio, & vt ab hoc vltimo in-  
 cipiamus quæsito, tempus sic  
 ab Arist. diffinitur hic cap. 11.  
 text. 100. *Tēpus est numerus  
 motus secundū prius, & poste-  
 rius,* quæ diffinitio ab omni-  
 bus philosophis iuniorib<sup>9</sup> ad-  
 mittitur, & sic explicatur. Nō  
 quia tempus sit quantitas dif-  
 creta, cum tempus sit quantū  
 continuum constans infinitis  
 partibus durationis successi-  
 uæ copulatis infinitis instāti-  
 bus, sed ideo dicitur nume-  
 rus, quia aptus est, vt ab intel-  
 lectu numeretur, diuiditur-  
 que in annos, mēses, & horas.  
 Dicitur numer<sup>9</sup>, motus nō cu-  
 iuslibet, sed motus primi mo-  
 bilis, quia præ cæteris moti-  
 bus est vniformis, & regula-  
 ris, & cæterarū mensura, quæ  
 motum, vt potest cæterorum re-  
 gulā Arist. intendebat diffini-  
 re; in alijs vero motibus tem-  
 pus reperiri haud quaquā du-  
 bites, verba illa secundum  
 prius, & posterius naturam tē-  
 poris successiuā, & fluidā esse  
 declarant, & partibus consta-  
 re tempus prioribus, & poste-  
 rioribus, quarum quibusdam  
 pereuntibus aliæ succedunt,  
 suntq; in continuo fluxu.

4 De secūdo difficultatis pū-  
 cto, an scilicet tēpus sit ens  
 reale, non nihil potest esse cō-  
 trouerſiæ, nam non desunt au-

thores, qui dicant, tempus nō  
 esse ens reale, hoc molestū ni-  
 xi argumēto, quia omne ens  
 reale, vel est actuale, vel pos-  
 sibile, sed tempus, nec habet  
 actum, nec habere potest ali-  
 quā partē existentē, ergo nō  
 est ens reale. Minor proba-  
 tur, quia partes tēporis sunt  
 præteritum, & futurū, sed præ-  
 teritum non est, futurum nō  
 dū aduenit, in præſenti autē  
 nullā partem habet tempus,  
 sed solū instans, quod dici ur  
 nunc, ergo tempus nō est ens  
 reale, quia totū ens reale exi-  
 stens, realibus partibus reali-  
 ter existētib<sup>9</sup> cōſtare debet

5 **Hoc non obstante cū cōmu-  
 niori, & vera sententia, quam  
 Suar. tom. 1. & reliqui recen-  
 tiores amplectuntur, dicen-  
 dū est, tēpus, seu quod idē est  
 durationem successiuam mo-  
 tus esse verū ens reale succes-  
 siuum; & ratio est manifesta,  
 nam ens reale in successiuū,  
 & permanens diuiditur, ergo  
 sicut datur ens reale perman-  
 ens, debet dari ens reale  
 successiuum; successio, ergo  
 nōn obstat, vt tempus sit ens  
 reale, erit igitur tempus ens  
 reale successiuum.**

6 **Uterius, quia ridiculū est,  
 entia successiua, v.g. motum  
 localem, alterationem, & si-  
 quæ sunt aliæ motiones suc-  
 cessiuæ, asserere, esse entia ra-  
 tionis, si ergo motus localis**

Q9 est

5  
*Suarez.*  
*Afferitū.*

est ens reale, eius duratio ens reale erit, si vero tēpus, seu quod idē est duratio motus sumatur pro vt ā nostro intellectu intelligitur, & diuiditur in annos, & menses, & dies, & horas, ita esse ens rationis nullatenus inficiabor. Nec inficiatus est Aristot. inquit, si intellectus numerans esset impassibilis, impossibile esset tēpus ipsū. Quae uerba optime Conimbrienses de diuisione temporis in menses, annos, dies, & horas intellexerunt. Est igitur tēpus ens reale, si quatenus est duratio motus consideretur, si vero secundum praefatas diuisiones in annos, & menses; efficit ens rationis, quod occasione praebuit thomistis, vt existimarent, nihil aliud esse tēpus quā ens rationis.

Ad argumentum in contrarium adductum respondetur, omne ens reale debere habere existentiam iuxta suā naturam, permanens permanentem, successiuum successiuā, & nō sunt cōmensuranda entia successiua cū permanentibus, hāc enim habent omnes partes, & indiuisibilia simul existentia res vero successiua petit, vt non existant eius duae partes simul inter se, nec vna pars simul cū instanti permaneat, sed quando datur instantans partiu, unitiuum, partes

non dantur, nisi vt praeteritae, vel futurae, & instans, vt praesens: cum autē natura entis successiui non sit, quod habeat partes simul existētes, sed in cōtinuo fluxu, & successiue: inde est, non deficere tēpus ā ratione entis realis, etiā si eius partes simul non existant, nā, vt inquit D. Thomas opusculo 44. ad entitatem realem entis requiritur partium realis existētia, vel simultanea, vel successiua. Partes igitur tēporis nō existunt permanentes, sed successiue; nihilominus tamē datur tēpus praesens, & eius partes praesentes esse dicuntur successiue; non solū, quia instantia sunt praesentia, sed etiā, quia partes praesentes sunt, non permanentes, sed successiue, vt optime docet Rubius hic q. 1. sic cū tota hora dicitur praesens, significatur, partes illius horae successiue esse praesentes, praesens enim successiue est non praesens permanentes.

### DVBIVM IIII.

*Vtrum tēpus, & motus realiter distinguantur?*

**D**iximus dub. 2. durationē permanentē ā re, cuius est duratio sola ratione distinguī, & ex illius dubij decisione

S. Thom.

Rubio.

R.

sua ā re successiua realiter distinguatur enodari, nisi hęc ratio dubitandi obstaret, quia tēpus ā motu ex natura rei distinguī efficaciter suadetur, quia possunt dari duo motus aequales in existentia, & inaequales in duratione, ergo duratio successiua motus, seu (quod idē est tēpus) distinguatur realiter ā motu: nō enim potest dari aequalitas, vel inaequalitas, nisi in rebus realiter distinctis. Patet antecedens, quia potest equus celeriter cursu dimidia hora leucam unam peragere, & homo pedetentim, tardoq; gressu eandē leucam peragere spatio vnus diei; ecce motus duratione inaequales, & aequales existētia, quia neuter motus habet plures partes altero, cū uterq; intra leucam contineatur: durat tamen vnus motus plus altero, quia vnus spatium vnus diei, & alter dimidia horae durat spatium.

Confirmatur, quia potest Deus motū dextrorū reproducere, eius tamē duratio reproduci nequit, quia ad praeteritū non datur potētia potest igitur dari motus sine duratione, & per consequens distinguatur realiter, & propter hęc argumenta Conimb. & Rub. citat. sup. dub. illo 2. tēpus distinguatur realiter ā motu autmanere.

Conimb.  
Rubio.

Communiter tamen, & verisimilior sententia tenet, tēpus ā motu non distinguatur realiter; sed sola ratione ita Suarez tom. 2. meth. disp. 50. sect. 4. Vazq. to. 1. in 1. part. disp. 33. cap. 3. & alij iuniores. Conclusio hęc patet ex dub. 2. vbi cū his authoribus asseruimus, durationē permanentē ā re permanētē, cuius est duratio, non distinguatur realiter. Pari ergo ratione duratio rei successiua ā re successiua, cuius est duratio, non distinguatur realiter, sed sola distinctione rationis, eo modo, quo dub. illo 2. distinctionē illā rationis explicui. Renoua memoriā praedicti dubij

Ad rationē dubitandi respondetur cū Suarez loco supra citato, motus illos aequales esse in ratione motus, & etiā in ratione durationis intrinsicā, inaequales vero secundū durationem extrinsecā, & secundū denominationē extrinsecā, & coexistentiā ad durationē primi mobilis. Sūt igitur motus aequales, quoniam praesentiae locales aequales sunt: durationes etiam sunt aequales eo quod ā motu nō distinguuntur: sunt vero inaequales extrinsece, & secundū diuersa cōnotata, quia maiori, vel minori tēpori coexistunt, nam sicut res permanens, & eius duratio potest maiori,

Qq 2

vel

Conclus.

Suarez.  
Vazquez

4



vel minori coexistere tempori, sic etiam motus per compressionem, & dilationem, ut sic loquar, seu per velocitatem & tarditatem minori, vel maiori tempori coexistere, ad modum, quo eadem quantitas propter densitatem, & raritatem minori, vel maiori praesse loco potest. Sed de velocitate, & tarditate iterum erit sermo, cum densitas, & raritas explicentur tractatu de generatione, & corruptione, ubi quantum difficultatis, & laboris contineat, explicabo, quare una, & eadem quantitas mollis comprimi, & dilari valeat, patebit. Quod si difficile est explicatu in quantitate molli explicatu difficilius est in quantitate succursiva, cum in partibus temporis, nulla morula, detentiove imaginari possit, nam sistere non potest, aut detineri, quod nec detinetur, nec sistit. Sed de his loco citato.

Ad confirmationem dogmatis, motum reproduci posse a Deo, gratis inquam, nam Vazquez, & alij recentiores, motum reproduci posse Dei absoluta potentia inficiantur, de quorum opinione tractatu sequenti ferretur iudicium. II

la igitur reproductione gratis concessa respondeo, in illo casu eandem durationem etiam reproduci, potest enim illa reproductione admissa eadem duratione intrinseca diversis durationibus extrinsecis coexistere. Theoremata illud ad praeteritum non datur potentia, non est intelligendum: ita, ut Deus nequeat, quod productum est reproducere, sed ideo Deus ad praeteritum non habet potentiam, quia facere nequit, quod praeteritum non praeterierit, quanta autem sit temporis realis ab imaginario tempore dependens, dicam tractatu sequenti. Expecta paulisper. Ad quod autem, praedicamentum tempus spectet, liquet ex dictis tract. 5. log. disp. 3. dub. 1. spectat enim tempus interdum ad praedicamentum actionis, & interdum ad praedicamentum passionis, sicut, & motus, qui, quoniam ad actionem, & passionem communis est, ad praedicamentum actionis, & passionis pertinet, motus vero, ut motus est, quia communis est ad duo praedicamenta, ad nullum praedicamentum spectat, lege ibi dicta.

TRA-



# TRACTATUS QVINTVS.

## De motu in particulari.

**Q**UOD continet natura motus difficultates, ut vno, vel altero libro exhaustire nequeant, & ob id Aristoteles persistit adhuc in tradenda motus cognitione, quod praestat in hoc 5. libro, quem in sex diuisit capita. In primo motum diuidit in suas species. In secundo, probat ad tria solum praedicamenta dari motum. In tertio nonnulla aduerbia, ad declarationem motus necessaria exponit. In quarto, agit de pluralitate, & vinitate motus, & in reliquis de motuum contrarietate, & haec sex capita duplici exponemus disputatione.

## DISPUTATIO PRIMA.

### De speciebus motuum.

**E**xplicabitur in disputatione praesenti, quid sit motus proprius, quas species habeat, & quanam mutationes motus rationem non participant: semel, tamen ad-moneo omnia, quae in hac, & sequenti disputatione diximus de motu intelligenda fore de actione, & passione; nam ut docui tract. 5. Logicae disp. 5. dub. 1. motus tam passioni, quam actioni conuenit.

Q93 DV-

## DVBIUM I.

*Quid sit motus rigurose sumptus?*

**O**Mnes diuisiones actionis, quæ in præfenti occurrunt hic explicare, non vacat, nec explicatione indigēt; nam varia actionum genera explicui, licet per transenam hucusque, & alibi explicabo, si occurrerit occasio, in hoc tamen, dubio non nihil de emanatione dicam, & conditiones ad motum proprium referam, vt quid sit motus proprius, pateat.

Omissa ergo diuisione actionis in creatiuam, & conuersiuam, generatiuam, naturalem, praternaturalem, supernaturalem, corpoream, & spiritualem, transeuntem, & immanentem: his enim, & alijs modis secari potest actio, omisis (in quam) his diuisionibus, diuiditur in præfenti actio in actionem emanatiuam, & in actionem strictè, & vere effectiuam. *Actio emanatiua est illa, qua res producit immanenter in se aliquid requisitum ad suum perfectum statum, vel qua resultat aliquid ex consequuntione solius alicuius extrinseci.* Priori modo emanant ab anima intellectus, & volun-

tas, à corpore quantitas, ab igne calor, & ab aqua frigiditas. Posteriori modo relatio resultat prædicamentalis. Hanc emanationem actionem esse efficiantur Rubius, hic quæstione secunda, & alij antiquiores: melius tamen philosophantur aientes, relationes prædicamentales, & alios modos, & ea, quæ emanare dicuntur media actione reali emanare; nam fieri, & factum esse mutuo se correspondent, ita, vt vnū inferat aliud, & tot sint fieri, quot sunt facta esse.

Actio vero strictè, & vere effectiuam est, qua producit aliquid, quod nec pertinet ad perfectum statum, & complementum naturale producentis, nec resultat in illo ex consequuntione solius alicuius extrinseci, vt relatio, sed est illa, qua producit terminus, siue immanenter in se, & spiritualiter, vt actus intellectus, siue transeuntem, & extra se, vt productio vnus ignis ab alio igne, dummodo effectus, non deseruiat ad integritatem, & complementum agentis: & hinc patet ratio, propterquam etiam si materia prima sit principium actiuum quantitatis, non sit natura, vt asseueravi tract. 2. disput. 1. dub. 3.

Hæc igitur actio proprie effe-

Rubius

3

## Dub. 3. Quid sit motus rigurose, &amp;c. 311

effectiuam diuiditur in mutationem instantaneam, & successiuam, imò quæcumque actio etiam emanatiua appellari solet motus impropijsimè tamen. In præfenti autem actionem diuidimus in mutationem, quæ merito appellari solet motus, & in motum, qui perfectior motus est, de cuius ratione est, quod sit inter terminos oppositos, nõ sola oppositione priuariua, nam generatio, & corruptio, non sunt motus, quoniã inter terminos oppositos priuariuè sunt, sed requiritur oppositio contraria, licet non omnino rigurosa, sed illa duntaxat, quæ est inter extrema habentia latitudinem, & ratione suæ latitudinis, sunt incompatibilia.

Tãdem requiritur ad motum perfectissimum, vt eius terminus, natura sua, & per se perat produci successiuè, nõ permanenter. Actio igitur, quæ non est inter terminos positiuos contrarios contrarietate allata, & successiuam per se, & ex natura sua, non est motus, quæ ad tria tantum prædicamenta, dari docuit Aristoteles, sed est mutatio, quæ an essentialiter, an accidentaliter à motu differat dubio dicam sequenti, nunc autem præfentis dubij decisio, sit motum, esse actionem, vel passionem natura sua, & per se successi-

uam, habentem terminos positiuos, & contrarios. Si vero actio, sit instantanea erit motus, sed non perfectissimus, de quo loquitur Aristoteles, cum ad substantiam dari motum negauit. Motum igitur in hac acceptione, & perfectione sumptum explanaturi sumus, in hoc tractatu; an autem diffinitio illa motus: *Motus est actus entis in potentia secundum; quod in potentia, conueniat mutationi instantaneæ, de creui tractat. 3. disputat. 1. dub. 1.*

In præfentiarum admonitum te esse cupio, vt cuidam hæud quaquã subscribas neoterico, qui de actione passionis, & motu perperam philosophatur: vacat nullatenus omnia eius memorare placita: attingam tamen de actione non nihil, vt hinc de alijs eiusdem authoris dictis facile ferre, queas iudicium. Actio (inquit librum quartum physicorum exponens) est actus agentis, & patientis, formæ productio, atq; educio, & id habet seclaso omni extrinseci, reliqua vero, quæ actioni tribuitur, actioni extrinseca sunt. Actio extrinsecus fieri est forma, extrinsecus est mutatio, & alia eiusdem generis extrinsecè participare putat. Si ratio nõ desquiras ab quã actio extrinsecè fieri sit; respõdet, quia eadem

5

Ioannes Martin.

eadem actio est fieri formæ, & formæ conseruatio, si ergo eadem actio immutatata de fieri in conseruari transit, manifeste colligitur, conseruari, & fieri esse attributa extrinseca actionis.

6 Verum epim vero præfata doctrina ansam præbet in utili de modo loquendi cōtrouersia, vt de nomine decertantes, nunquam de re valeamus dimicare; sed nec proprium loquēdi modum attingit hic author, contra quem sic argumentor. Actio est extrinsecus fieri formæ, ergo est extrinsecus productio formæ. Patet cōsequētia; ideo actio est extrinsecè fieri, quia eadem actio amittit denominationem, fieri, & denominatur conseruatio, sed eadem actio quæ est, rei productio cum est conseruatio, non est productio, ergo sicut actio extrinsecus, dicitur fieri, dicetur productio. Productionis, & fieri paritatem sic ostendo, quia hodie non dicitur Angelus Michael, verbi gratia, fieri nec produci, sed conseruari; nam si propriè dicitur hodie Deus produxit Angelum Michaelem, valebit dicere hodie fecit illum, si ergo illum fecit Deus hodie, sit hodie Michael à Deo. Pari ergo passu currunt fieri rei, & productio rei. Actio igitur intrin-

sicè est fieri, & productio, quoniam sicut actio potest esse conseruatio, sic fieri, dici potest conseruatiuum.

## D V B I V M II.

*An motus, qui est mutatio instantanea, & qui est mutatio successiua, differant essentialiter.*

**N**ON est dubiū aliquas mutationes ab aliquibus motibus differre specie. Generatio enim ab alteratione specie differt, sed dubiū procedit de mutatione, & motu verisimilibus inter eosdem terminos, vel saltem eandem terminum, verbi gratia; an instantanea productio caloris à productione successiua caloris, quæ dicitur alteratio differat essentialiter; an solum accidentaliter.

Deinde dubiū non est, durationem mutationis, à duratione motus differre essentialiter; nam duratio permanens, & duratio successiua essentialiter differunt; an autem successio motus, & permanentia mutationis sint differentia essentialis mutationem, &

ma-

motū facientes differre essentialiter, in dubiū vertitur.

3 Non desunt, qui arbitrentur, mutationem successiuam ab instantanea differre essentialiter. Probabilius tamen arbitror, motum à mutatione instantanea solum differre accidentaliter per diuersas differentias accidentales, per esse scilicet mutationem instantaneam, & esse successiuam. Diuisio enim hæc, mutatio alia instantanea, alia successiua est subiecti, in accidentia. Patet; nam diuersitas specifica mutationum desumitur, ex diuersitate specifica termini ad quem, sed idem calor in specie, potest per mutationem instantaneam, & successiuam produci, & in modo productionis nulla adest essentialis diuersitas, ergo mutatio successiua, & instantanea, non differunt essentialiter.

4 Dices: successio, & esse in instanti differunt specie in ratione successionis, & mutationis instantaneæ, sed motus includit successionem in suo conceptu, ergo differt essentialiter motus à duratione instantanea. Respondeo, ita motum, & durationem instantaneam differre, sicut differunt, homo albus, & niger in ratione hominis; nam utriusque mutationi ratio motus conuenit, & solum distinguntur,

per diuersas rationes accidentales, quibus ita discriminantur, vt motus successiuus propter accidentalem perfectionem, perfectior motus dicatur, quam in instantaneus; contrahitur igitur essentialiter mutatio, seu motus per esse motum ad calorem, vel frigiditatem, vel ad vbi; per esse autem motum instantaneum, aut successiuum solummodo accidentaliter contrahitur.

5 Controuerti hic solet, quæ differentia motus localis rectus, & motus circularis distinguantur; an accidentaliter; an essentialiter. Aristoteles 3. libro de anima, textu 32. motum rectum, & circularem distingui specie asserit, & sequuntur Aristotelem plures philosophi, & ex Theologis Magister Lorca in 1. 2. sect. 6. disp. 9. & alij. Qui modus dicendi, non difficulter defendi potest, facilius tamē defenderetur, motum circularem, & rectum solo numero distingui, solaque differentia accidentaliter differre, & patet, quia idem vbi in specie, per vtrumque acquiritur motum. Idem est spatium, quod peragitur, & corpus, quod mouetur, & nihil in recto, & circulari, præter rationes figuræ, specie diuersum reperitur. Vnde isti motus, si ab eodem

Rr pro-

procedant agente. possunt cōtinuari, motus autem specie differentes, continuari nequeunt; illud vero Aristotelis testimonium, intelligendum est, non de specie Logica, & essentiali, sed de physica, & accidentali, sicut accidentaliter, homo albus, & homo niger differunt.

DVBIVM III.

*An ad qualitatem, & ubi detur per se motus.*

**A**ristoteles hic cap. 2. ad tria tantum prædicamenta dari per se motum docuit, nempe ad quantitatem, qualitatem, & ubi; quem omnes sequuntur philosophi. Plurimum autem hæc Aristotelis doctrina difficultatis continet; nam difficile reditur ratio, propter quã, ad hæc tria prædicamenta detur per se motus, & non ad reliqua, & quod difficile est, quomodo ad quantitatem, cum sit cōtraria materiæ detur per se motus. Quæ propter tribus dubiis ista Aristotelis illustrabitur doctrina. In primo, an ad qualitatem, & ubi per se motus detur decidam. In secundo, an detur ad quantitatem; & in vltima, an ad substantiam, & reliqua prædicamenta, quæ

superfunt dari possit per se motus. Per se motum voco viam successivam inter terminos positivos, & contrarios terminatam ad re, ex natura sua, & per se postulantem successivè produci, modo explicato in dubio primo huius disputationis.

Sic primū assertum: ad ubi datur per se motus. Probatur quia ubi petitur ex natura sua successivè produci propter latitudinē partium correspondentiū, & motus localis, quo producit ubi, versatur inter duo ubi positiva, & incompatibilia in eodem tempore; nam vñ ubi incompatibilitatem habet cum alio, ratione distantie locorum, & etiã, quia ipsa corporis, natura renuit, plura ubi suscipere simul, & ita sunt hæc præsentia locales incompatibiles, ut vna acquisita, altera amittatur. An autē in Angelorū præsentia sit hæc incompatibilitas, Theologi discipulant. Ad præsens autem institutum solummodo interest, ad ubi corporeum dari per se motum.

Secundū assertū, datur etiã per se motus ad qualitatem. Patet, quia alteratio est inter duas qualitates contrarias, v.g. inter frigiditatem, & calorem, atq; ad eam natura sua incompatibiles, è quibus sicut quolibet ex natura habet aliquam

<sup>2</sup>  
*Assertum*

<sup>3</sup>  
*Assertum*

quam qualitatem contrariã, ita ex natura sua petit successivè produci, sic producuntur calor, frigus, siccitas humiditas, & non solum hæc primæ qualitates, verum etiam plures qualitates, verbi gratia, albedo, & nigredo.

Hoc tamen obserua, nõ ad omnes qualitates, dari per se motum; nam ad lucem, sonum, species intentionales, & ad alias huiusmodi per se motus non datur, sed producuntur in instanti; vnde doctrina illa Aristotelis aientis, ad quã ritatem qualitatem, & ubi dari per se motum, nõ de omni qualitate, quantitate, & ubi intelligenda est; nam ad ubi, quod in instanti acquiritur, non datur per se motus, neq; ad quantitatem, nisi quotiescumque successiva, & continua augmentatione acquiritur, quæ an possit successivè & per se acquiri, dubio sequenti diffiniam.

Sed rogabis, an ad qualitatem detur per se motus propter intensionem, quam habet; an propter extensionem; nam duplex partium genus in calore, v.g. reperitur, aliud secundum extensionem, & secundum intensionem aliud. Respondet Rubius q. 1. affirmativè, & quasdam partes extensionis admittit, ad quas motus, per se terminari possit,

ego autem nullas alias partes inuenio præter partes extensionis entitatiuæ cuiuscumque quantitau corporeæ cōmunes, & partes intensionis in eadem parte subiecti; ad has partes intensionis dari motum per se arbitror, nõ ad partes extensionis: cuius ratio, hæc est, quod si à calore, v.g. auferamus per locum intrinsicè cum intensionem, non poterit terminare talem motum; nam ablata intensione, non esset contrarietas, quæ licet possit dari, sine cōtrarietate, contrarietas dari nequit sine intensione. Cū ergo propter intensionem qualitatis, quæ producitur, & oppositionem, quam ex natura sua habet qualitas terminet motum per se, merito asseritur, motum per se ad partes intensionis dari formaliter loquendo, ad partes vero extensionis qualitatis, non per se, hoc est, non propter se, sed per accidens, id est propter aliud, hoc est, propter intensionem. Illud autem in præsentia est terminus motus per se, quod per se, & ex natura sua cōtrarium postulat, ac successivè, & continuationem motus, & non occasione alterius dantur

successio, & continuatione in motu.

(2.)

Rr 2 DV.

*Rubio*

## DVBIUM III.

*An detur per se motus ad quantitatem.*

1 **E**Xacta difficultatis præsentis decisio magnopere p̄det ex dicendis in libris de generatione, & corruptione, ubi de nutritione, & augmentatione latè agitur, & ideo plures recentiores præsentis difficultatis p̄ctum in libris de generatione differunt. At stilius Aristotelis, hic difficultatem præsentē enodare nos cogit, enodatuos eam vberius in tractatu de generatione, & corruptione: ubi, an nutritio, & augmentatio fiat in instanti, an in tempore explicabimus plenius.

2 Authores quantitatem esse coæquam materiæ gentes, & in augmentatione novam quantitatem de nouo produci aēt, laboriosè defendent, ad quantitatem, dari per se motum, & difficilè sententiæ Aristotelis subscribent; nam licet si terminus augmentationis est noua quantitas, quæ de nouo per augmentationem producit, facile ostēdāt, in augmentatione dari partes, quibus partes quantitatis adquisitæ correspondeant: defendent difficulter, paulatim, &

continūe quantitatem produci, consequenterq; ad quantitatem, dari per se motū, quia (vt infra aīngam) successio à qualitate, non à quantitate prouenit. Nos autem, qui quantitatem recipi in materia prima, coæquam esse materiæ, & nō prodaci de nouo sentimus laboriosius sententiam Aristotelis sustinebimus. Referā dicendi modos, qui apud auctores existimantes quantitatem esse coæquam materiæ inuentūtur, & ei adhæream, qui facilius sustineri poterit, licet minus conformis menti Aristotelis sit.

3 Suarez, qui nobiscum quantitatem esse coæquam materiæ docet, ita dari per se motum defendit ad quantitatem: asserit enim per augmentatōnem solummodo produci indiuisibile quoddam vnitiuum quantitatis alimenti, cum quantitate aliti, nihilominus tamen augmentatōnem, esse diuisibilem, & habere partes, eo quod licet terminus intrinsecus indiuisibilis sit, quantitas scilicet de nouo adquisita, diuisibilis est. Cæterum hęc dicendi modus euidenter conuinci falsitatis potest; nam augmentatio est productio, ergo si res producta indiuisibilis est, augmentatio indiuisibilis erit, & si in augmentatōne dātur partes, necesse est,

3  
Suarez.

4  
Murcia.

vt in termino producto partes dentur; nā partes actionis partibus termini correspondere, debēt. Præterea in augmentatōne, & nutritione, nō solū vnū indiuisibile; sed plura producantur, quoniam augetur viuens paulatim, & producantur plura indiuisibilia, sed indiuisibilia nequeunt esse continua, ergo neque augmentatio esset continua, atque adeo nō esset motus successiuus.

4 Quidam neotericus, vt augmentatōnem motū per se esse defendat, in augmentatōne (inquit) produci superficiem, quæ profunditas alimenti, & aliti vniantur, & quia superficies latitudinem partium habēt, potest successiue produci, & erit augmentatio per quā producitur superficies, motus successiuus, & cōtinuus per se. Cōtra quā doctrinā primo potest obijci, quod hęc opinio destruit sententiam asserentē, quantitatem esse coæquam materiæ primæ; nam si superficies, lineæ, & puncta possunt de nouo produci, sola profunditas erit coæqua materiæ. Secundo, quia daretur extensio latitudinis sine profunditate. Patet, nam in augmentatōne debebat esse extensio correspondens rei productæ, cum autem in superficie nō sit pro-

funditas, non erit in augmentatōne profunditas, sed latitudo sine profunditate.

5 Tercio, quia per productiōnem indiuisibilis saluatur sufficienter augmentum hominis, nam producto indiuisibili, lineæ alimenti, & aliti vnitur, vnitis lineis manent vnitate superficies, vnitis superficialibus vniantur profunditates, impertinenter igitur per augmentatōnem producitur superficies.

*Iudicium auctoris.*

6 **V**terq; modus dicendi, quatenus ait augmentatōnem esse motum omnino per se, displicet, at quatenus terminum augmentatōnis explicat, probabilitate non vacat, nam nihil aliud præter punctum indiuisibile, aut superficiē vnitiuā, & nihil aliud entitatis per augmentatōnem produci, facile sustinetur. Porro si sustines, punctum indiuisibile per augmentum produci, nequaquam asseras, augmentatōnem esse motum successiuum continuum, sed augeri animal per motum successiuum successione discreta, eo quod animal augetur per acquisitionem nouarum partium quantitatis, & productio-

nes

nes plurium indivisibilium; si vero (vt probabilius ego arbitror) superficies per augmentationem producitur, facile augmentationem esse motum continuum defenditur, vt latius ostendam in libris de generatione, & corruptione: interim, quid tenendum sit hac in re, his duobus accipe assertis.

**7** **Primum assertum:** Per augmentationem de nouo producitur superficies vnitiua profunditatum quantitatis, nam sicut dantur superficies terminatiuæ duarum quantitatum, sic est necessaria superficies vnitiua, qua duæ quantitates cõtinuentur, in quo nullum potest reperiri inconueniens, nam argumenta supra posita diluantur facile. Ad primum dico, quãtitatẽ totalem, & completam coæuã esse materiæ, & nunquam de nouo produci, quod autẽ punctum quantitatis, linea, & superficies de nouo producantur non inficiamur, imo existimamus necessum.

**8** Ad secundum respondetur, superficiem non posse dari sine quantitate, neq; quantitatem latitudinem, sine profunditate in quantitate, at vero in actione potest dari latitudo sine profunditate, quia hæc latitudo nihil aliud est, quam terminari ad latitudi-

nem, & non ad profunditatẽ. Sicut enim licet pũctum dari nequeat absq; partibus, potest dari productio pũcti absque productione partis in multorũ sententiã: sic poterit dari productio latitudinis sine productione profunditatis, quod nemo inficiari potest, nam de nouo producitur superficies terminatiua in quantitate, cũ quãtitas scinditur, & tunc productio illius superficiẽi constabit latitudine, & non profunditate; si cõsideretur respectu sui termini, nam si consideretur respectu subiecti constabit forte trina dimensitate.

**9** Ad tertium respondetur, quod si tantũ indivisibile produceretur, nõ vnirentur duæ quantitates, eo quod superficies terminatiuæ nõ pereũt, nisi adueniat superficies vnitiua, illis autẽ superficiebus terminatiuis nõ pereũtibus: nec augmentum fieri potest, nec quantitatũ continuatio. At esto, quod per productionem puncti possent quantitates vniri, dicendũ est, aliter quantitates vniri, quoniã talis naturæ sunt, vt sicut cõstat superficiebus terminatiuis ex natura sua, ex natura sua peccant superficiebus vnitiuis vniri: producitur ergo per augmentationem superficies, & cũ superficies lineis, & punctis

ais

ais cõstet, aut componatur, producentur etiam per augmentationẽ punctũ, & lineam.

**10** **Secundũ assertum.** Augmentatio, qua præfata superficies producitur, est motus successiuus, & continuus, non tamen perse est successiuus, & cõtinuus: quoniam, vt in libro de generatione, & corruptione dicã, successiue quantitas alimenti quantitati aliti coniungitur, & successiue superficies producitur, non est autẽ motus perse, quoniam successio ex concomitãtia alterius motus successiui prouenit.

**Assertio.** Ideo enim augmentatio est successiua, quia alteratio successiua est, ablata enim alteratione in instanti acquirere tur quãtitas, & produceretur superficies, nam quando duæ quantitates nõ vnẽntũ vnũtur, v.g. cum pars aquæ additur aquæ in instanti fit hæc cõiunctio, quoniam non intercedit alteratio, nec inter quantitates est dissimilitudo quantitatũ, nec alia successio imaginari potest, nisi ratione motus localis: duæ enim quantitates incompatibiles sunt in eadem parte subiecti, at vero sunt compatibiles in diuersis partibus subiecti quoad vnionem, & quoad idem tẽpus, & ideo quantitas non est terminus motus perse; terminus enim motus perse debet ter-

minare motum successiuum, qui successiuus sit non propter concomitantiam, cum altero motu, tales sunt motus localis, & alteratio.

**11** Aduersatur nobis princeps philosophiæ, qui expresse ait, ad quantitatem dari per se motum, aduersatur quidem, sed opitulatur plato, cui subscribere ius est. Præterea nostro modo dicendi subfragatur Galenus lib. 1. methodi, cap. 6. quem Valles in controuersijs physicis ad Tyrones controuersia 29. & alij medici sequuntur.

## DVBIVM V.

*An ad substantiam, & reliquas cathogorias datur per se motus?*

**12** **S**ecundum substantiam nõ esse per se motum docet Arist. c. 3. huius 2. lib. Quod difficulter probabunt assertes, ad quantitatem dari per se motum, nam fere eodem modo ad substantiam dari per se motum, ac ad quantitatem ostẽditur: est enim nutritio, mutatio successiua, sicut & augmentatio. Nobis autem aientibus augmentationẽ non esse per se motum, cit in manibus efficax ratio, nam quia nutritio fit successiue, ergo

ergo

ergo nutritio est motus successius per concomitantiam, & propter successione alterationis, ergo & per accidens. Ablata enim successio ne alterationis, successio in nutritione non reperitur, sed de nutritione vberius in lib. de generat. & corrup.

2 De relatione compertum est, minime ad eam dari per se motum, producitur enim relatio per emanationem, vt dub. 1. dixi, & fit in instanti, nec successiue acquiri potest, nisi ad summum per accidens, quo pacto successiue acquiri relationes distinctas, vel proximitatis, per motum scilicet localem putauere nonnulli, nec improbabiler si relationes sunt.

3 Ad actionem (idē de passione dictum puta) non datur per se motus, nam vt inquit philosophus in hoc 5. lib. textu 10. non est ipse motus alius motus, nec generationis generatio, nec mutationis mutatio, & ratio est manifesta, nam actio est fieri rei, & ratio producendi, ergo non datur huius fieri aliud fieri, nec alia via huius via, alias daretur processus in infinitum. Ratio hæc ita vtgeri potest, vt non solum ad actionem non posse actionem terminari lege ordinaria, sed nec lege

absoluta probetur, quoniam ita est actio essentialiter fieri termini; vt etiam essentialiter fit fieri sui ipsius, at implicat lege absoluta, vt detur fieri, sine eo quod detur terminus, cuius fit fieri, ergo implicat, quod detur fieri, & non sit sui ipsius fieri. Non ergo dari potest actio actionem terminans, siue eiusdem rationis, vt si calefactio calefactionem terminaret, vel diuersarationis, vt creatio terminas conuersionem.

4 Ad situm motus datur realiter loquēdo, sicut datur ad vbi, sed quoniam vbi, & situs vix intellectus valet distinguere, ideo non fit specialis ab Aristot. situs mentio: si enim motus per se est secundum vbi, erit etiam secundum situm realiter loquendo, non vero formaliter, nam, vt tractatu 5. logicæ, disput. 5. dub. 2. docui, consideratur situs veluti quid consequens vbi, & quasi modus ab vbi dimanans. Lege illud dubium, & aperte colliges, ad vbi, non ad situm formaliter loquendo, motum terminari localem.

5 De duobus prædicamentis, quæ super sunt, nempe quando, & habere nullum dubium est, nam vt disputatione illa logicæ nuperime citata dubio 3. & 4. ostendi, duo vitima

ma prædicamēta in denominatione consistunt extrinseca, sed ad extrinsecas denominationes motus realiter terminari nequeūt, ergo nec motus perse. Habes ergo ex

di&is in hac disputatione ad qualitatem, & vbi dari per se motum, ad reliquas vero categorias per se motum minime dari.  
(.)

DISPUTATIO SECUNDA.

De unitate, distinctione, & contrarietate motuum.

**M**OTVM genus esse ad actionē, & passionem planū feci tractatu 5. logica, disp. 5. dub. 1. genus (inquam) forte non immediatū, nam posset motus prius diuidi in motum localem, alterationem, & reliquos motus, & postea alteratio in alterationem actiuam, & passiuam, & motus localis in actiuum, & passiuū. Est igitur motus genus ad actionem, & passionē, atq; adeo se nuceabitur unitas, diuersitas, vel contrarietas motuū, si explicuerimus unitatē, diuersitatē, & oppositionē, actionū, & passionum, sed quia eadē est ratio de actione, ac de passione, quoad unitatē distinctionē, & contrarietatem omnia huius disputationis dubia in actiones de

cidētur: poterūt enim postea decidi in passionibus facillime.

DVBIVM I.

Vnde sumatur unitas specificæ actionum?

**I**N primis obserua, non perquiri in præsentiarū intrinsecum specificatiuum actionum, sed extrinsecum, nā res est luce ipsa clarior, actiones specificari per suas intrinsecas differentias specificas, & essentialis, sicut enim qualibet species est vna in specie à reliquis speciebus distincta per suam specificā differentiam, sic calefactio, verbi gratia, est vna actio à reliquis actionibus specie diuersa per suam differentiam essentialem: inuestigamus ergo specificatiuum

tiuum extrinsecū, mensuram  
faciet, & regulam, qua cog-  
noscamus vnā actionem ab  
altera discriminari specie: ac-  
cidens enim respiciens termi-  
num habere debet specifica-  
tuum extrinsecū, ob id enim  
tractatu 3. logicæ, disputat.  
3. dub. 10. odorati sumus  
vestigijs specificatum ex-  
trinsecum relationum, & in-  
uenimus.

Obserua secundo, plura sig-  
na vnitatis, vel distinctionis  
specificæ actionis in actioni-  
bus inueniri, nam vnitas agē-  
tis, vnitas termini, à quo, vni-  
tas termini ad quem, & vni-  
tas subiecti conducent, & sig-  
nificabunt saltem non nun-  
quā vnitatē actionis. Quod  
nam autem ex his sit infalli-  
bilis signū, ita, vt stante vni-  
tate eius non possit stare di-  
stinctio specifica actionum in-  
dagamus, nam nihil eorū pos-  
se esse specificatum actionis  
videtur compertum, non  
agens, quoniā vna calefactio  
in specie ab agētibus specie  
diuersis fluere potest, verbi  
gratia, si lignum à Deo, & à  
calore duabus actionibus cale-  
fiat, idem terminus ad  
quem diuersis specie actioni-  
bus valet produci, verbi  
gratia, eadem quantitas po-  
test educi de potentia maté-  
riæ, & extra materiam crea-  
ti actionibus omnino differē-

tibus, & in termino à quo, at-  
que in subiecto id manife-  
stius patet.

Tertio, obserua, terminum  
ad quem posse materialiter,  
& formaliter sumi; sumitur  
materialiter, cum secundum  
suam entitatem cōsideratur,  
verbi gratia, si calor secundū  
essentiam, & intensionem cō-  
sideretur: formaliter summi-  
tur, quatenus calor, verbi gra-  
tia, consideratur, vt produci-  
bilis, hoc, vel illo modo, vel  
vt receptibilis, vnde etiam si  
à termino, vel terminis speci-  
ficari actiones dixerimus, in-  
stat difficultas an, à terminis,  
materialiter, an formaliter  
sumptis.

De hac re adeo varie, & in-  
constanter loquuntur iunio-  
res, vt eorum modos dicendi  
referre superua canem sit,  
nam nonnulli ex termino, ad  
quem, desumendam esse vni-  
tatē specificam actionis asse-  
uerant, si vero in aliquibus a-  
ctionibus specificatum non  
apparet, ad modum tendēdi  
actionis confugiunt. Ita Sua-  
rez tom. 1. in tertiam par-  
tem, disputatione 31. se-  
ctione 6. Petrus Hurtado  
disputatione 11. physicorum  
sectione 8. ne tamen neote-  
rici isti possint hac via se in-  
fugam conferre, placet hoc  
argumento eis præcludere  
additum, nam ille modus

te-

nendi est modus intrinsecus  
actioni, ergo minus argute  
asseritur, motum tendendi es-  
se specificatum actionum:  
quarimus enim specifica-  
tuum extrinsecum actionum  
non intrinsecum, Præterea  
modus tendendi, seu ten-  
dentia actionis respicit ter-  
minum, & est respectiuus,  
ergo debent assignare ali-  
quid extrinsecum, quod sit  
mensura, per quam ille mo-  
dus tendendi specie differat  
ab alio modo tendendi alte-  
rius actionis: si enim ad mo-  
dū tendēdi recurrere licet,  
ociose inuestigatur extrinse-  
cū specificatum actionū.

Sit ergo huius dubij de-  
cisio actionum vnitatē spe-  
cificam desumendam esse à  
termino ad quem vltimate,  
& ab agentis initiative. Initia-  
tiue, & inchoatiue ab agen-  
te; quoniam actio ab agen-  
te profluit, à termino vero,  
ad quem, vltimate, & com-  
pletiue, quoniam terminus  
ad quem, est vltima forma  
extrinseca, ad quam tendit  
actio; sumenda, inquam, est  
vnitas actionis à termino ad  
quem, non pure materialiter  
sumpto, sed sumpto forma-  
liter, & etiā formaliter agēs,  
vt specificatum saltem in-  
choatiue est sumendum, ideo  
enim creatio quantitatis ab  
eius emanatione differt spe-

cie, quia creatio ad quantita-  
tem, vt creabilis est, & ema-  
natio ad quantitatem, vt est  
educibilis terminatur: sunt  
autem rationes diuersæ in  
quantitate educibilitas, &  
creabilitas, quæ attingibilita-  
tes inferunt distinctionē spe-  
cificam actionum de his at-  
tingibilitatibus egi tractatu  
1. log. disp. 1. dub. 1. tract. 5.  
disp. 3. dub. 10. & tract. 7. dis-  
put. 4. dub. 3.

Ex dictis collige, actionem  
non sumere speciem à termi-  
no à quo. Ita expresse S. Th.  
1. part. quæst. 45. art. 1. ad se-  
cundum, nam ad calefactio-  
nem per accidens se habet,  
quod præcedat frigiditas, vel  
nō præcedat frigiditas in sub-  
iecto. In actionibus vero con-  
uersiuis aliter philosophare,  
nam diuersa consecratio in  
specie esse dicitur consecra-  
tio corporis Christi, quæ fit  
ex pane ab ea, quæ fit ex  
vino; specificatur igitur ac-  
tiones conuersiue, vt conuer-  
sue à terminis, ad quos, & à  
quibus, simul, quoniā vtriusque;  
terminū positū essentiali-  
ter respiciunt. Illud quod ex  
Aristotele refertur solet, *Nempe motus ab albo ad nigrum  
per carubæum, & per fus-  
cum differre specie, nō suadet  
actionem sumere à termino  
à quo specificationem, nam  
ideo illi motus specie diffe-*

St 2

runt



runt, quia termini ad quos, differunt specie, nempe color fuscus, & caruleus, nam cum de albo per fuscum fit nigrum, prius est motus ab albo ad fuscum, & statim motus a fusco ad nigrum, similiter cum de albo ad caruleum, & statim sequitur motus de caruleo ad nigrum, motus autem de albo ad fuscum, & de albo ad caruleum, propter diuersitatem terminorum ad quos, specie differunt.

7 Præterea collige, passionem a termino ad quem speciem accipere, non ab agente, si formaliter loquamur, nam passio ultimata tendit in terminum ad quem, & non respicit agens, si autem aliud specificatum esset querendum, non agens, sed passum esset; ceterum aliud specificatum extrinsecum præter terminum ad quem necessarium non est, nec omne, quod actio, & passio respicit, dicendum est specificatum, sed illud, quod ultimata, & completiue respicitur.

8 Rogabis: quo pacto generatio naturalis hominis, & eius resurrectio distinguantur numero, an specie Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 44. productionem primam Adæ, & eius futuram resurrectionem eiusdem esse speciei statuit, & idem de generatione cuiuscumque

hominis, & eius resurrectione probabiliter putat. Rē ita esse sibi persuadet; quia utriusque actionis eundem esse terminum ad quem, imo, & agens considerauit. Sed posset author iste animū reficere doctrinæ tom. primi supra allatæ agentis ex modo tendendi actiones specie distingui, generatio autem, & resurrectio diuersimode tendunt, nā generatio actio est naturalis, resurrectio supernaturalis. Respondedo ergo, has duas actiones productionem scilicet Adam, & eius futuram resurrectionem solo numero differre, quoniam idem est agens Deus scilicet, idem terminus ad quem, nempe Adamus vnaque actio supernaturalis, & nulla est diuersitas formalis in termino a quo. Generatio vero naturalis hominis, & eius resurrectio actiones sunt specie diuersæ, utpote respicientes diuersum agens, & diuersum terminum formaliter; nam homo, ut generabilis ab agente naturali modo naturali, generationem terminat, & ut producibilis a Deo supernaturaliter modo supernaturali, terminat resurrectionem.

(?)

DV

DVBIUM II.

Vnde colligatur vnitas individualis actuum.

AD vnitatem numericam actuum plurium rerum vnitates requiri numericas fertur; nam requiri dicunt aliqui, vnitatem numericam agentis, subiecti, termini ad quem, termini a quo, temporis, & loci; an autem hæc omnia requirantur, & qua necessitate breuiter, & sigillatim dicam.

In primis ad vnitatem numericam actionis requiritur identitas; & vnitas numerica termini, ad quem, seu, quod idem est effectus, per illam produci, taliter, ut nequeat eadem actio ad duplicem terminum terminari, id nouit Aristoteles, & expressit hoc textu 34. cui adde, id esse requisitum etiam de potentia Dei absoluta, cuius ratio est, quia actio est modus termini ad quem, sed non potest, idem modus esse, modus duplicis rei, non subordinatæ, ergo non potest vna actio ad duplicem effectum terminari, nec in illo recipi, etiam de potentia absoluta tam propter rationem generalem modi, quam, propter specialem rationem,

actionis; nam actio est fieri termini, sed non potest esse idem fieri diuersorum terminorum, & via ad terminos tendens diuersos; ergo ad vnitatem numericam actionis, requiritur vnitas numerica termini, & ex eius distinctione distinguitur actio.

Vnitas agentis ad vnitatem actionis requiritur, & ex distinctione numerica agentium adæquatorum infertur distinctio numerica actuum, ita ut nequeat vnitas numerica actionis loquendo etiam de lege absoluta, cum distinctione numerica agentium comparari. Patet, nam actio est exercitium virtutis causæ; ergo si virtus causæ a virtute alterius causæ distinguitur numero, distinguetur actio vnitate causæ ab actione alterius. Præterea agens adæquatum eo ipso, quod adæquatum est, diuersa actione ab actione alterius agentis adæquati debet operari, alias esset in adæquatum; nam illud est agens in adæquatum, quod simul cum alio agente eundem effectum eadem actione producit; tandem, quia hæc actio hunc respectum transcendentalem dicit ad hunc terminum, & ad hoc agens, ut potest vtriusque modus; implicat ergo, quod amisso hoc respectu respiciat aliud agens.

Sf 3 Ter

3 Terminus à quo impertinenter se habet ad individuationem, & unitatem actionis; nam eadem numero calefactio esse poterit, siue frigus præcesserit in subiecto, siue non. In actionibus autem conuersiuis, quæ essentialiter petunt terminum à quo, posituum aliter philosophare; nam in his distinctio numerica terminorum quibus, à distinctionem numericam actuum infert, vnde si idem Sacerdos duas hostias consecraret in eodem tempore, tunc pro diuersitate cuiuslibet hostiæ diuersa, esset numero transubstantiatio.

Subiecti unitas numerica etiam ad unitatem numericam actionis requiritur, & ex distinctione subiecti distinctio colligitur actionis, & id dispensari nequit à Deo; nam sicut vna relatio ita ab hoc subiecto dependet, vt nec per Dei absolutam potentiam, valeat in alio subiectari, sic actio huius subiecti, nequit in alio suscipi propter respectum transcendentalem, quem ad hoc numero subiectum dicit saltem, vt passio. Accedit, quod passio, quæ ab actione, non distinguitur ex natura rei, non minus dependet ab hoc passio, quam actio ab hoc effectu, & hoc agenti.

4 Temporis identitatem, in quo incipiunt actiones, ad unitatem numericam actionis requiri ex natura, rei comperitum est; nam quando vna actio incipit prius alia in illo priori temporis dantur sine alia, sed quidquid potest dari sine alio distinguitur realiter ab illo, ergo actiones, quæ incipiunt distincto tempore, distinguntur numero; an autem unitas temporis sit aded necessaria ad unitatem actionis, vt dispensari nequeat per Dei absolutam potentiam, & actio producta reproduci diuinitus, non parum diffensionis, & controuersiæ continet. Alij aiunt, alij negant. Sed aientibus subscibo, asseroque, actionem naturaliter loquendo hoc tempus postulare, posse tamen diuinitus in alio tempore produci, aut reproduci, si iam producta erat dummodo idem agens, idem passum, & idem terminus ad quem, iterum existant. qui modus dicendi, non facile potest impugnari, & defenditur à Suarez tomo secundo metaphysicè, disputatione 50. sectione 9.

5 Loci unitas necessario requiritur ad unitatem actuum dependentium à loco omnino; verbi gratia, motuum localium, implicat enim etiam lege

lege absoluta, quod motus, qui hic fit, alibi fiat. De alijs actionibus, quas inferi à loco dependere diximus tractatu præcedenti, disputatione prima, dubio sexto, dicendum est ad earum unitatem, loci unitatem requiri lege ordinaria, loquendo tamen de lege absoluta, poterit eademmet actio in diuersis, esse locis, vel simul, vel successiuè, verbi gratia, eadem calefactione potest idem ignis diuinitus hic, & Romæ idem calefacere lignum. De actionibus autem, nec inferi, nec in conseruari dependentibus à loco, quales sunt actus scientiæ, & desiderij, vt loco citato notauimus, diuerso philosophare modo; nam hæ actiones ad suam unitatem, unitatem loci, non requirunt, quoniam licet à loco dependeant, non dependent à loco determinato, aut inferi, & conseruari, vt motus locales, aut tantum inferi, vt calefactio.

6 Obijcies, Aristotelem in presenti tria tantum ad unitatem motus requisisse, nempe vnum mobile, vnum tempus, & vnum terminum, aut ergo diminute processit, aut non requiruntur ad unitatem numericam actionis, vnus motor, seu quod idem est, vnum

agens, vnus terminus à quo & vnus locus. Respondeo, Aristotelem illa tantum tria in presenti ad unitatem actionis requisisse, quoniam de motore acturus erat, libro octauo physicorum, vbi erat dicturus ad unitatem actionis valde conducere; de termino, à quo, & de loco mentionem, non fecit, eo quod, non ad omnium actionum unitatem unitas termini, à quo, aut unitas loci sit necessaria, vt supra docui.

### DVBIVM III.

*Quomodo motus sursum, & deorsum differant.*

**R**Vbius hic quæstione prima, suadere conatur, motus istos specie differre, sed non omnia, quibus vtitur argumenta efficacia sunt; nam ex contrarietate horum motuum infert eorum distinctionem specificam, quoniam contraria sunt, quæ sub eodè genere maximè distant frivo la illatio est, quia hi motus contrarij, non sunt rigurosa contrarietate, quæ solum inter qualitates inuenitur, & ad summum inter actiones, quibus illæ causantur qualitates, vt memini, me dixisse tractatu quinto Logicæ; disp.

dilput. 4. dub. 1. etiam ineptè inferitur, ex eo quod motus sursum, & deorsum nequeant continuari, distingui specie; nam multa solo numero diuersa cōtinuari, nequeunt, verbi gratia, duo homines, motus autem sursum, & deorsum nequeunt, cōtinuari, nō quia specie differunt, sed quia valde distant, sicut, nec duo motus recti, ē quibus vnus Roma, & alter compluti fiat, cōtinuari, possunt.

<sup>2</sup> Efficacius tamen, hoc argumento suum placitum probat Rubius, quia grauitas, & leuitas sunt potentia differētes, ergo actus adæquati utriusque specie debent, differre, sed actus adæquatus correspondens leuitati, est motus sursum, & actus adæquatus grauitati correspondens est motus deorsum, ergo vel isti actus differunt specie, vel grauitas, & leuitas, sunt qualitates eiusdem speciei.

<sup>13</sup> Alij arbitrantur, solo numero motus sursum à motu deorsum differre; nobis autē facultas eligendi opinionem, non est; nam cum disputatione præcedenti, dubio secundo, docuerimus motum rectum, & circulare nequaquam differre specie, consequenter tenemur, asserere motum sursum, & motum deorsum solo numero discrimina-

ri, & consequenter omnes motus locales corporum existentium circumscripiuē in loco, esse eiusdem speciei. Quoniam, vt tract. 5. Logica disputat. 3. dub. 2. dixi, vbi circumscriptiuum speciei est infima, non continens sub se, nisi vbi plura numero tantum distincta, motus igitur sursum, & deorsum numero tantum distinguntur, quoniam eundem terminum respiciunt, & sub eadem ratione; actionem autem, qua vbi non per motum localem produceretur, sed per emanationem distingui specie à motu locali, non iufficiabor.

Argumentum oppositum difficillimum est, & ideo, non eadem via dilui solet. Respondent nonnulli affirmando, grauitatem, & leuitatem esse eiusdem speciei, sed natura, quæ has duas qualitates ad effectus aliquomodo oppositos ratione terminorum, in quos tendunt, ordinauit, manifeste declarat, specie illas qualitates differre, cum talis sint conditionis, vt nec grauitas motus sursum, nec leuitas motus deorsum valeat, esse principium; sunt igitur qualitates specie diuersæ, motus vero, ad quos inclinant, diuersi numero.

<sup>5</sup> Ratio autem, propter quā qualitates specie, distinguuntur

tur est, quia inclinant ad motus diuersos numero, sed connotates diuersas naturas speciei, à quibus tales motus existunt, & quoniam has naturas, & earum exigentiam grauitas, & leuitas respiciunt, ideo possunt distingui specie: grauitas enim inclinatur ad motum deorsum, quem natura, in qua est grauitas, exigit, & leuitas ad motum, quem natura, quæ leuitate afficitur postulat naturaliter: & hæc connotatio sufficiens est, vt has duas qualitates specie differre dicamus in entitate, quāuis in ratione causandi, non differant specie, si quidē eundem effectum specere, producant. Sic, etiā si impulsus possit, esse principium motus sursum, & motus deorsum differre à leuitate, vel grauitate, quia impulsus, non à natura rei, cuius est impulsus determinatur ad motum, sed à mouente, & imprimente impulsus: at vero leuitas, & grauitas ab ipsa exigentia rei, cuius sunt grauitas, vel leuitas, determinatur ad motum sursum, vel deorsum.

### DVBIVM III.

Vnde motuum contrarietas summatur.

<sup>1</sup> Motuum contrarietas, & considerari potest penes

terminos ad quos, & à quibus; nam solent duo motus utrosque terminos habere contrarios, verbi gratia, motus ab albo, in nigrum, & à nigro ad album, & potest summi penes terminos ad quos, quōmodo calefactio, & frige factio contrariantur. Aut enim solum à terminis ad quos; an vero etiam à terminis à quibus petenda sit motuum contrarietas, solet verti in dubium.

In summa assero, contrarietatem motuum summendam solum fore à terminis ad quos. Patet, nam contrarietas est petenda à terminis, ex quibus summatur specificatio; nam hæc contrarietas est diuersarum specierum, quæ sub eodem genere sunt, sed specificatio, vt dubio primo ostendi, summatur à terminis, ad quos, non vero à terminis à quibus; ergo ab eisdem terminis summatur contrarietas. Hæc autem contrarietas, quæ inter calefactionem, & frige factionem inuenitur talis est, vt nequeat in alijs moribus ad alia prædicamenta, præter prædicamentum quantitatis terminatis inueniri; nam sicut sola qualitas potest habere contrarium, sic solum actiones ad qualitatem terminatæ contrariantur inter se valent, vt

<sup>2</sup> Concluf.

T t obser-

obseruari tractatu quinto Logicae, disputatione quarta, dubio primo.

3. Solet hic disceptari, vtrum idem corpus possit simul moueri duobus motibus contrarijs. Res est nullius pretij, & facile potest dissolui; nam compertum est, non posse naturaliter idem corpus duplici motu locali, de quo loquuntur recentiores, non solum contrario, sed etiam diuerso moueri; nam si idem corpus naturaliter duplici motu locali moueretur duplex acquireret vbi, quod naturaliter implicare ostensum est tractatu precedenti, disputatione prima, dubio sexto. Experientia illa de formica existente in rota contrario motu girante, & de existente in naui, manent explicata illo tractatu quarto, disputatione prima, dubio primo. Supernaturaliter vero poterit idem corpus moueri duplici motu contrario; nam ex dictis loco allegato constat, vnam corpus in duplici loco constitutam, simul mouere se contrarijs motibus, valere.

4. Rogabis: an saltem alterationis motibus idem corpus queat, moueri contrarijs, verbi gratia, frigeferi, & caleferi simul. In primis lege absoluta posse corpus frige-

fieri, & caleferi, etiam in gradibus intensis, non dubites, & naturaliter in gradibus intensis, contrarijs qualitatibus, posse simul moueri corpus, affirmant nullus. An autem in gradibus remissis possit idem corpus naturaliter alterari simul, restat dirimendum.

5. Affirmant Conimbreses. Negant Carmelitani. Illis subscripsit Plaza, & subscribam ego. Respondeo igitur posse vnum corpus, simul alterari primo caloris gradu, & frigiditatis secundo. Partes, primus gradus caloris, & frigiditatis secundus in eodem copati subiecto queunt, ergo. Poterunt eorum productiones in eodem subiecto, simul reperiri: porro motus, penes terminos ad quos opponuntur. Item, si duo agentia, intensa eidem applicarentur passo, ei tribuerent suos effectus, atque ad eum passum posset ab vtraque simul alterari.

6. Etiam controuerti solet a recentioribus, vtrum corpus possit moueri localiter de extremo ad extremum, quin transeat per medium. Sed hæc controuersia etiam est fœci pendenda, quoniam liquido constat, non posse contingere naturaliter, posse tamen supernaturaliter. Quod natu-

5  
Conimb.  
Carmel.  
Plaza.

6

naturaliter sit impossibile corpus in instanti moueri de vno extremo ad aliud, non transeundo per medium, verbi gratia, a compluto ad Romam, non transeundo per interposita loca. docet experientia, & ratio, quia sicut agens nequit agere naturaliter in remotum, quin prius agat in proximum, sic nequit corpus accedere ad locum distantem, nisi prius ad locum

accedat proximum. Posse tamen, id fieri de potentia absoluta Vazquez in primam partem, disputat. 197. capite tertio, Suarez tomo secundo, in tertia parte, disputatione 48. sect. quarta, & reliqui iuniores affirmant; nã potest vbi Petri existentis Compluti corrumpi, & diuina virtute in eodem instanti aliud vbi Romæ produci.

Vazquez.  
Suarez.





# TRACTATUS SEXTVS.

## *De continuo in sextum librum Physico- rum.*

**S**EXTVS hic li-  
ber capitibus ab-  
soluitur decē: du-  
plici in capite cō-  
tinuū, ex solis indiuisibilibus,  
non constari suadet philoso-  
phus. In tertio de indiuisibi-  
li partium vnicū tractat.  
In quarto, motum esse diuisi-  
bilem docet, de cuius prin-  
cipio, & fine, & de modo in-  
cipiendi in quinto, & sexto  
laconicum instituit sermonē.  
In septimo, continuo con-  
uenire esse finitum, vel infi-  
nitum affirmat. In octauo de  
quiete agit; & tandem  
in duobus ultimis capiti-  
bus nonnulla falsa philoso-  
phorum placita commemo-  
rat.

Epigraphē huius tracta-  
tus si inspicias, de continuo  
differendum reperies. Ege-  
rat namque philosophus de

motu, quem esse continuum  
docuerat in superioribus; ob-  
idque de continuitate mo-  
tum in presentiarū tractat  
argute; in quō tot sunt spi-  
nosæ quæstiones; & spino-  
siora placita, vt me, si li-  
ceret, darem in fugam. A-  
gere enim de compositione  
continui, fugit profecto in-  
telligentiæ nostræ vim, &  
notionem; de modis vero  
incipiendi, & desinendi re-  
rum, earumque terminis mag-  
nitudinis, & paruitatis dis-  
ceptare, cuique est inge-  
nio fastidio. Cæterū, quia re-  
uocare gradum expedit mini-  
mè, has in quibus versamur  
difficultates tribus disputa-  
tionibus breuitate solita e-  
nodabimus. In prima, de com-  
positione continui; tam per-  
manentis, quam successi-  
ui agemus: in secunda de  
rerum

de rerum inceptione, & defi-  
tione: in tertia vero de ter-  
minis magnitudinis, & par-  
uitatis, nam cum duplex sit  
continuum, permanens scilicet,  
& successiuum, duplici  
disputatione vtriusque expli-  
cabitur terminos.

## DISPUTATIO PRIMA.

### *De Continuo.*

**C**ONTINVVM,  
sive permanens,  
sive successiuum  
sit, debet esse cō-  
positum. Qualis autē sit eius  
compositio, & ex quibus re-  
bus componatur, & quomo-  
do res, ex quibus coalescit, se  
habeant, in presentibus sumus  
explicaturi disputatione.

### DVBIVM I.

*Vtrum continuum con-  
stet ex indiuisibilibus  
tantum?*

**C**onstare continuum so-  
lummodo ex indiuisibili-  
bus sensit quondam Stoyco-  
rum scola, Cenone duce, quē  
Pythagoras, Dēmocritus Eleu-  
sipus, & alij imitantur, & li-  
cet illorum sententia sit iam

diu sepulta, non tamen de-  
sunt iuniores, qui eam ve-  
lint, reuocare ad vitam, se-  
quentibus nixi argumentis.  
Primum argumentū pro hac  
sententia proponit Aristot.  
3. meth. textu 16. sic. Quanti-  
tas discreta, verbi gratia, nu-  
merus confurgit ex vnitati-  
bus indiuisibilibus in ratio-  
ne numeri, ergo quantitas cō-  
tinua confurgit ex indiuisibi-  
libus continuatis; & vnitatis, er-  
go non componitur ex parti-  
bus. Quæ ratio multū vrget  
Aristot. quoniam 1. topicorū  
cap. 14. ait, quod ita se habet  
vnitas ad numerum, sicut pū-  
ctum, ad lineā, sed numerus  
componitur ex solis vnitati-  
bus, ergo lineā ex solis pun-  
ctis. Paret consequentia,  
quia sicut vna vnitas addi-  
ta alteri vnitati facit ma-  
iorem numerum, ita vnum  
punctum additum alteri, ef-  
ficiet,

ficiet, quantitatem maiorem.

2 *Euclide.* Secundum argumentum ex Euclide lib. 3. elementorum, propositione 16. desumitur, quia si corpus perfecte sphericum moueatur supra perfecte planum, solum tangit illud in puncto indivisibili, ergo planum solum constat ex indivisibilibus. Probatur consequentia, quia cum corpus sphericum corpus planum pertransit, nunquam tangit in parte, quia hoc est contra rationem globi, sed in puncto plani, ergo illa planities solum ex punctis constat, quibus peractis nihil restat in plano percurrendum.

3 Tertium, quia si sumamus punctum indivisibile terminatum huius ligni, v.g. & inquirat Ceno, an post illud punctum, aliud sequatur, an pars, & respondeamus, sequi punctum habet intentum: si vero respondeamus, sequi partem: urgebit nos sic: illa pars diuisibilis est, continua sine diuisibilibus, ergo totum continuum absque aliquo indivisibili continuatur, ergo non constat ex aliquo indivisibili: vel ergo dicendum est, ex solis indivisibilibus constare, vel ex solis partibus. Afferere autem, simul ex indivisibilibus, & partibus constare, ut vult Arist. manifeste conuincitur falsitatis.

4 Quarto, quia lignum, quod partim est in aqua, & partim in aere, tangitur a duabus lineis ultimis aquae scilicet, & aeris sibi immediate contiguus, & coherentibus, ergo illud lignum habet in se alias duas lineas immediatas, quibus illae duae lineae aeris, & aquae respondeant, ergo idem est in toto ligno; & per consequens totum lignum constabit solum ex lineis; commentitia ergo est compositio quantitatis ex punctis, lineis, superficiebus, & profunditatibus.

5 Arist. in presenti euidenter ostendit, continuum, non solum ex indivisibilibus, sed etiam ex partibus continuis constare: quem reliqui philosophi post ipsum sequuntur, quoniam pro hac sententia euidentes conuincuntur rationes.

6 Prima ratio est, quia, ut comune proloquium philosophorum fert, vnum indivisibile additum indivisibili, non facit maius, ergo si quantitas constaret ex indivisibilibus tantum, & vnum punctum esset alteri immediatum, non esset extensio quantitatis, nam cum in diuisibile extensionem non habeat, extensionem continuo dare non poterit. Ratio vero illius proloquij est, quia cum vnum indivisibile aliud tangat secundum se totum, nihil

7 nihil remanet extra aliud ratione cuius fiat maius. Quod autem tangat secundum se totum manifestum est, quia indivisibile non habet partes, ut secundum vnam tangat, non vero secundum aliam: ergo indivisibile additum indivisibili, non facit maius, ergo plura puncta coniuncta, & immediata non efficiunt longitudinem vnius palmi, v.g. si enim indivisibile est omnis extensionis expertus, & alteri iungatur, cum eo; quasi penetraret nullam profunditatem resulebit extensio, & continuum.

8 Confirmatur, quia in opposita sententia vnum continuum saepe saepius non posset in partes secari aequales nequit diuidi cum punctis sit indivisibile. Plures aliae solent effici rationes pro sententia Arist. quas breuitati consulens ommito. Legatur Pereyra lib. 10. de quantitate, cap. 3. qui sententiam Arist. vrgentibus rationibus suadet.

#### Quid tenendum.

9 **V**traque via lubrica est; ac difficultatibus plena; via tamen qua Arist. pergit, tritior est, & forte, quia tritior planior; quapropter libet in presenti iter Aristotelicum aggredi, utpote tutius. Nam concilium Constantien- se sess. 15. erroribus Ioannis

Sus haeretica prauitate infecti damnatis, hunc haeticum esse expertum philosophiae annotauit, eo quod diceret, continuum ex indivisibilibus tantum componi. & D. Augustinus 1. lib. de Trinit. cap. 10. partes in continuo inueniri fasus est. *August.*

9 Coalescit continuum ex punctis omnino indivisibilibus ex lineis indivisibilibus quoad latitudinem, & profunditatem, diuisibilibus vero quoad longitudinem, & ex superficiebus indivisibilibus quoad profunditatem, diuisibilibus vero quoad latitudinem, & longitudinem: corpus autem secundum triplicem dimensionem diuisibile est. Idem dictum puta proportione seruata de continuo successiuo, nam etiam continuum successiuum constat, non solum indivisibilibus, sed etiam partibus, v.g. tempus non solum instantibus verum etiam partibus coalescit. Forsam Aristotelicam minime percipis sententiam: Cenois haudquaquam intelliges placitum. Crede mihi amice lector, de continuo discussio in humanam intelligentiam non cadit, ut vel hinc tibi persuadeas, nos humi stratos, nec naturae viribus caelestia suspicere posse, nec redere rationem de omnibus quae sub sole sunt.

Argu;

10 Argumenta pro Cenonis opinione facta, nō exiguo labore possunt dilui. Ad primū respondetur, negando paritatem inter quantitatem continuam, & discretam: nā quātitas discreta solū petit pluralitatem, quæ sufficienter constituitur ex pluribus unitatibus: quantitas vero continua, non solum pluralitatē petit, sed etiā extētionē coalescentem ex partibus coniuētis termino communi, & extēsis, quod sine diuisibilitate partium, non posse contingere satis aperte monstrant Aristot. rationes. Comparauit autem philosophus unitatem, & numerum, puncto, & lineā v. g. sicut in numero datur vna prima unitas, quæ sit fundamentum vniū, & alia vltima, quæ numerum perficiat, ita similiter in linea datur vnum punctum, quod sit initiatiuum lineæ, & aliud, quod sit terminatiuum eiusdem, & nihil aliud prædicta comparatione intenditur ab Aristotele.

11 Ad secundum argumentū respondent nonnulli; concedo sphericum tangere in puncto plani, dum est in quiete, quando vero sphericum mouetur tangere in partibus, sed propositio Euclidis admittenda est, & afferendum, nec in quiete, nec in motu cor-

pus perfecte sphericum supra perfecte planum tangere in parte: nihilominus tamen post punctum sequitur pars, non aliud punctum, quoniam corpus sphericum, quasi saltu quodam peragit totam corporis planitiem. Hic autem motus discretus nō est, vt aliquibus placet, sed vnicius, nā continuitas corporis spherici, quando mouetur, non pēfatur pænes planum, & eius puncta, sed pænes aerē, a quo circumscribitur, & spatium imaginariū, cui præsentia corporis spherici correspondet. Vt ergo motus corporis spherici sit continuus, necesse est, quod tactus omnium partium, & indiuisibilium spherici correspondeat omnibus partibus, & spatijs plani. Si viam queris fugæ, dicito huiusmodi perfecte sphericum non dari, nec dari posse. Hoc pacto fugam arripuit Paulus Arestus in librū *Arestus.* primum de generatione disput. 2. quæst. 33. sect. 6. nec ex proprio cerebro: docuerat iamdiu, id Auerroes *Auerroes* commento 32. lib. de cæto, & acuisime Alexander Piccolomenus lib. 2. *Picolom.* lux spheræ, cap. 5.

Ad tertium respondetur, post punctum terminatiuum sequi immediate partem constantem etiam pluribus indiuisibili-

indiuisibilibus, an autem hæ partes sint actu, vel potentia, dubio dicemus sequenti.

13 Ad quartum dico, duabus lineis aeris, & aquæ lignū tangentibus respondere vnā, & eadem lineam eiusdem ligni, nam tum duæ lineæ non occupent vniū spatium, quā vnā, inde est vtramq; lineam terminatiuam aeris, & aquæ esse in eadem linea spatij, vnde non sequitur in ligno dari duas lineas, aut superficies immediatas, repugnat enim in eodem corpore duo indiuisibilia, siue sint puncta, siue lineæ, siue superficies esse immediata, quamquam in diuersis corporibus immediata esse possint, & penetrata.

## DVBIVM II.

*Vtrum continuum constet ex infinitis partibus actu distinctis, an potentia?*

1 Nonnulli philosophi, qui nobiscum, dubio præcedenti senserunt, continuū nō solum ex punctis constari, sed etiam ex partibus diuisibilibus in præsentia deuiant a nobis, afferentes inter partes continui, non dari distinctio-

nem realem actualē, sed potentialem, quatenus possunt diuidi, & separari, ex qua diuisione inquit distinctio realē actualē resultare in ipsis partibus diuisis, quam distinctio non habebant, ante quā diuiderentur. Quorum sententia validissimis nititur rationibus, nam ommissis pluribus Arist. testimonijs, in quibus propitius esse huic sententiæ videtur primum argumentum sit.

Continuum constat ex partibus, & indiuisibilibus in infinitum, sed si istę partes essent actu distinctę, quodlibet numerum esset simpliciter infinitum, quod est absurdum. Sequela probatur, quia continuum v. g. vniū vlnę potest diuidi in duas dimidietates, & hæ possunt iterū diuidi in quatuor partes, & hæ similiter in duas, & sic sine termino absq; eo, quod deueniatur in vnā, quæ non possit diuidi in duas dimidietates æquales, ergo in continuo dantur infinitę partes æquales vniceptę, & per consequens erit simpliciter infinitum.

3 Secundum argumentum, quia partes continui, siue finitę, siue infinitę sint, neque ūt separari: nam implicat, quod continuum diuidatur in omnes partes quas continet, & diuidi omnibus diuisionibus,

V u qui.

quibus potest, ergo non sunt in continuo partes distinctæ solû in potentia, nã quæ actu realiter distinguuntur, non repugnat, quod actu realiter se parentur. Sicut ergo cõtinuû est in potentia ad infinitas diuisiones, quæ nunquam poterunt exhaustiri, sic etiam constat in potetia infinitis partibus, quæ nunquam separabuntur ad inuicem.

*Vera, & communis sententia.*

**I**n continuo dari infinitas partes actu, & realiter distinctas ante diuisionem admittit. Id expressit Arist. non semel, & eum sequuntur pœne omnes recentiores Suarez tom. 2. meth. disp. 40. sect. 5. Rub. tract. de compositione continui, & alij iuniores. Suedetur primo à priori, quia cõtinuû habet partes extra partes vnitatis termino cõmuni, vt ex Arist. accepimus, sed non potest vna pars actu esse extra aliam, & alteri vniri, nisi distinguantur realiter, ergo distinguuntur realiter ante diuisionem.

Secundo probatur, quia plura signa distinctiõis realis inter partes continui repertiuntur: etenim de partibus duabus continui verificatur,

quod vna possit perire, manẽte alia, & separabilitas est signum infalibile distinctiõis, quod sit in diuersis locis naturaliter; quod possit vna moueri quiescente alia, & vna habere calorem, & alia frigiditatem in gradibus intensis. Afferere hæc signa esse distinctiõis realis possibilis, nõ actualis, stultum est; nam, vt tractatu 2. logicæ, disputat. 2. dub. 1. ostendimus, nulla datur distinctiõ realis possibilis, sed omnis distinctiõ realis est actualis, nam possibilis separatio est actualis distinctiõ, alias materia, & forma realiter non distingueretur, quoniã vnitæ sunt. Quod autem partes hæ, quas actu distinctas in continuo reperiri ostensum est, fiat infinitæ, patet, nam infinitum est, cuius partes accipienti aliæ, & aliæ restant accipiendæ vltimæque in infinitum, sed accipienti partes communicantes quantitatis, aliæ, & aliæ restant accipiendæ, & vltima accipi non potest, ergo partes continui sunt infinitæ.

Vt autem communior sententia, quam sumus amplexi, fiat planior, animaduertendum est, duplex esse partium quantitatis genus. Aliæ sunt aliquotæ, & aliæ communicantes, seu proportionales. Partes aliquotæ sunt certæ, non

non communicantes, quia se ad inuicem non componunt: tales sunt quatuor quartæ partes, quæ dantur in vlna, vlnam ita componentes, vt qualibet sit extra aliam, quæ appellantur aliquotæ, quoniã aliquoties repetitæ adæquantur totum, & ipsæ finiuntur: & hæ partes aliquotæ actu sunt in continuo, at non sunt infinitæ, sed finitæ, & de his partibus nequam intelligas sententiã in finitas partes actu distinctas dari in cõtinuo affirmatẽ.

Partes communicantes, id est, se mutuo componentes infinitæ sunt, nec ob id non sunt certæ, æquales, & determinatæ, nam certæ, determinatæ, & æqualis proportio fieri potest inter has partes: in vlna enim vna, infinitas dimidias vlnas inuenies. Quod licet primo aspectu difficile videatur certissimum apparebit hac calculatione facta. Accipe igitur duos palmos extremos vlnæ, & ex illis efficies dimidiam vlnam æqualem alteri. Accipe iterum vnum palmum extremum, & alterum medium, & coniuncti dimidiam vlnam efficiunt. Sume tertio duos palmos intermedios, & ecce aliam dimidiam vlnam, & vsque in infinitas huiuscemodi poteris effice-

re conuinationes, inueniesq; infinitas partes communicantes in vna vlna inueniri, quæ propter præfatas proportionales solent proportionales dici. De his partibus proportionabilibus intellige nostram sententiã aientem, in continuo dari actu infinitas partes actualiter distinctas. In continuo ergo partes aliquotæ vnicertæ, & assignabiles sunt finitæ: partes vero proportionales communicantes in assignabiles, non vnicertæ infinitæ sunt.

Inferitur ex dictis, in continuo esse actu indiuisibilia infinita, vt infra dub. 4. dicã, nã si in cõtinuo sunt infinitæ partes actualiter, necessum est, vt etiam sint infinita indiuisibilia, quibus illæ partes compulsetur: sunt (in inquã) finita indiuisibilia non solû indiuisibilia simpliciter, qualia sunt puncta, sed etiam indiuisibilia secundum quid, qualia sunt lineæ, & superficies. Quod attinet ad punctorum multitudinem nobiscum sentiunt omnes recentiores, linearum autem, & superficiem, non est ab omnibus recepta infinita multitudo, nam Suarez tom. 2. meth. disput. 40. sectio. 5. & alij quandam giratiuam lineam inuenierunt, vt vitare valeant linearum immensam multitudinem: Caterum non

Vna est



est maius inconueniens infinitas concedere lineas, quā infinita admittere puncta, quoniam etiā lineæ, & superficies, sicut & puncta sunt entia incompleta, ex quibus cōtinuum conflatur.

9 Ad primum argumentum oppositæ sententiæ respondetur, in cōtinuo dari infinitas partes proportionales, & finitas aliquotas, nunquam tamen posse dari infinitas partes continui diuisas, & separatas inter se, quia nunquam deuenitur ad diuisionem ex qua infinitæ partes æquales resultent, vnde etiā si magis, ac magis diuidatur quātitas, nunquam infinitus numerus partium erit.

10 Ad secūdam responderetur, implicare, quod continuum diuidatur omnibus diuisionibus, quibus potest, vt dubio sequenti dicā, neq; ex distinctione reali, quæ inter omnes continui partes inuenitur licet infetre omnium partium separationem simul, sed fat est, quod nulla pars assignabilis sit, quæ à continuo nequeat separari; vtriusque tamē argumenti solutio dubio patebit sequenti.

## DVBIUM III.

*Vtrum continuum possit diuidi in omnes partes, quas continet, vel saltem in infinitas?*

**S**uppono, primo, posse continuum diuidi à Deo in infinitas partes syncategorematicæ, hoc est, non tot, quin plures; ita tamen, vt omnes diuisiones, & partes, quæ de facto diuisæ dētur (sint finitæ) licet possint plures, & plures fieri sine termino, nam qualibet diuisione facta, potest cōtinuum magis, ac magis diuidi. Ex eo tamen, quod possit infinitis diuisionibus diuidi, nequaquā inferas, posse dari infinitas partes quantitatis actu separatas: non enim est efficax argumentum sumptū à potentia diuisiue ad actum collectivæ. Potest ergo continuum successiue, seu diuisiue (vt melius loquamur) infinitis diuisionibus diuidi, nō vero collectivæ, & ideo, nunquā dabūtur actu infinitæ partes.

Secundo suppono, in continuo non solum dari infinitas partes proportionales, & communicantes, sed etiam infi-

nititas infinites, & ob id duo vocamus in quæstionem. Primum est, an continuum possit diuidi in omnes suas partes, hoc est, an possit diuidi diuisionibus infinitis infinitis. Secūdam, an esto, quod non possit infinites, infinitis diuisionibus diuidi, possit diuidi infinitis diuisionibus, sed vt infra dicā, quodlibet infinitum est infinites infinitum.

**T**ertio suppono, continuum posse diuidi in infinitas partes, & in omnes, quas continet, si diuisio taliter fiat, vt vel partes statim, ac diuiduntur destruantur, vel si vniantur alteri continuo; nam non solum de possibili; sed etiam de facto admittit id in nutritione animalis magnæ philosophorum pars. An autem sit admittendum in libro de generatione, & corruptione cōstabit. Dicunt enim, quod in nutritione animalis successiue diuiduntur, & corrumpuntur partes formæ alimenti, sicut successiue introducantur, partes formæ corporeæ animalis. Quare quando aliqua portio de natura alimenti in aliam substantiam est conuersa; tum diuisa fuit illius materia, & forma in omnes suas partes extensionis, ita tamen, vt alimenti partes perierint, partes vero ma-

teria, vnitæ fuerint animalis materia.

His præhabitis dico primo, non posse continuum diuidi in omnes suas partes, ita, vt maneant actu diuisæ. Assertio est expressa Arist. 1. de generatione, textu 9. & S. Thomæ ibidem, lectio. 3. & manifeste probatur, quia si continuum diuideretur, in omnes suas partes, & actu manerent diuisæ, sequeretur, quod illæ partes essent, quantæ, & non essent quantæ, essent partes, & non essent partes, essent diuisibiles, & non essent diuisibiles; at id repugnat, ergo, & diuisio cōtinui in omnes suas partes actu permanentes etiam repugnat. Paret maior, quia illæ partes diuisæ essent partes, & essent quantæ, & diuisibiles, vt supponitur, è contra vero, non essent partes, nec quantæ, nec diuisibiles; quia de ratione partis quantæ, est, esse vltimus diuisibilem in semper diuisibilia, ille autem partes, non essent vltra diuisibiles; ergo implicat contradictionem diuisio cōtinui in omnes suas partes, ita, vt omnes actu maneant diuisæ; re enim vera si continuum diuideretur omnibus diuisionibus, quibus potest diuidi, facilè suaderetur continuum componi ex indiuisibilibus, cum posset taliter

4  
Assertio.  
S. Thom.

diuidi, vt non esset vltra diuisibile, quod quam alienum sit a veritate, ostendimus duobus primis.

Sed contra hanc conclusionem obijcies, omnes partes continui sunt realiter distinctae, & vna non est modus alterius, ergo quaelibet poterit a Deo conseruari separata ab altera, & per consequens poterit omnes partes continui diuisas conseruare. Confirmatur, quia potest Deus, suspendere simul omnes concursus, quibus conseruat indiuisibilia continuatiua partium continui, & conseruare concursus conseruatiuos partium, ergo peribunt continuatiua, & permanebunt partes sine vnione separatae, & diuisa omnino.

Respondetur, quamcumque partem diuisiue posse conseruari sine alia, omnes vero partes continui collectiue sumptas, non posse conseruari diuisas, propter manifestam contradictionem suprapositam: similiter propter eadem rationem, licet quodlibet indiuisibile vage, & diuisiue sumptum posset dextrui per suspensionem concursus, & quaelibet pars diuisiue sumpta ab altera separari posset, non vero omnes simul, & collectiue sumptae queunt separari: quia ergo partes sunt adinuicem sepa-

rabiles diuisiue realiter distinguuntur, quia tamen datur implicatio contradictionis supra proposita, nequit Deus suspendere omnes concursus, quibus vnitiua omnia partium continui conseruatur, nisi ipse etiam suspēdat omnes concursus partium conseruatiuos. Si tamen rationem huius rei inuestigare, coneris, nullam aliam inuenies nisi contradictionem suprapositam, quia scilicet de essentia continui est, semper posse diuidi. Vnde si Deus omnibus diuisiionibus, quibus potest diuidi continuum, diuidere, tentet, ruet, & euanescet ipsum continuum.

Dico secundo, continuum adhuc supernaturaliter, non posse diuidi in infinitas partes, quae actu maneant diuisae. Ita sentiunt communiter interpretes cum Arist. 8. phisicorum, textu 18. vbi asserit, in continuo dari infinitas partes in potentia, id est, posse in infinitum diuidi syncategorematicae, quia potest diuidi sine termino, licet ita nunquam diuidatur, vt infinitae partes actu diuisae vnus quantitatis finitae dari possint. Ratio huius rei est, quia partes quantitatis finitae, de qua loquimur, verbi gratia, vnus palmi, quae dicuntur infinitae, non sunt aliquotae,

sed

sed proportionales, & communicantes, quae cum mutuo se communicent, non possunt ita separari, vt simul dentur infinitae separatae: nam si ex quantitate vnus palmi tot possent fieri diuisiones, vt infinitae partes actu separatae existerent, quantitas vnus palmi proculdubio esset infinita, nam quantitas, quae constat partibus infinitis vnueris, & determinatis, quarum vna est extraliam, quantitas infinita est, ad quam solum requiritur, quod habeat infinitas partes determinatae extensionis, quantumcumque minima sint, siue sint perceptibiles a sensu, siue sint a solo Deo cognoscibiles.

Confirmatur, quia, si talis diuisio continui esset possibilis, nihil obstatet quo minus Angelus naturali virtute illam diuisiionem efficeret, ex quo sequeretur, naturaliter esse infinitam multitudinem entitatum, qualis esset, quae resultaret ex illa diuisiione, ergo diuisio continui in infinitas partes, nec ab ipso Deo fieri potest, quoniam diuisio continui in infinitas partes repugnat ex ipsa natura, quiditate, & essentia continui, quod petit infinitis diuisiionibus diuisiue diuidi, non collectiue.

Dices primo, posset Deus taliter creare continui partes, verbi gratia, vnus palmi, vt in quolibet instanti vnus horae aliquid illi adderet, ergo similiter posset Deo eodem ordine in alia hora successiue diuidere taliter, vt in quolibet instanti vnam diuisiionem faceret, peractis igitur infinitis instantibus infinitae diuisiiones factae fuissent, ex quibus infinitae partes diuisae resultarent.

Respondetur, non posse continui partes produci praefato ordine: nam in primo instanti necessum erat, quod produceretur pars diuisibilis in semper diuisibilia, consequenterque esset pars aliquota, vnueris, & determinata, & idem erat producendum in secundo, & reliquis instantibus consequenterque peractis vnus horae instantibus producta esset quantitas non vnus palmi, sed infinitae extensionis, quae per Dei absolutam potentiam produci posse non sum inficiatus tractatu 3. disputatio. 2. dub. 3. implicat, igitur in adiecto, quod producat pars quantitatis, & non constet infinitis partibus, nam quantitas est diuisibilis in semper diuisibilia.

Di-

11 Dices secundo: omnes diuisiones continui, quæ possunt fieri simul à Deo, vel sunt finitæ, vel infinitæ: non finitæ, quia non potest deueniri ad aliquam, ultra quam non possit dari alia, ergo potest simul diuidi in infinitas partes, quæ simul remaneant. Nam inquit, quot diuisiones potest efficere Deus in quantitate vnus psalmi, si respondes, quod mille, ulterius dicâ posse diuidi cōtinuum à Deo mille, & vna diuisione, & sic vsq; in infinitum. Respondetur, diuisiones continui, quæ simul fieri possunt à Deo, neque esse infinitas categorematice, nec finitas absolute, quia non possunt fieri tot diuisiones quin plures etiâ sint possibilès; erunt igitur infinitæ sine categorematice, sicut cognitionès beatorum, quæ futurae sunt per æternitatem, nec sunt infinitæ categorematice, quia nunquam data erunt infinitæ cognitiones, nec etiam sunt finitæ, quia nunquam deuenitur ad vltimam, sed sunt infinitæ sine categorematice.

(3.)

## DVBIUM III.

*Quotuplex sit indiuisibile?*

2 **O**bserua primo, in continuo permanenti, de quo in presenti loquimur (nâ de indiuisibilibus continui successiui duobus vltimis dubijs huius disputationis sermonē instituiam) dari vera, & realia indiuisibilia, quibus partes extensionis copulentur, aut terminentur; illa autem sunt superficies ad copulandas, profunditatis partes lineæ ad cōiungēdas partes latitudinis, & punctū, quod simpliciter, & secundum omnem dimensionē est indiuisibile ad vniendas partes longitudinis. Doctrina est expressa Arist. pluribus in locis grauiorum philosophorum consensu accepta. Pater, quia de ratione corporis, & de essentia profunditatis est continuitas, ergo debent eius partes continuari, & vni medijs aliquibus vnionibus. Pater consequentia, quia nō possunt vni per se ipse, partes enim, non sunt rationes formales vniendi, cum sepe numero repetitur diuisio, ergo sicut materia, & forma, accidens, & subiectum

iectum, & verbum Diuinum cum humanitate medijs vnionibus realibus vnuntur, & præter hæc vnitiua datur (vt statim attingā) indiuisibilia terminatiua, quibus quantitas extensio vnatur.

3 **S**ecundo obserua vnionē, qua partes continui vnuntur magnopere differre ab vnione, qua materia, & forma accidens, & subiectum vnuntur, nam vnio materiæ, & formæ eidem spatio, cui materia, & forma, correspondet, indiuisibile autem non correspondet partium spatio, nâ quantitatis partes partibus spatij, & indiuisibilia indiuisibilibus spatij præ sunt, estque indiuisibile inter duas partes vtramque tangens, & forte non est modus.

4 **T**ertio obserua, in singulis continuis esse singulas vniones pertinentes saltim reductiue ad illud genus seu prædicamentum ad quod pertinet continuum, verbi gratia, in substantia corporea dantur superficies, lineæ, & puncta, quæ sunt de genere quantitatis, & in qualitate de genere qualitatis. Alioquin si substantia continuaretur indiuisibilibus de genere accidentis, esset substantia ens per accidens, vt pulcre probat Suarez tom. 2. meth. disput. 40. lect. 5. hæc substantia, &

quantitatis indiuisibilia comēticia esse, existimant Vazquez 1. 2. disp. 80. cap. 2. & alijs pluribus in locis, & Conimbricenses lib. 1. physicorū cap. 2. quæst. 1. art. 3. asserentes, substantiam sine quantitate non habere partes distinctas, nec indiuisibilia, sed hanc sententiã, conuincimus late in logica tract. 5. disp. 2. dub. 2.

5 **O**bserua quarto, indiuisibile immediate vnire, & tangere partes per immediatam consequentiam post illam, quatenus indiuisibile immediate sequitur post partem, & pars post indiuisibile, ita, vt inter partem, & indiuisibile nihil mediet, & inter partem, & partem solum mediet indiuisibile correspondens diuerso spatio ab spatio partis. Huiusmodi tactus non est adæquatus, nam indiuisibile, non tangit partes sicut materia formam, aut sicut locus circumscriptiue tangit rem locatam per vtriusq; commensurationē, quia inter indiuisibile, & partes commensuratione non est, nec indiuisibile tangit partem secundum totum illius partis, quia qualibet pars eo ipso quod est pars habet duas dimidiationes quarum vna est proximior indiuisibili, & alia remotior, nō igitur tangit partem secun-

Vazquez

Conimb.

4

Suarez.

X x dum

dum remotiorem, sed secundum proximiorum. Ceterum in hac proximiori alias duas dimidiationes inuenies, vnā proximiorum altera, & sic in infinitum, & nulla datur dimidietas, quæ assignari possit, tamquam proximior ipsi indiuisibili, nec eam videri a Deo inquit Hurtado disput. 15. physica. sect. 1. tangit ergo indiuisibile partem, sed si illam assignas, vel assignet ipse Deus, semper aliquid partis remanebit. Fateor id esse penitus inexplicabile, sed admissa compositione continui ex partibus in has incidimus angustias, in grauioribus tamen compelluntur. Ceterum non iste alicuius, ex solis indiuisibilibus continuum coalescere.

*Difficultatis resolutio.*

**A** Sphæro ergo, in continuo permanenti triplex genus indiuisibilium dari, nempe punctum, lineam, & superficiem, vt prima obseruatione notauimus. Hoc triplex indiuisibilium genus est in duplici differentia, nā quædam sunt indiuisibilia vnitiua, quædam vero terminatiua. Omnino vnitiua sunt medijs quibus partes vniantur: terminatiua, quibus continuum termi-

Hurtado

natur, & finitur, nam continuum permanens debet esse positiuè finitum, atque adeo debet habere finem, & vltimum terminum, hæc indiuisibilia realiter inter se distinguuntur, & à continuo, cuius sunt indiuisibilia, quoniam adiuicem queunt separari, & potest continuum sine hoc, vel sine illo indiuisibili dari.

Ex dictis inferes, inter partes vnitas mediare vnicum indiuisibile vnitiuum. Quod si partes diuidantur, illud indiuisibile perit post diuisionem, & statim in partibus diuisis resultat duo indiuisibilia terminatiua illarum specie distincta ab indiuisibilibus continuatiuis, quoniam hæc sunt essentialiter vnitiua, & essentialiter pendent à partibus lateralibus, nec esse possunt, quin actu vniantur, vel saltem potentia, at indiuisibilia terminatiua non sunt vniones, nec habent minus illarum, aut dependent à partibus lateralibus, sed ab illis solum, quas terminant ex vna parte: loquor de indiuisibilibus continui permanentis, nam de indiuisibilibus continui successiui dubio vltimo erit sermo.

Rogabis, quodnam ex tribus indiuisibilibus supra enumeratis sit omnino, & pure terminatiuum, punctum ne,

65

7

**Suarez.** an linea, an superficies? Respondent Suarez tom. 2. meth. disput. 4. sect. 5. & Vazquez 1. part. disputat. 192. cap. 2. solam superficiem esse solū, & pure terminatiuam, hoc est, ita terminare extensionem, vt nulla ratione continuet aliam extensionem: puncta vero, & lineas non esse pure terminatiua, nā licet quando corpus perfecte sphericum est supra corpus perfecte planum, illud solum tangat in puncto, illud tamen punctum non est pure terminatiuum, sed etiam vnitiuum, nam est terminatiuum lineæ, quæ descendit à summo corporis spherici vsque ad infinitum, & etiam ipsum punctum est continuatiuum, & vnitiuum partium lineæ, quæ girat circa corpus sphericum. His auctoribus si vis subscribe, valde enim acute loquuntur, vel si maus, punctum etiam, & lineas omnino terminatiuas, cum alijs iunioribus admittite.

**Suarez.**

Rogabis præterea: vtrum continuum possit esse supernaturaliter sine indiuisibili terminatiuo. Respondet Suarez loco supra citato numer. 41. affirmatiue, & ei adherere. Potest enim Deus suum suspendere concursum, & sic impedire, ne indiuisibile terminatiuum fluat, tunc au-

tem continuum non esset terminatum positiuè, sed negatiue, sine indiuisibili tamen vnitiuo dari implicat continuum, nam eo ipso, quod non sint partes vnite, non datur continuum, sicut etiam implicat, quod detur homo sine vnione materiæ, & formæ.

**DVBIVM V.**

*Quodnam sit subiectum indiuisibilium?*

**C**ontinua partium extensio, non solum in quantitate molli reperitur, verum etiam in materia in forma substantiali corporea, in vnione substantiali, & in corporeis qualitatibus, & accidentibus, vt memorauimus præcedenti dubio, & ostendimus tractatu 5. logicæ disputatio. 2. dub. 2. sed vbi est extensio, & continuitas, necessum est, vt etiam sint indiuisibilia vnitiua, & terminatiua. Inueniuntur igitur non solum in quantitate, verum etiam in substantia, & alijs accidentibus indiuisibilia, cuiusque entitati proportionata: horum ergo omnium indiuisibilium subiectum inuestigamus.

2 In primis indivisibilia quæ  
tatis, formæ substantialis cor  
poreæ, qualitatis, & aliorum  
accidentium subiectantur tā  
quam in subiecto in indivisi  
bilibus materiæ primæ (si ac  
cidētia in materia primæ sus  
cipiuntur) nam ita sunt quan  
titas, & reliquæ formæ exten  
sæ, & continuæ in materia, ut  
pars formæ subiectetur in par  
te materiæ, & indivisibile for  
mæ in indivisibili materia.  
Philosophandū igitur est de  
his indivisibilibus formatum,  
sicut de ipsis formis, sicut  
enim forma ignis est in mate  
ria primæ, tanquam in subie  
cto informationis, sic etiam  
indivisibilia formæ ignis in in  
divisibilibus materiæ primæ,  
tanquam in subiecto informa  
tionis recipiuntur: & sicut  
quantitas, vel qualitas dicitur  
inhærere materiæ primæ,  
sic etiam indivisibilia quanti  
tatis, vel qualitatis recipi in  
hæsiue in indivisibilibus mate  
riæ primæ dicendum est. So  
lum ergo inuestigandum re  
stat subiectum in quo indivi  
sibile materiæ primæ subie  
ctetur; simulque comparare  
indivisibile formatum, cū ip  
sarum formatū partibus, quæ  
difficultas grauior est in sen  
tentia asserente, indivisibile  
non esse rem, sed modum.

3 Plures ex suprapositis fu  
gies difficultates, si asseueres

punctum, non esse modum,  
sed rem, & Dei absoluta pō  
tentia separari posse a parti  
bus, eisq; vniri medijs duabus  
vniōibus in ipso puncto: fu  
gies quidem multas difficul  
tates, concedes tamen nimit  
modorum, & vniōum multi  
tudinem. At gestulationi  
bus respondere malo, quam  
firmis concludi rationibus.  
Concedo ergo, præfatam mo  
dorum multitudinē: quid in  
de? Affirmo, indivisibilia ma  
teriæ primæ esse res substan  
tiales, nullique inhærere sub  
iecto, sed potius subiecta esse  
indivisibile formatum sub  
stantialium, & accidentiū: est  
namque pars materiæ primæ  
partis subiectum, & indivi  
sibile est subiectū indivisibile.  
Quid miraris?

4 Dices punctum est partiū  
vniō, ergo modus vniōis.  
Nego consequentiam, non  
enim omne vniendi munus  
solis potest cōpetere modis,  
nam vnire per modum conti  
nuationis, munus est rei con  
ueniens, lōge diuersum sane  
munus ab vniōe per modum  
subiecti cum forma. Quod cō  
tinuando vnit, per se videtur  
stare, & non modificans: vni  
re vero formam cum sub  
iecto vere est mo  
dificare.

DV

DVBIVM VI.

Vtrum in continuo succes  
sivo dentur indivi  
sibilia?

7 **E**xplicuimus hucusq; con  
tinui permanētis compo  
sitionem, & in eo partes, &  
indivisibilia reperiri ostendi  
mus, nunc superest continui  
successiuo compositionem ex  
planare, & in primis constare  
partibus compertum est, &  
receptum ab omnibus philo  
sophis agentibus, continuum  
permanens, non solum ex in  
divisibilibus verum etiam ex  
partibus cōflari, cōstat enim  
tempus partibus, quæ vocan  
tur præteritum, & futurum, &  
motus partibus constat parti  
bus temporis cōmensuratis.  
An autem etiam sint in con  
tinuo successiuo indivisibi  
lia, his duobus assertis diffi  
niam.

2 **A**ssertum  
Primum assertum est, par  
tes continui successiuo copu  
lari indivisibilibus quo ad suc  
cessionem; assertionem hanc  
expressit Aristot. hic cap. 5.  
& amplectuntur Suarez tom.  
3. in tertiam partem, disp. 8.  
sect. 2. Magister Lorca in 2.  
2. sect. 3. disp. 14. num. 21. &  
alij recentiores, & probatur

manifeste, quia continuum in  
hoc distinguitur à discreto,  
quod quanti continui partes  
termino communi copulan  
tur, ut ex philosopho retuli  
mus tractatu 5. logicæ, disp.  
2. discreti vero partes nō co  
pulantur termino communi;  
dantur igitur in continuo suc  
cessiuo, indivisibilia quibus  
partes continui coniungan  
tur.

3 **A**ssertum  
Secūdum est, dari etiam in  
continuo successiuo indivisi  
bilia terminatiua, hanc etiā  
cōclusionē tenēt auctores ci  
tati, & probatur, quia quādo  
aliquod corpus mouetur in  
quolibet instanti habet motū  
indivisibilem quo ad successio  
nem, quod vocatur mutatum  
esse, & ab alijs dicitur perma  
nens duratio indivisibilis,  
quia in instanti nulla est suc  
cessio, nec diuisibilitas, sed  
illud indivisibile quo ad suc  
cessionem terminat omnes  
partes motus præteritas, quia  
est post omnes illas, & ibi po  
test quiescere motus, ergo dā  
tur in continuo successiuo in  
divisibilia terminatiua, quo  
ad successionem. Quo ad suc  
cessionem (in quam) nā quo  
ad extēsiōnem diuisibile est,  
si subiectū receptiuum est di  
uisibile, an autem indivisibi  
le terminatiuū motus sit, nō  
solū in fine motus verū etiā  
in initio dubio scies sequēti.

Anno

4 Annotabis, quod si quiescat mobile, verbi gratia, quādo mouetur localiter, & acquisita præsentia in illa quiete permaneat per aliquod tempus, illius præsentia conseruatio solum habet denominationem terminatiui motus localis in illo instanti, in quo post motum acquiritur, non vero in tempore sequenti, quia in ratione terminatiui, seu mutati esse solum durat per instans, non per tempus, nam sicut motus est prima rei productio diuisibilis, ita mutatum esse, est prima rei productio indiuisibilis, & ideo, quando iam non est prima productio, sed conseruatio, deficit à ratione mutati esse, & per consequens à ratione terminatiui. Adde, quod de ratione terminatiui est, solum ultimo terminari in instanti, & in instanti complet suum munus, quod autem postea duret, vel non duret, nil ad rem.

5 Obijcies, modus rei non potest esse sine re, cuius est modus, sed quando existit indiuisibile terminatiuum non existunt partes, sed iam sunt præteritæ, ergo tale indiuisibile non modificat illas partes, & per consequens non datur, nam indiuisibile terminatiuum est modus rei, quam terminat. Responde-

tur, maiorem propositionem concedendam esse de modis rei permanentis, qui actualem rei existentiam modificantem petant, ac vero modus rei successiuæ non ita, talis nāq; coexistentia repugnat illi, & solū petit immediatam conseruationem post partem, quam terminat, vt sit vltimum complementum, & vltimus terminus successiois illius. Modificat igitur mutatum esse non permanenter, sed successiuæ, existit quando partes existunt, non existit in permanenti, sed successiuæ, quam explicui tractatu 4. disputat. 4. dubio 2.

Rogabis an per mutatum esse producat aliquid Magister Lorca loco supra citato, nihil indiuisibile mutatum esse correspondere arbitratur: existimat enim absurdum, in diuisibilia in qualitatibus admittit, sed partes intentionis se ipsis, & non alio vinculo vniri, & diuersimode de latitudine intentionis, ac de latitudine extensionis philosophandum esse. Cæterum necessum est, fateri in qualitatibus indiuisibilia intentionis inueniri, quod in libris de generatione, & corruptione Deo dante probabitur, atque adeo dabitur indiuisibile qualitatis, quod

per

per indiuisibile alterationis terminatiuum producat, quando ergo producit calor successiuæ, per quodlibet indiuisibile, seu mutatum esse actionis producitur indiuisibile caloris terminans partes iam productas in tempore antecedenti ante instans, sed hæc sequenti dubio patebunt.

### DVBIVM VII.

*An detur primum, & vltimum mutatum esse motus?*

1 **I**N motu, & in quolibet ente successiuo dari vltimum mutatum esse terminum scilicet, quo motus finiatur, quoddam videlicet indiuisibile terminatiuum, se habens versus finem, fere est absque controuersia, & constat ex dictis dubio præcedenti: diximus enim, in continuo successiuo dari indiuisibilia essentialiter terminatiua partium præcedentium, ita, vt motus in quolibet quiescere possit, & in aliquo indiuisibili tandem quiescat, & hoc vltimum indiuisibile mutatum esse nuncupatur: dabitur autem in præsentem, an

versus initium detur indiuisibile initiatiuum motus, quod nuncupetur primū mutatum esse.

Dari indiuisibile initiatiuum motus his potest corroborari argumentis. Primum est. Motus non minus est finitus ex parte principij, quam ex parte termini, sed habet vltimum terminatiuum ex parte termini, ergo habet primum terminatiuum ex parte principij. Nec fit satis huic argumento, si dicatur, motum ex parte principij finiri negatiue, ex parte vero finis positiue per vltimum indiuisibile, nam eodē fundamento poterit aliquis dicere, versus finem negatiue etiam finiri: & eodem fundamento defendi poterit, in continuo permanenti non dari indiuisibilia terminatiua, quibus terminetur positiue.

3 **S**ecundum argumentū, quia in termino producto, verbi gratia in qualitate datur primū indiuisibile, quod primo producit, & quo terminatur qualitas, ergo in ipso motu debet esse primum indiuisibile correspondens primo indiuisibili qualitatis: qualitas enim tam versus initium, quam versus finem debet habere indiuisibile terminatiuum.

4 **T**ertium argumentum, si quis de turri deiecit more

retur

retur instantanee in medio aere, producereturq; in instanti forma cadaueris (si producit) semper tamen motus duraret, nullumq; possit assignari tempus in quo corpus illud à turri cadens non moueretur, ergo illud instans, in quo mortuus fuit carnis, fuit primum mutatum esse respectu motus formæ cadaueris, nam motus canis viuentis finitus est in tempore, non in instanti, ergo motus cadaueris incipit in instanti, ac perinde datur motus habens indiuisibile initiatiuum.

5 Communis, & verâ sententia in ente successiuo non dari primū mutatum esse sentit, ita Pereira lib. 4. cap. 9. proposit. 1. Conimbricenses, & Rub in præsentī, & est expressa Aristot. hic cap. 5. textu 48. & cap. 6. textu 50. Probatur primò, quia mutatum esse præsupponit partes, & aliquid productum, per quod dicatur subiectum esse mutatum, ergo mutatum esse non potest esse primum indiuisibile, nam vt ex ipsa voce constat, mutatum esse mutationē factā præsupponit: vnde implicare videtur in adiecto, quod sit mutatum esse, & sit primum, nam si primum non erat prius mutatum, & si prius, mutatione non erat primum motus indiuisibile.

*Conclus.  
Pereira.  
Conimb.  
Rubio.*

6 Confirmatur, quia motus non potest incipere in instanti, sed necessario debet incipere in tempore, at non potest dari mutatum esse ante omnem motū, quia implicat, subiectum esse mutatum sine motu; ergo nequit dari primum initiatiuum motus, seu primum mutatum esse. Afferere enim, vt ab aliquibus afferitur, quod indiuisibile initiatiuum motus in tempore producit, ita, vt pars motus, & indiuisibile initiatiuum motus vni parti temporis correspondeat, verâ philosophiæ contradicit, nam philosophia vera docet, partē motus parti temporis, & indiuisibile motus indiuisibili temporis correspondere: si ergo incipit motus in tempore, incipit per partem non per indiuisibile, cum ergo sæpe sæpius motus post motum sequatur si motus desinit in instanti, atque adeo finitur per indiuisibile necesse est, vt alter motus incipiat in tempore, ac perinde per partem, nam duo indiuisibilia motus, & temporis immediata dari nequeunt.

7 Solutio adhibita primo argumento in contrariū adducto vera est, & ad instantiā respondeo, negando partem inter continuum permanentem, & continuū successiuū longe enim diuersa sunt hæc conti-

6 continua, & ideo nō mirum, si omnino diuersas habeant conditiones: & hinc est, quod continuum permanens versus vtramq; partem positue, & intrinsicè terminetur: continuum vero successiuum terminetur versus initium negatiue, & extrinsicè, terminatur autem continuum successiuum versus finem positue, & intrinsicè, quia cum quiescit motus, finiturq; verificatur in vltimo instanti mutatum esse per motum, & partes præcedentes, & quoniam (vt dicam disputatione sequenti) ens successiuum desinit in instanti.

2 In secundo argumento doctus antecedens, & nego consequentiam, nā per primā partem motus producit pars qualitatis, & qualitatis indiuisibile potest enim indiuisibile qualitatis parti motus correspondere in adæquate, nam cū debeamus asserere, vel indiuisibile motus, & partes motus parti temporis correspondere, vel indiuisibile, vel partem qualitatis correspondere parti motus, eligimus hunc vltimum modū dicēdi, quia minus philosophiæ

aduersatur: per partē igitur motus pars qualitatis, & eius indiuisibile producit. Alia non suppetit, aptior solutio, dubito, an ea opido quiescas.

9 Ad tertium argumentum respondetur, in eo casu duos esse motus diuersos, alterum viuentis, & alium cadaueris, nam cum diuersa sint substantia, necesse est, vt etiam motus sint diuersi. Primus motus canis viui caret vltimo mutato esse, nam licet omnis motus finiatur per suum indiuisibile terminatiuum per se loquendo, per accidens tamen potest carere vltimo terminatiuo intrinsicè, & solū terminatur extrinsicè per instans, in quo incipit esse cadaueris; vterq; igitur motus in prædicto casu caret indiuisibili initiatiuo, & primus motus caret etiam indiuisibili versus finem per accidens, per accidens (inquā) quia contingit, quod in instanti, in quo futurum erit indiuisibile terminatiuum, non sit mobile, scilicet canis viuus; motus autem cadaueris terminatur vltimo in indiuisibili.

## DISPUTATIO SECUNDA.

*De inceptioe, & desuione rerum?*

**C**ONTINUUM, tam permanens, quam successiuum enotare, & de utriusque continui terminis superest disceptare: & priori loco agendum erat de terminis continui, quo ad extensionem permanentem, quoniam continuum permanens proprius continuum est, quia successiuum: sed quia in fine præcedentis disputationis de mutatis esse, & compositione continui successiuum egeram, ne continuum, quod præmanibus est, è manibus deponamus, libet in hac secunda disputatione de modis incipiendi, & desinendi rerum, de terminis, scilicet rerum naturalium, quo ad durationem differere.

(.?)

## DVBIUM I.

*Quot sint modi incipiendi, & desinendi rerum?*

**I**ncipiunt, & desinunt res, vel successiuæ, vel permanentes, hoc est, vel totæ simul, & non secundum successiuam partem, vel non totæ simul, sed successiuæ, quocumque autem modo res incipiant, & desinant, modus desinendi, & incipiendi est explicatu difficilis. Petendus tamen est iste modus incipiendi, & desinendi à tempore, nam tempus est regula durationis rerum, sed quia temporis partes incertæ, & indeterminatæ sunt, & quacumque assignata alia minor, & minor dari potest, ideo per instantia modi incipiendi, & desinendi rerum sunt explanandi. Assignant enim philosophi ex parte principij vnum instans, & aliud ex parte finis, &

& hæc instantia vocant modos incipiendi, & desinendi rerum, & ex his instantibus sic duos modos incipiendi, & alios duos desinendi rerum deprompsere philosophi.

Est igitur duplex modus incipiendi rerum, alius extrinsecus, intrinsecus alius: modus incipiendi intrinsecus est, quando res incipit in instanti, & in eo verum est dicere, res nunc est, & immediate ante non erat, & hic modus incipiendi vocatur à philosophis, inceptio per primū sui esse. Modus incipiendi extrinsecus dicitur per vltimū non esse, quo pacto incipiunt omnes res, quæ in tempore dicuntur produci, quoniam nulla potest assignari pars suæ in ceptionis in tempore, quæ sit prior, nam quacumque assignata est alia prior, ideo sumitur tanquam regula instans, quod immediate præcedit ante partes, quod instans est extrinsecum in ceptioni quia vere in illo instanti res non est, nec incipit, sed in tempore sequenti. Dicitur autem hic modus incipiendi incipere per vltimum non esse, quia in illo instanti vere dicimus nunc vltimo non esse res, & immediate post erit in tempore sequenti, & ideo dicitur, extrinsece incipere per vltimum non esse.

Sunt etiam alij duo modi desinendi rerum, e quibus vnus est intrinsecus: & alter extrinsecus. Modus desinendi rerum intrinsecus dicitur primum non esse, quia res ita in determinato instanti destruitur, vt verum sit dicere, nunc primum non est res, & immediate antea erat. Secundus modus desinendi est extrinsecus, & dicitur per vltimum esse, quando scilicet res ita existit in instanti, vt in tempore sequenti destruitur, & nulla sit assignabilis pars temporis post illud instans, antequam non sit res destructa, & vere dicatur in illo instanti, nunc vltimo est res, & immediate post non erit.

Quobus igitur modis res incipiunt, nempe per primū sui esse, & per vltimum non esse, & alijs duobus modis desinunt, videlicet per primum non esse, & per vltimū sui esse: nam, vel res possunt produci primo in instanti, vel in tempore, si in instanti incipiunt per primum sui esse: si in tempore per vltimum non esse: similiter res non potest destrui, nisi in tempore, vel instanti: si in instanti destruitur, desinit per primum sui non esse, si in tempore destruitur, desinit per vltimum sui esse: res hæc est minime obscura, nonnullis tamen est

Yy 2 inte.



integumentis inuoluta, quoniam his vocibus vtuntur philosophi, vt inceptionem, & desitionem rei explanent, lucent eripiunt, & obscuritatem afferunt, ob idq; summa est adhibenda diligentia in suprapositis vocibus earum, que significationibus intelligendis.

5 Annotabis tamen, non esse idem inceptionem, & productionem rei, nam in instanti, in quo non producitur incipit, verbi gratia, quando res incipit per vltimum non esse assignatur illud instans, tanquam regula inceptions, & tamen in illo non producitur, sed immediate post. Similiter in rigore non est idem desitio, & corruptio, nam aliquando quando res desinit, non corrumpitur, verbi gratia, quando res desinit per vltimum esse, assignatur illud instans, tanquam terminus desitionis, & tamen tunc non destruitur, & corrumpitur, sed immediate post corrumpitur.

## DVBIVM II.

*Qua ratione incipiunt, & desinant res successiuæ?*

1 **D**Vplex genus rerum successiuarum datur; alia sunt

res intrinsece, & ex natura sua successiuæ, à quibus successio separari potest, verbi gratia, alteratio & reliqui motus successiuus, alia sunt res, quæ licet sint permanentes successiuæ acquiruntur, suntque successiuæ extrinsece, verbi gratia, qualitas, & qualiter res successiuæ intrinsece, & res successiuæ extrinsece incipiunt, & desinant, his duobus dicam assertis.

Primum assertum est. Res intrinsece successiuæ, verbi gratia, motus, fiunt in tempore, & incipiunt intrinsece per vltimum non esse, & desinant intrinsece in instanti per primum sui non esse. Cõspicua est hæc assertio, nam ens successiuum, verbi gratia, motus, aut tempus nullam habet primam partem à qua determinate incipiat, ergo recurrendum est ad aliquod instans extrinsecum illis partibus, in quo dicamus, modo vltimo non est motus, & immediate post erit. Econtra vero, quia motus, & quodlibet ens successiuum habet vltimum mutatum esse terminatum partium præcedentium, vt dixi disputatione præcedenti, dub. 8. atque adeo in quolibet instanti finiri potest motus, & in illo dici, nunc primo non est motus, & immediate

*Assertum*

diante ante affuit, nam in instanti, in quo est mutatum esse terminatum, non est ipse motus, sed indiuisibile motus, & ideo in illo instanti verificatur, quod non sit motus, & quod fuit antea, quia tamen illud mutatum esse est intrinsecum motui, vt pote eius terminatum, & non esse est intrinsecum desitioni, hinc est, quod motus dicatur desinere intrinsece.

3 *Assertum*

Secundum assertum. Res permanentes acquirunt successiuæ, quæ ob hanc causam extrinsece successiuæ vulgo appellantur, eodem modo incipiunt, & desinant, ac motus quibus acquiruntur, verbi gratia, partes caloris successiuæ per alterationem produci incipiunt extrinsece per vltimum non esse, & desinant intrinsece per primum non esse, nam eo modo, quo procedit actio, debet eius procedere terminus.

## DVBIVM III.

*Quomodo incipiant, & desinant res permanentes, permanentiter acquiruntur?*

3 **R**es, quæ permanentiter producantur, producantur in

instanti. Sic creantur in instanti res spirituales permanentes, vt Angelus, & anima rationalis. In instanti etiam producantur non solum formæ substantiales, sed etiam illarum potentia, passiones, & proprietates, quæ ab illis dimanant; ait enim Aristot. hic capit. 5. textu 4. formam momento gigni, momentoque interire, quod intelligendum est, quando forma substantialis producitur per generationem, nam per nutritionem certum est, minui, produciue successiuæ nonas partes formæ corporeæ viuētis, & eadem successione deperdi partes alimenti, atque adeo in nutritione philosophandum est de substantia sicut dubio præcedenti diximus. philosophandum fore de qualitatibus, & de alijs rebus permanentibus successiuæ tamen acquiruntis. Dicendum igitur est in præfenti, qualiter omnes res permanentes, permanentiter acquirunt incipiunt, & desinant, & ideo de eis sigillatim instituemus sermonem.

Sit igitur cõclusio, res omnes permanentes, siue corporeæ, siue spirituales sint, dum modo sint permanentiter acquirunt, incipiunt intrinsece per primum sui esse, ex ma-

*Conclusio*

teria sua, desinunt vero in instanti intrinseco, si ad ingressum aliarum formarum destruantur, ut contingit in generatione, & corruptione entis naturalis. Doctrina est communis inter recentiores, & quod res omnes permanenter acquisite incipiant in instanti per primum sui esse, ita, ut verum sit dicere, nunc res primo est, siue sint res genitæ, siue creatæ, aut concreatæ, & cogenitæ. Probatur manifeste, quia omnia ista incipiunt tota simul, & in instanti, ergo in illo instanti vere dicitur, quod res sit, & in tempore antecedenti non fuit, sed hoc est incipere intrinsece, & per primum sui esse, ergo res permanentes per primum sui esse, atque adeo in instanti, & intrinsece incipiunt.

3 Quod vero desinant per primum non esse, atque adeo intrinsece, dummodo ad ingressum aliarum rerum permanentium destruantur, probatur, nã in hoc modo inceptionis, & desitionis bene saluatur, quod materia prima in generatione, & corruptione entium naturalium, nec per vnum instans sit cum duplici forma, nec ab omni forma nudata, nam in vno instanti verificatur, non est forma hominis, & immediate antea

fuit, quia forma hominis desinit per primum non esse, & in eodẽ instanti verificatur, nunc est forma cadaveris (do formam esse cadaveris) & immediate antea non fuit. Ecce vnum instans, in quo desinit homo intrinsece, & incipit intrinsece cadaver, & inspicit quomodo ad corruptionem immediate sequatur generatio, philosophareque eodem modo quo ad inceptiõem, & desitionem de corruptione, ac de generatione, ac de ipsis formis substantialibus.

4 Addidi consulto verba illa, si ad ingressum aliarum destruantur, nam si alia forma, vel alia res non producatur, cum qua sit oppositio, res permanens desinit per vltimum sui esse, excipit tamen ab hac regula res, que destruitur ad ingressum alterius, nam illa res desinit, non per vltimum sui esse, sed per primum sui non esse, ut videre est in desitione hominis ad ingressum cadaveris; maneat semper in tuo animo fixum, quod inceptio extrinseca non est productio, nec extrinseca desitio corruptio,

tio, ut notavi dubio primo.

5 Cõsulto etiam addidi particulam illam, ex natura sua, nam licet iuxta ordinem naturæ res permanentes debeant incipere per primum sui esse, & desinere per primum non esse, si desinant ad ingressum aliarum rerum permanentium, de potentia tamen Dei absoluta possunt inuerso ordine incipere, & desinere, nempe incipere per vltimum non esse, & desinere per vltimum esse. Potest enim Deus creare Angelum, non in instanti, sed in tempore immediate sequenti non commensuratiue ad tempus, id est, non ita, ut correspondeat partes actionis partibus temporis, sed aliter, ut tota actio aliquomodo partibus temporis coexistat, & nulla sit assignabilis in vna hora, verbi gratia, pars antequam non fuerit Angelus productus.

6 Sed dices: res successiua, verbi gratia, motus alterationis, adhuc per Dei absolutam potentiam nequit produci in instanti, ergo nec res permanens, verbi gratia, Angelus potest produci in tempore. Patet consequentia, quia sicut est proprium rei successiue produci in tempore, ita rei permanentis pro-

duci instanti. Respondetur, concedendo antecedens, & negando consequentiam, & ratio disparitatis appertinet, quia res successiua, eo ipso, quod successiua est, essentialiter petit, ut partes post partes sequantur, nam de essentia rei quantæ est, habere partes extra partes, vel in ordine ad locum, quale est quantum permanens, & proprium, & in ordine ad tempus quale est quantum successiuum, petit etiam, ut passionem diuisibilitatem: hæc autem diuisibilitas partium consequitur, & successio in instanti dari implicat, sicut implicat, quod instans habeat partes, at vero in tempore bene potest dari simul et rei permanentis, verbi gratia, Angeli non commensurando se cum tempore modo à nobis explicato tractatu 4. disputat. 4. dub. 4.

### DVBIVM III.

*Quomodo incipiant, & desinant indiuisibilia entis successiui?*

**S**it conclusio indiuisibilitatis successiui incipiunt *Conclus.*  
in-

intrinsece per primū sui esse, & desinunt extrinsece per ultimum sui esse: quare illud instans est intrinsecum inceptiōi, & extrinsecum desinōi, quia in inceptiōe comparatur cum partibus præcedētib; in desinōe vero cum partibus subsequētibus. Probat; & explicatur conclusio, quia indiuisibile entis successiui solū durat per instans indiuisibile, ergo quando primo exiit, tunc ultimo existit, atq; adeo indiuisibilia incipiunt per primum sui esse, & desinunt per ultimum sui esse.

2 Sed obijcies; illud indiuisibile entis successiui solū durat per instans, ergo destruitur in instanti, ergo destruitur intrinsece, ergo in eodem instanti eadem res est intrinsece, & non est intrinsece. Respondetur, hoc argumentum pertinere ad modum loquendi, de re satis constat, dicitur autem incipere intrinsece, & desinere extrinsece, ne eodē instanti dicatur res esse, & nō esse, nam etiam si tantum indiuisibile per instans daret, potest incipere per primum sui esse, si cum partibus antecedentibus comparatur, & tunc incipit intrinsece, desinit vero extrinsece, quoniam comparatur cū partibus subsequentibus, & in instanti ve-

rificatur, nunc ultimo est indiuisibile entis successiui, & immediate post non erit. Eodē modo philosophare de Angelo, verbi gratia, quem Deus posset producere per vnicum instans duraturum, quod instans esset intrinsecum inceptiōi Angeli, & eius desinōi extrinsecum, & in eodem instanti dantur Angeli inceptiō, & desinō, non vero creatiō, & anihilatiō, nam creatur in instanti, & anihilatur in tempore, quoniam (vt animaduerti dubio primo) desinō extrinseca non est ipsamet corruptiō, nec inceptiō extrinseca est rei productiō.

Ex dictis inferitur, motus, & omnia entia successiua, (vt absolute loquendo) incipere diximus dubio primo per ultimum sui non esse, & desinere per primum sui non esse, si addatur reduplicatiō, vt tanta, longe diuerso modo incipere, & desinere: nam altera tō, vt tanta, & eius terminus calor, vt quinque determinatus incipiunt per primum sui esse, & desinunt per ultimum esse, & ratio patet ex dictis, quia entia successiua habent esse tantā determinare per ultimum instans, & ultimum indiuisibile sequuntur post tēporariam successiōem, ergo entia successiua, vt tāta sunt

indiuisibilia; atque adeo incipere, & desinere debent eodem modo, quo indiuisibilia entis successiue incipere, & desinere nuper docui. Motus enim non est in instanti, sed in tempore, consumatur tamen in instanti, in quo habet esse vltimum indiuisibile terminatiuum motus, vel alicuius rei successiue acquisitæ.

Est igitur motus absolute loquendo diuisibilis, at vt tantus indiuisibilis. Incipit motus (idem de rebus permanētibus successiue acquisitis dictum puta) per vltimum sui non esse, & desinit per primū non esse, at vero motus, vt tātus incipit per primum sui esse, & desinit per vltimum esse.

## DISPUTATIO TERTIA.

De terminis magnitudinis, & paruitatis?

## DVBIUM I.

Vtrum corpora viuētia habeant terminum magnitudinis, & paruitatis?

**D**UPLICI termino res omnis creata circumscribitur: vno, quo ad existentiam: altero, quo ad durationem: hunc discutimus disputatione præcedenti: de illo duo examinanda in præfenti occurrunt. Primum est, vtrum corpora viuētia habeant terminum versus maximum, aut minimum ex natura sua. Secundum, an istū terminum corpora non viuētia habeant; & hac disputatione peracta, quo pacto terminetur corpus naturale, cuius explicatio scopus est physicæ abscultatiōis, fiet plenum.

**Q**UATUOR terminos rebus naturalibus præfixere philosophi, quorum duo sunt intrinseci, & duo extrinseci; duo sunt magnitudinis, & duo paruitatis. Primus modus intrinsecus magnitudinis est magnitudo illa, sub qua res esse potest, seu ille terminus quem potest attingere, & non excedere, verbi gratia,

Zz quan-

quantitas hominis gigantei sex cubitorum, sub qua gigas conseruari potest, & in maiori non potest, & hic terminus dicitur maximus, quod sic. Terminus extrinsecus magnitudinis est ille, sub quo res esse non potest, potest tamen in minori, qualis esset in eo casu, verbi gratia, magnitudo septem cubitorum, respectu hominis, quæ appellatur minimum quod non; id est minima quantitas illarum magnarum, sub qua homo esse non potest, bene tamen in minori, & illa quantitas, sub qua conseruari non potest, dicitur minima, quia inter quantitates, in quibus res non potest conseruari, minima est.

2 Primus terminus paruitatis versus paruitatem est intrinsecus, & est illa minima quantitas, sub qua res esse, & conseruari potest, ita, vt sub minori esse non possit, & hæc vocatur minimum quod sic, verbi gratia, si magnitudo, in qua homo conseruari potest est magnitudo muscæ. Terminus extrinsecus paruitatis est ille, sub quo res esse non potest, bene tamē in maiori, & hic terminus appellatur maximum quod non; id est maxima magnitudo illarum minimarum, sub qua res esse non potest, bene tamen in maiori, qualis esset in illo casu

magnitudo pulicis.

3 His quatuor finitis, & assignatis terminis, versus magnitudinem, & paruitatē, an corpora viuentia illis terminis præfigantur inquirimus: & in primis compertum est, viuentium corpora iuxta naturæ constitutionem aliquo termino extrinsecò concludi; omnia enim corpora huius vniuersi, tã creata, quam ereanda, & producenda intra ambitum cœli empyrei contineri, debent. An autem hæc viuentium corpora ex natura sua habeant terminum versus maximum, & minimum, & homo, verbi gratia, determinatam postulet proceritatē vltraquã crescere nequeat, & paruitatem determinatã postulet, ex æquã conseruari non possit, vocatur in dubiũ. Natura (inquam) sua, nã per Dei absolutam potentiã viuens terminum magnitudinis, & paruitatis non habet, potest enim Deus, quacumq; magna quantitate signata in maiori, & in maiori collocari viuens, & quauis signata parua quantitate in minori, & in minori illud conseruare. An autem iuxta leges naturæ viuens petat determinatam extensionem versus maximum, & minimum, non nihil potest controuersia continere.

Pars

4 Pars negatiua, quæ viuentia terminos intrinsecos (nã extrinsecos habere nã mone gaur) magnitudinis, & paruitatis habere inficiatur Vencus. to, & nonnullis iunioribus placuit, & potest suaderi rationib;. Prima est, qua probatur non dari terminum magnitudinis: quia, si homo attrigisset iam illum terminum intrinsecum magnitudinis, & comederet proculdubio nutrire, alereturq; nam potentia nutritiua est necessaria potentia, & si applicetur alimentũ, nequit, nõ operari, ergo excederet terminum suæ magnitudinis: nisi dicas, hominem illum occasione illius augmenti mori, quod est ridiculum. Cõfirmatur quia, si homo ille pungeretur a morsa pulicis, vel vespæ, excrederet inde minimus humor, sufficiens tamen, vt moreretur homo, quoniam nihil potest crescere vltra terminum à natura præfixum. Mors autē ex adeo exiguo principio orta ridicula est.

3 Secunda ratione ostenditur, corpora viuentia non habere terminũ paruitatis, quoniam forma paulatim in materia introducitur, sicut & paulatim materia disponitur, ergo prius introducitur forma viuentis in vna parte

materiæ quam in altera, ergo iam in qualibet parte materiæ potest forma viuentis conseruari, & per cõsequens non petit terminum paruitatis.

Partem affirmatiuam asserentem corpora viuentia habere terminum versus maximum, & minimum defendunt Conimbricenses 1. phisicorũ cap. 4. quæst. vnica, artic. 2. Rub. ibi quæst. 1. & reliqui philosophi, & eam amplectimur. Opinio hæc, quatenus asserit, omnia viuentia habere præfinitum terminum versus magnitudinem, probatur ipsa experientia; nunquam enim audiuius leporē crescere in magnitudinem equi, aut hirundinem in magnitudinem aquilæ, sed determinatis terminis magnitudinis hæc viuentia diffiniuntur, habentque terminum magnitudinis, qui nuncupatur maximum naturale.

6 Quatenus vero nostra sententia terminum versus minimum in viuentibus præfigit, facile etiam ostenditur, quia viuentia petunt organizationem partium, & membrorũ, dispositionēq; potentiã, & sensuum in ordine ad varias operationes, sed hæc omnia petunt determinatam extensionem substantiæ, ergo nõ possunt dari in minori, & minori,

Zz 2

ergo

Conimb.  
Rubio.  
Conclusio

ergo habent terminum, quo ad paruitatem, qui dicitur minimum, naturale: imo non solum integrum vivens, sed quælibet illius pars petit determinatam sibi extensionem, ita, ut in minori conseruari, nequeat, cuius ratio est, quia petit determinatas dispositiones, & extensiones, ut possit operari: quæ sententia vera est non solum in viventibus perfectis, sed etiam in imperfectis, & reptilibus.

Ad primam rationem oppositam opinionis respondetur, casum esse difficillimum, & moraliter impossibile hominem attingere terminum maximum suæ magnitudinis, quoniam naturales vires ad talem perueniunt statum, ut non possit plus persumptionem alimenti reparare, quam deperditur de propria substantia: dato tamen casu, quod vivens illum terminum attingeret. Respondet, hominem in statu violento, seu via corruptionis posse excedere terminum suæ magnitudinis, sicut & paruitatis, ut contingeret in eo casu: si enim homo petit ex natura sua tale qualitatum temperamentum, & dispositionem, quæ in statu violento, seu in infirmitate perverti possit, siue propter augmentum, siue propter decremen-

tum, ita similiter ex eo quod augetur magnitudo, intra terminum naturalem in morbum incideret, & si nimis cresceret, moreretur, non tamen moreretur ex solo morfu vesperæ, sed aliquod pateretur detrimentum propter violentiam sui status.

Ceterum per vesperæ morsum non augetur vivens augmento novarum partium in ordine ad se, de quo in præfati loquimur, sed quasi per rarefactionem vivens cresceret quando intumescit per morsum: nam duplex est magnitudo viventis alia intrinseca, & in ordine ad se per additionem novarum partium, alia quasi extrinseca, & accidentalis, quæ maior, & minor fieri potest per rarefactionem, & condensationem: & de hac magnitudine non loquimur in præfati, hac tamen extensione maius dicitur vivens, quando vesperæ morsu intumescit, etiam est in statu corruptionis, si est ultra maximum, quod sic.

Secundum argumentum facile dissolvitur, si animadvertas, duo genera dispositionum à philosophis recenseri, quædam enim sunt sufficientes, aliæ vero necessitantes: sufficientes, quæ sufficiunt ad introducendam formam, si cætera requisita ad-

fiat,

fiat, ut conveniens extensio, & prævia contrariarum qualitatum expulsio; & hæc dispositiones non consistunt in indivisibili; Minor enim calor requiritur ad producendum ignem in stupa, quam in ligno, & in hoc minor, quam in ferro, & quoniam sunt dispositiones sufficientes, & non necessitantes, ideo non semper expellunt formam præexistentem à subiecto, quia non omnino destrunt dispositiones illius. Aqua enim sæpe numero conservatur cum tanto calore, quantum sufficeret ad producendum ignem in materia stupa. Dispositio vero necessitans est illa perfectissima, & omnino completa, quæ habet necessariam connexionem cum forma, & ea posita necesse est, ut forma introducatur, quia ad sunt cætera requisita.

Placet doctrina; modus vero loquendi displicet, nam dispositio illa, quæ non est necessitans, quæ posita non statim introducitur forma, non est dicenda dispositio sufficiens, sed insufficientis, vel si sufficiens dicitur, appellanda est dispositio sufficiens incompleta, nam dispositio perfecta, necessitans coalescit ex pluribus, nempe ex qualitativis sic,

vel illo modo intensis; ex extensione tanta, ex rarefactione, condensatione, & expulsiōne oppositarum qualitatum, & quælibet ex his est incompleta dispositio, ex eis tamen omnibus completa, & perfecta dispositio integratur: lege dubium quintum, disputationis secundæ, tractatus primi.

Hoc supposito respondetur ad argumentum, in eo casu non produci formam viventis, quando in primâ parte minima est introducta dispositio incompleta, verbij gratia, sufficiens calor, sed donec sit introducta dispositio necessitans perfecta, & completa; ad hanc autem dispositionem determinatam requiritur extensio, ideoque viventis forma non introducitur, quo ad usum; sit extensio, in qua viventis forma valeat conseruari, quæ extensio nuncupatur minimum, quod sic, & tunc in tota hac extensione forma viventis simul introducitur, & non prius in una parte, quæ sit minor illa, quæ est terminus paruitatis.

(P.)

## DVBIUM II.

*An corpora non uiuentia habeant terminum versus maximum, & minimum?*

**O**Mnia corpora intra ambitum cœli concluduntur, & ideo terminum extrinsecum magnitudinis corpora etiam vitæ expertia habent, & etiam versus paruitatem extrinsece terminantur saltem quodam indiuisibili: terminatur igitur omnia corpora, versus magnitudinem, & paruitatem extrinsece: versus magnitudinem, quoniam nequeunt esse infinitæ magnitudinis, & versus paruitatem, quia nequeunt habere entitatem indiuisibilem. Procedit ergo difficultas de terminis intrinsecis magnitudinis, & paruitatis, & ut magis, ac magis præsens utgeat dubiū, agitur in corporibus vitæ expertibus homogeneis, in igne exempli causa, utrum scilicet ignis, versus maximum, & minimum ex natura sua terminetur.

**In primis corpora non uiuentia homogenea ex natura sua nullam petere terminum magnitudinis, exprefit**

Arist. 2. de anima, textu 4 r. asserens, quod si igni applicaretur infinita combustibilia, in infinitum aueretur, quem sequuntur S. Thom. ibi, & alij S. Thom. quos referunt Conimbricenses lib. 1. phisicorum, cap. 4. quæst. vnica, artic. 4. cui consonat illud Prouerbiorum 3. *ignis nunquam dicit, sufficit,* & ratio est manifesta, nā corpora homogenea, nō habent diuersa organa ad diuersas operationes obeundas, sed omnes illorum partes sunt eiusdem rationis, & dispositionis, ergo natura sua nō requirunt determinatam magnitudinem.

Maiores difficultates est circa terminum intrinsecum paruitatis in corporibus homogeneis. In qua difficultate Scotus in 2. distinct. 2. quæst. 9. & 5. meth. quæst. 3. quem nonnulli sequuntur neoterici, negat corporibus vitæ expertibus terminum intrinsecum, versus paruitatem, & his duobus potest suaderi argumentis. Primum, quia ignis potest successiue produci, cum successiue applicetur agens, & successiue disponatur passum uerbi gratia, papyrus, ergo erit forma ignis in minori, & minori extensione, & sic non habet terminum paruitatis. Confirmatur, quia in quacunque parte quantumuis minima,

ma, & proportionali datur integra essentia ignis, ergo in illo produci potest, quoniam id tantum postulat ignis, in quo saluatur eius essentia.

**Secundo**, quia, si minimum quod sic formæ ignis esset magnitudo grani frumenti, hoc granum combustum posset diuidi ab homine, vel ab Angelo, & in utraque dimidietate conseruaretur ignis, & non haberet terminum paruitatis. Quod autem in utraque dimidietate maneret ignis, patet, nam nulla alia forma in illis dimidietatibus introduci posset, & qualibet forma non posset conseruari in tanta paruitate. Vnde si non maneret ignis, dimidietates illæ materia, & quantitatis essent sine forma substantiali uirtute agentis naturalis, nempe hominis, vel Angeli, quod est absurdum.

**Probabilior est oppositus modus dicendi asserens**, corpora vitæ expertia etiam homogenea habere terminum paruitatis, quantitatem uide licet minimam, in qua possint conseruari, & in minori non possint. Quæ sententia communior est, & probatur primo, quia omne agens, ut operetur, petit determinatam extensionem, ita, ut non possit in quacunque minori operari, ut communiter con-

ceditur a philosophis, ergo etiam, ut conseruetur, petit aliquam determinatam extensionem, ita, ut non possit in minori conseruari. Probatum consequentia, quia easdem condiciones petit agens ad existentiam, ac ad operationem, nec dari potest ignis, uerbi gratia, existens, & non potens operari, cum id sit, frustraneum in natura, & ut inquit Aristot. 2. de cœlo, textu 17. *Vnumquodque sit propter suam operationem.*

**Secundo probatur**, quia omnis substantia petit primo produci in instanti, ut præcedenti disputatione docuimus, sed illud, quod in instanti produci est determinatum, ergo illa saltem extensio, quæ produci in primo instanti est terminus paruitatis, nam ignis, uerbi gratia, in tempore augetur, sed in instanti generatur. Confirmatur, quia illa particula ignis, quæ produci in instanti, habet terminum extensionis, ergo etiam habet terminum magnitudinis, quæ sit minima magnitudo, in qua esse possit forma ignis.

Restat occurrere aduersantium argumentis. Ad primū respondetur, ignem, qui primo produci, si uniatu immediate alteri præexistenti, posse introduci successiue, quia

quia iam ignis, qui produci-  
tur, non constituit per se solū  
vnum compositum comple-  
tum, sed cum alio præexistē-  
ti, quo pacto nutritionem esse  
morum successiuum concessimus  
disputatione præcedēti, dub. 2. Si vero ignis, qui  
produciatur, sit in subiecto se-  
parato ab agenti, verbi gra-  
tia, si in papiro producat  
ignis à ligno ignito, necessa-  
rio producat simul in inte-  
gro minimo, in quo dabuntur  
dispositiones necessitantes,  
in minori autem minimo, ig-  
nis completus separari ne-  
quit; quoniam non est illud  
minimum vltimo dispositum  
ad introductionem ignis cō-  
pleti postulantis, vt disposi-  
tionem determinatam quan-  
titate. Si autem inquiras,  
quare hanc determinatā quan-  
titate postulet, responde-  
bo, quia quidquid est prop-  
ter operationē est, & nequit  
operari ignis nisi cū determi-  
natā quantitate iuxta leges  
naturæ, nam per Deū absolu-  
tam potentiam, neq; ad esse,  
neq; ad operari quantitate  
determinata indiget.

8 Confirmatio etiam in for-  
mis viuentium non dari ter-  
minū paruitatis suadet, quo-  
niam etiam in quacumq; par-  
te viuentis essentia viuentis,  
vel saltem essentia formæ vi-  
uentis saluatur. Respondeo,

ergo cōcedēdo antecedens,  
& negando consequentiā; vt  
enim producat ignis, non  
solum requiritur essentia, sed  
etiam complementū proprie-  
tatum, conditionumq; cū au-  
tē vna ex proprietatibus for-  
mæ ignis, & necessario requi-  
sita ad operandum sit debita  
extensio, inde est, sine illa non  
posse produci, quia sine illa  
non potest operari: illa enim  
est quantitas, quæ est termi-  
nus magnitudinis, in qua en-  
titas completa cum omnibus  
suis conditionibus propieta-  
tibus, & requisitis conseruari  
potest, & in minori non po-  
test, & illa quantitas est ter-  
minus paruitatis, in qua valet  
conseruari cum omnibus suis  
conditionibus, & requisitis,  
& in minori non valet.

Ad secundum, respondetur,  
in eo casu extinguentem esse  
se formam ignis, & introdu-  
cendam esse in illis dimidie-  
tatibus formam cineris, seu  
fabillæ tenuissimæ, quæ mul-  
to minore extensionem pe-  
tit, quam forma ignis, vt po-  
te, quæ fere ad nullam opera-  
tionem ordinatur.

10 Sed dices: inter omnia cor-  
pora huius vniuersi aliquod  
saltem esse, quod minimā om-  
nium petat extensionem. In  
quo vehementer vrget pro-  
positum argumentum, nā po-  
test illud corpus naturaliter

con-

constitui in ea minima exten-  
sione in qua naturaliter po-  
test conseruari, poteritq; ab  
Angelo in duas diuidi dimi-  
diates, qua diuisione facta  
nulla alia forma introducatur,  
quia nulla est, quæ minore  
extensionem petat, ergo ma-  
neret materia sine forma vir-  
tute agentis naturalis, quod  
est absurdum. Respondeo in  
eo casu particulas illas minu-  
tissimas statim disponendas  
esse ab actiuitate corporis  
circumstantis, & in illud con-  
uertendas, & vniendas, quod  
fieret breuissimo tēpore per  
breuissimum vero tempus, &  
in via corruptionis illas mi-  
nutissimas particulas conser-  
uare formam extra terminū  
sue paruitatis, nullum est in-  
conueniens.

11 Quod si inles, posse eam  
diuisionē fieri in vacuo, vbi  
nullum esset corpus circun-  
stans cuius forma illas partes  
sibi vniret, atq; adeo daretur  
materia sine omni forma.  
Respondeatur, in eo casu ma-  
teriam esse, Deum; vel aui-

hilare materiā, vel illam sine  
omni forma conseruare, vel  
tunc corpus illud exiguū ex-  
tra terminū suæ paruitatis  
cōseruare, quoniam ex supposi-  
tione vacui hoc inferitur in cō-  
ueniens. Terminus autē mag-  
nitudinis, aut paruitatis in  
corporibus viuentibus, & cor-  
poribus homogeneis præfigi-  
tur iuxta legem naturæ, si ve-  
ro eam irritam facias, termi-  
nos etiam naturales rerum  
rescindes.

12 Disceptant neoterici de  
terminis magnitudinis, & par-  
uitatis in qualitibus tā quo  
ad intensionem, quam quo ad  
extensionem; quo ad extensio-  
nē philosophare sicut de cor-  
poribus homogeneis, de qua-  
litatibus quo ad intensionem  
terminum magnitudinis af-  
signa, nempe intensionem, vt  
ocho. An autem versus parui-  
tatem intensionis possit  
assignari terminus  
intrinsecus sic  
problema.

(.)



# TRACTATUS

## SEPTIMVS.

*In septimum librum Physicorum de mouente,  
& mouili.*

**C**ONTINET hic septimus liber capita quinque. Primū, quid mouetur, ab alio moueri statuit. Secundum, similitatem agentis, & passi suadet. In tertio physicam alterationem ad tertiam solum qualitatis speciem terminari, docet philosophus. In quarto, & quinto motus inter se comparat, & à motu occasione arrepta comparationem efficiendam fore inter ea, quæ formas habent eiusdem speciei ratione comprobatur, &

exemplo declarat.

An septimus physicorum librum confecerit Aristoteles in quaestionem quam plurimi ex philosophis vocarunt, ea moti ratione, quod philosophus in septimo, & octauo libro de eadem re tractauerit prorsus: sed vtriusque libri stilus esse eiusdem authoris suadet, licet vna videatur vtriusque materia, in duos claritatis, gratia diuisa libros, quos duplici, interpretabor tractatu.

DIS-

## DISPUTATIO VNICA

*De comparatione agentis, & passi.*

**P**HILOSOPHVS cap. 2. lib. 7. & b. 8. frequenter asserit, mouens, & mobile debere esse simul; & ibidem ait, omne, quod mouetur, ab alio moueri, quia propter in hac prima disputatione agens, & patiens comparabimus, vt mens explicatur philosophi.

virum causa, quæ agit debeat habere similitudinem, & propinquitatem coniunctam passivo, seu (quod idem est) mobili: propinquitatem (inquam) vel suppositi, vel virtutis, unde sensus dubij est, an agens possit operari in remoto, quin in proximo operetur: de quo dæ sunt pugnantia opinioniones.

### DVBIVM I.

*An ad agendum requiratur similitudo agentis, & passivi?*

*Scotica opinio.*

**S**imilitudinem agentis, & passivi ad operandum non requirit, sed concedit, posse agens in distans agere, quin agat in medium, & proximum, cuius opinionis authores sunt Scotus in 1. dist. 37. quaestio. 1. & alij antiqui, & nonnulli ex recentioribus his præcipue nixi quinque; experientijs.

Prima est, quando magnes ferrum distans ad se trahit. Secunda, quando pueri à ventulis fatinantur. Tertia, desumitur ex mirabili virtute phantasia, ad mouendum to-

Aaa 2 tum



tum corpus, & mirabiles effectus causandos, qui in partibus remotioribus causantur, & in proximioribus, causari non posse videntur. Quarta desumitur ex fulmine gladium vagina inclusum comminente, manequē illa vagina. Quinta, quando aqua calefit ab igne intra leuete, partes a qua proximiores igni sunt magis frigida, & distantes sunt magis calida, item, quando aqua feruet, solum leuete friget, ex quibus experimentis videtur conuinci, agens posse agere in distans, quin agat in proximum.

4 Præterea probatur primo hæc sententia, quia sol generat mineralia in terra, & plura animalia, quæ ex putrefactione terræ causantur, sed hæc omnia non possunt provenire à qualitate diffusa per aerem immediate, & à sole mediate, ergo immediate causantur à sole. Pare minor, quia qualitas illa diffusa est accidens, mineralia, vero, & animalia sunt substantia, sed substantia non debet causari ab accidenti tantum, sed immediate à substantia, ergo causatur immediate à sole.

5 Secundo probatur, nam si calor intensus, hoc est, calidus

intensus, applicetur medio intenso, tunc in partibus proximioribus nihil operabitur quoniam sunt intense calida, ut supponitur, & agens, quando inuenit suum effectum productum non operatur, ac in partibus remotioribus in quibus nihil est caloris, calor est causans, agens igitur valet operari in distans, nihil causando in proximum.

6 Tercio probatur, nam quando agens intra spheram suam actiuitatis operatur, inquit, quæ nam sit causa caloris existentis in vicina parte spheræ, nam causa esse non potest pars illius spheræ propinquior agenti, quia si quando agens agit intra spheram suæ actiuitatis, pars caloris causat alteram partem, & pars causata alteram calorem, spheræ actiuitatis non esset limitata, sed fere infinita, siquidem nulla esset caloris pars, quæ calorem non valeret producere. Igitur calor agentis distans causat immediate calorem in ultima parte spheræ, cui, nec per se, nec per suam virtutem est coniunctus.

(?)

*Coma-*

*Communis opinio.*

7 *Conclus.* Quæ propinquitatem, & multatē inter mouens, & mobile requirit ad agendum, & asseuerat non posse agens in distans agere, quin agat in proximum, est verissima, & minime recens, eā defendunt Molina 1. parte, quæst. 8. artic. 1. disput. 2. Suarez tom. 1. meth. disput. 18. sect. 8. & reliqui recentiores, quibus adherens assero, adeo necessariam esse propinquitatem inter agens, & patiens, ut iuxta leges nature agens nequeat per se loquendo immediate agere in distans, quin agat aliquid in medium.

8 Huius assercionis difficulter redditur ratio. Probat aliqui necessitatem huius approximationis inter agens, & subiectum ex limitatione agentis finiti, quod in distans nequit operari, quoniam limitata eius virtus præsentia indiget passi ad agendum, nam si agens posset agere in distans, posset etiam agere extra spheram suæ actiuitatis. Sed statim in promptu est difficultas, quia patroni huius sententiæ præcipue Sanctus Thomas prima parte, quæstione

octaua, articulo primo, & eius thomista non limitant illam ad agens finitum, sed etiam hanc præsentiam in Deo requirunt ad operandum, ergo non oritur ex limitatione virtutis necessaria coniunctio agentis, & passi.

9 Alij probant hanc sententiam à paritate rationis, quia sicut corpus transire nequit à loco in locum, nisi per medium, sic actio non potest transire, & transmitti, ad rem distantem, nisi prius attingat medium, & per illud continue perueniat ad distans. Cæterum, quando agens operatur in rem distantem per medium, non ita fluat actio, ut de subiecto in subiectum vsque ad rem distantem transmittatur, sed virtute agentis de potentia rei distantis educitur.

10 Suarez ait hanc sententiam non posse probari nisi experientia, & inductione, & ea (inquit) ab Aristotele suaderi, vidimus enim natura magnopere sollicitam, esse, ne detur vacuum, non ob aliam rationem nisi, ut corpora inferiora cælesti potentantur influxu, si autem possent corpora cælestia in hæc agere inferiora, nihil agendo in proximum

non

proximum, non a leo natura exhorresceret vacuum. Præterea sensibus notū est, quod quando inter agens, & passum, quod est intra agentis spherā, interponitur aliquod corp⁹ incapax alicui⁹ effectus agentis, impeditur actio agentis in passum distans, etiā si sit intra spherā agentis cōstitutum. Id est luce meridiana solis clarius, in qua experimur, quod si interponatur aliquod corpus opacū, nō transmittitur lux ad spatium distans, quia corpore interposito impeditur.

Ex his experimentis colligitur nostræ cōclusionis ratio, nā talē debem⁹ iudicare esse rerum naturam, qualem esse experi mur, sed experimur, agens non posse agere in distans, nisi agat in proximum, ergo asserendum est, propinquitatem agentis, & passus esse necessariam ad operandū. Nā si aliquis interroget, quare obiectū visus emittat species per lineam rectam, & obiectum auditus per obliquā, & per poros corporis opacū. Respondebimus, quia id experimēto compertum est, ex quo colligimus, hunc esse naturalem modū immutandi talium obiectorum. Pari ergo ratione naturalem modum operandi agentium, esse non agere in distans, quin

aliquid agant in proximum, dico non. quia ratio suadeat, sed quia experimentum conuincit.

Verum enim vero si nobilissime polles ingenio, & hac inductione à Suarez alata non quiescis. Quodā ratione qua vsus est Gillius tractatu 9. suorum commentariorum poteris, uti: an autem firma sit satis, tu videbis. Existentia rei est necessaria, ut agens agat, ergo existentia in hoc loco. Patet sequela, quoniam quod non existit hic, respectu huius loci se habet, ac si nullo pacto existeret, sed quod nullatenus existit, agere nequit, ergo quod non existit hic, non poterit agere hic: nam sicut se habet existentia ad actionem, ita existentia in hoc loco ad actionem in hoc loco.

### Satisfit oppositis.

Illis quinque experientijs in contrarium obiectis ferre eodem occurritur modo, nam magnes qualitate quadā per aerem diffusa ferrum ad se trahit propter quandam simpatiam occultam naturā, quā cum ferro habet, & eadem solutio adaptari debet alijs exemplis, & alijs naturæ miraculis, sic Basiliscus visu interficit, & Adamas palleas con-

congregat, qualitate morbida, & nocua per aerē etiam emissa vetulæ pueros fastinant, an autem fastinatio hæc detur, & quare huiuscemodi virtus nocua sit in vetulis disceptetur ab alijs. Lege Martinum del Rio tom. 2. disquisitionum magicarum, lib. 3. part. 1. quæst. 3. & vide his remedia, quibus ad amouendam fastinationē vitur vulgus, ut est illud infantile digitale, collo puerorū apertum.

13 Fantasiā respondet Sanctus Thom. 3. part. quæst. 13.

S. Thom. art. 3. ad 3. habere virtutem ad mouendum appetitū sensitivū medijs simulacris, quæ illi repræsentat; appetitus autem commotus omnes facultates corporeas sibi subditas perturbat, modò sanguinem diffundendo per totum corpus vnde procedit color rubeus, modò rotum sanguinem retrahendo ad cordis subsidium, ut in timore, quo totum corpus alget, & pallet. Imo tāta inest potentia imaginatiuæ virtus præsertim in melancolicis, ut mortem inferat aliquando, & hinc euasit illud cōmune proloquiū. *Imaginatio facit casum.* At hos effectus non causant potentia imaginatiua, & appetitus per qualitates diffusas

in corpore, sed propter potentiarum simpatiam, propter quam commoto appetitu reliquæ solent perturbari potentia, cū ergo nulla sit physica actiuitas non poterit inferri agens in hoc casu in distans agere, & non in proximum.

Quartum experimentum fulminis negari non potest, quoniam ita omnes distanciant. Respondeo cum Conimbriensibus, fulmen, cum sit tenuissima exhalatio, adeo citò, & leuiter se, se per corpus interpositū transmittere, quādo hoc nō resistit, ut fere nullam illi læsionem imprimat, in corpore autem distanti, quoniam resistentiam innēnit, fortius agit, hinc est, quod gladium dextruit, & parum lædit vaginam, comburit ossa, parum lædendo carnem.

Vltimum experimentum de leuete in ore versatur omnium, & ideo illud, non negamus, cuius experimenti causa est, quod aqua, cum ab igne accipit calorem attenuatur, & rarefit, & plures eius partes sunt leuiiores proportionem quadam, vnde eadem proportionem, ac aqua incalescit, partes inferiores ad summum euolant, & ideo partes supremæ sunt calidiores infimis, à quibus fundum leuetis

ris frigeſcit, & præterea ſuperiores partes ab aere circumſtante caleſcunt, & eodemmodo philoſophare, de oleo feruente in carta papyracea, quæ non comburitur propter reſiſtentiã humoris in ſuã papyro ab oleo.

Dices, ex dictis ſequi, agens agere intenſius in diſtans, quã in proximam, ignis intenſiorem calorem in aqua, quam in ſũdo leuetis producit. Reſpõdetur negando ſequelam, nam fundum leuetis medio quo caleſcit aqua, intenſiorem calorem habuit, quã aqua ipſa, poſtea vero per grauiiores aquæ partes frigeſcit, & tunc intenſior calor eſt in aliquibus aquæ partibus quam in fundo leuetis, ex quo inferri nequit agens agere intenſius in diſtans, quam in proximũ. Sed rogabis, an obuenire poſſit, vt agens agat intenſius in partes remotiores, quam in proximas; reſpõdetur negatiuam partẽ probabilem eſſe, ſed affirmatiuam probabiliorẽ, quam non inefficaciter ſuadet. Hurtado diſp. 9. phyſic. ſectiõne 6. Euenit crebro ſolam efficacius agere in ſubiectum remotum, quã in proximum, nam intenſiorem producit lucem in ſpeculo, & intenſiorem calorem in pariete, quã in aere interiecto, ſed hæc illico pateſcunt.

Ad primum rationem oppoſiti modi dicendi duplici via poſſumus reſpondere, vel aſſerendo mineralia, & animalia, quæ ex putrefactione terre gignuntur cauſari à ſola mediatiõne ſuppoſiti, & immediatiõne virtutis, quæ virtus eſt instrumentum generationis ſubſtantialis eleuatum à cauſa prima, quam viã inſinuauit traſt. 1. diſput. 4. dnb. 7. quatenus ibi aſſerui accidentiã in generatione viuentium imperfeſtorum concurrere abſque proprijs cauſis principalibus ad ſubſtantialem generationem. Si manũs reſponde, in præſenti ſolum ad generationem mineralium, & animalium imperfeſtorum concurrere per virtutem à ſe diſſuſam, & etiam per ſuam ſubſtantiam immediate, ſic Suarez, & Hurtado locis ſupra citatis.

Quod ſi eis obijcias, inferri ex hac doctrina ſolem agere in diſtans, etiam ſi nõ agat in proximum. Nego conſequentiam, nam ſol tunc agit in diſtans, & in proximum, licet diuerſis actionibus, & diuerſos effectus, nam ad agendum requiritur per ſe loquendo, quod agens aliquid agat in proximum, prius quam in diſtans, quoniam hæc continuatio actionis ſufficit, vt paſſum non dicatur omnino diſtare

17

18

ſtare à cauſa, ſed ſit illi coniunctum, vel per ſe, vel per aliquid à cauſa deſiſſum, & cauſatum, à quo etiam effectus cauſæ dependeat.

Ad ſecundum reſpõdetur, concedendo torum, quod argumentum petit, nam agens non poteſt agere in diſtans, quin agat in proximum, niſi aliunde ſupponatur proximũ habens ſimilem formam, conſequenterq; non renuam concedere, poſſe agens agere in diſtans, etiam ſi non agat in proximum, quando in proximo inuenit ſuum effectũ productum, & ideo in concluſione dixi, agens non poſſe agere in diſtans, quin agat in proximum per ſe loquendo, non per accidens, vt ſi contingat, effectum productũ inueniri in medio, poterit agere in diſtans, & non agere in proximum.

Sed dices: agens, non præeſt ſpatio remoto, ergo nequit agere in remotũ. Diſtingo, antecedens, nõ præeſt per ſe ipſum, concedo antecedens, non præeſt per formam ſimilem ei, quã valet producere, nego antecedens: ad agendum autẽ, nulla alia præſentia, coniunctiõne agentis, & paſſi requiritur.

Ad tertium reſpondetur, in illa vltima parte ſpheræ agentis, ignis, verbi gratia, cauſa-

ri calorem immediate in igne exiſtente, qui calor cõiunctus eſt vltimæ parti ſpheræ, non per ſe ipſum, ſed per calorem diſſuſum per medium, hæc autem coniunctiõne requiritur tamquam conditiõne ſine qua, non; quod immediate in partibus remotioribus cauſet ignis calorem, liquet experientia, nam manus à porta fornacis ſex cubitis diſtans caleſcit, non ab aere circumdante manum, ergo ab igne ipſo fornacis. Patet minor, nam ſi ab aere manũ caleſceret etiã ſi occluderetur fornacis oriũ perſeueraret calida per breue tempus, & non ſentiretur ignis abſentia, at experientia oſtendit fornace occluſa ſtatim manum frigeſcere; igitur à fornacis igne immediate caleſcebat. Negari ergo nõ poteſt, ignẽ agere in vltimam partem ſpheræ immediatiõne ſuppoſiti, an autem etiam vltima pars ſpheræ ab alijs etiam partibus ipſius ſphere cauſetur, & ſimul ab agente ſub dubio relinquo, & pari ratione, an quãdo medium habet effectum productum, mediũ ipſum ad productionem effectus in partibus diſtantibus cõcurrat, ſub dubio ſit, nã ſiue concurrat, ſiue non verificatur, quod agens agat vbi per ſe ipſum, non eſt præſens.

Bbb

Sit

22 Sit ergo huius dubij Epilogus, propinquitatē causæ, & effectus esse conditionem necessariam ad agendum, quæ propinquitās non debet esse secundum penetrationē, sed fat est, quod causa, & effectus se tangant secundum vltimas superficies, vel quod causa tangat passum per aliquem effectum agentis, vel per aliquid simile effectui, quod produci potest ab agentē, & quod inter agēs, & passū sit vna actio continuata, vel plures, aut numero, aut specie diuersæ dummodo fiat simul, & habeant ordinē inter se, vt contingit in sole, qui simul producit lumē in aere, calorē in terra, & in eius visceribus gemmas, & mineralia.

23 Disceptant in præsentī nō nulli, an propinquitās inter agens, & passum sit conditio adeo necessaria, vt dispensari per Dei potentiam absolutam nequeat. Negat Molina 1. part. quæst. 8. art. 1. ad 2. quia non valet capere, quomodo fluat actio ab agenti ad passum, non transeūdo per medium: affirmatiuam partē tumentur (& meo videri probabilius) Bellarminus lib. 2. de Sacramentis in genere. Suarez tom. 1. in 3. partem, disp. 33. sect. 7. Conimbricenses hic cap. 2. quæst. 2. & alij, sed hæc quæstio ad Theolo-

gum spectat, & ideo in aliud est reiicienda tempus.

D V B I V M II.

An agens, & passum realiter debeant distinguī?

**I**n eo cārdo huius difficultatis vertitur, vt mens explicetur Philosophi. asserentis. *Omne, quod mouetur, ab alio mouetur*, vt sic ostendat, dari primū motorem immobilē, qui omnia moueat, ita, vt ipse non moueatur. In explicanda mente Arist. & asserto proposito defendēdo, multum temporis consumit Suarez tom. 2. meth. disp. 18. & totam septimam sectionem absq; vtilitate consumpsit, & tandem philosophum non defendit, nec meo videri defendi potest, in eo sensu, quo Suarez, & alij philosophi illū interpretātur. Dicam breuiter quanta debeat esse distinctio agentis, & passi, & postea, quæ benignitate sit philosophi mens exponenda, proponam.

Affero, quāuis sæpe sapius agens, & patiens realiter distinguantur, non semper hæc intercedit distinctio, sed multoties agens, & patiens sola

*Assertio.* ratione secernuntur. Patet primo, nam potentiz vitales se ipsas mouent per se primo, & eadem potētia actum producit, & recipit actum, vt videre est in actibus intellectus, & volūtatis. Cæterū quoniam in operationibus intellectus adæquatum, & integrū agens, scilicet intellectus, & species, distinguuntur realiter à passo, nempe à solo intellectu, efficacius probatur assertio in actibus volūtatis. Etiam potest probari in motu locali Angeli, qui ab Angelo causatur, & in ipso recipitur, & hic motus licet spiritualis sit, non est emanatio, sed motus physicus spiritualis.

Patet secūdo. Res, quæ per emanationē oriuntur, habēt agens, & passum sola ratione distincta: sic fluunt animæ potentiz ab anima, in qua licet distinguī possint ratione duæ potentiz, altera passiuæ, & actiuæ altera, nulla potest inueniri distinctio realis inter principium actiuū, à quo emanant, & passiuum, in quo recipiuntur. Eadē distinctio rationis inuenitur in aqua, quotiescumque ad pristinam redditur frigiditatem, cuius frigiditatis nullum aliud est principium actiuum, præter formam substantialem aquæ, & passiuum, præter ipsam aquam, vnde iuxta cō-

munem modum loquendi, & aqua causat frigiditatem, & illam suscipit. Tandem esto, quod agens, & passum distinguantur sæpe numero penes diuersas agendi, & recipiendi rationes, frequenter non distinguuntur, cum idem suppositum sit agens, & passum. Propositio igitur illa, agens, & passum debēt distinguī realiter, falsa est, & distinctio agentis à passo licet sit conditio in multis agentibus interueniens propter eorum particulares rationes, in omnibus tamen agentibus necessaria non est.

Sed dices: idem non potest esse simul in actu, & in potentia, vt inquit Thomistæ, quia haberet actum, & illo careret, ergo nō potest idem subiectum habere potētiā ad producendum calorem, & habere illum actum. Respondetur, idem non posse simul esse in actu formali, & in potentia formali respectu eiusdem formæ, & entitatis sumēdo potentiam, vt sumi solet, quatenus scilicet includit carentiam actus, potest tamen idem esse simul in actu virtuali, & in potentia formali, vt patet in aqua calida existente in potentia ad frigiditatem, quæ formaliter caret, illam tamen continet virtualiter in sua forma substantiali.

Imo necesse est, quod causa æquiuoca habeat potentiam formalem, & actum virtua- lem; voluntas, verbi gratiæ, est in actu primo, vt amet, & non habet amorem actu, sed potius caret illo, sicque est in actu, & caret actu, est in actu primo, & caret actu secundo.

6. Aristoteles cum de primo motore, & modo, quo causat, sermonem instituit inepte philosophatur, nam nūquam docuit, Deum, esse immediatum immediatione suppositi rebus omnibus, quando operatur, sed in ea amentia fuit, vt existimaret in suprema tã- tam cœli regione residere, indeque res producere, & vniuersum gubernare, sic lo- quitur primo de cœlo, capi- te nono, & alibi plures alios protulit errores, nihilominus tamen supraposita propo- sitione, qua intendebat probare, esse vnum motorem immobi- lem, facile potest exponi, nam ideo dixit: Quid quid mouetur ab alio mouetur, quoniam in omni motu, & actione dependet agens à primo motore, à quo moueri dicitur agens ad agen- dum, vt explicui tractatu 2. disput. 4. dub. 2.

7. Aut si manis dicito Ari- stotelem intelligendum fore de his, quæ extra suam na-

turam mouentur: hæc enim à principio mouentur extrin- secò, ea vero, quæ iuxta suam mouentur naturam a seipsis, queunt moueri: sic philo- sophum nonnulli exposuere: philophi, vt testificatur Pon- ce Santacruz opusculo secun- do de pulsu capite primo.

S. Cruz.

DVBIVM III.

A quo principio mouean- tur graua, & leuia?

TRIA possunt recenferi: principia motus localis: sursum, vel deorsum, ipsa gra- uitas, vel leuitas, forma sub- stantialis, verbi gratia, for- ma terræ, aut ignis, & ge- nerans corpus graue, vel le- ue. Duo priora principia sūt intrinseca, & tertiu extrin- secum est, & ideo in dubium verti solet, an graua, & le- uia moueantur à principio intrinseco, an ab extrinse- co sub his verbis, vtrum gra- uia, & leuia moueantur à se an à generante,

In hac difficultate parum potest esse controuersia, & si est aliquid potius est de no- mine, quam de re; sic igitur conclusio decisua quæstionis propositæ, graua, & leuia moueri

Conclus.

moueri à se, & nullo alio mo- do à generante nisi per quã- dam minime propriam attri- butionem dici moueri. Nam sic motus grauium, vel le- uium causatur: principiu pro- ximum, & immediatum mo- tus est sola grauitas, vel leui- tas, principium vero remo- tum, intrinsecum tamen, est ipsa forma substantialis, cui debetur grauitas, vel leuitas, & tandem principium extrin- secum, cui talis motus tribui- tur, est ipsum generans, non quia generans rem producit, cui debetur esse in loco, hinc attribuitur illi motus loca- lis, nam qui dat formam, dat saltem per attributionem cõ- sequentia ad formam, & jn- hac sensu sunt intelligendi: Sanctus Thomas, & Phi- losophus cum graua, & le- uia à generante moueri dis- cunt.

S. Thom.

3

Aresius.

Amplius in hac immora- ri difficultate super vaca- neum iudico: ceterum quia philosophos auctoritate Gra- ues hac de re prolixè decer- tantes reperies, ob idque la- tere mysterium iudicabis: li- bet in transitu eorum litem referre, vt inde colligas, fu- tilem controuersiam esse. Le- uis (inquit Aresius in librum primum de generatione, dis- putatio. 5. quæstio. 62. sect.

2.) est hæc difficultas, sed nonnulla Aristotelis testi- monia fecere grauem: quæ leuia, & graua à generante moueri e docere videntur, sed si explicentur modo su- pra allato, quia scilicet hu- iusmodi motus generanti solent attribui difficultas me- iudice non erit grauis.

Nostra assertioni patro- cinatur Scotus in primum di- stinctio 2. quæstio. 10. quem sequuntur Vallesius contro- uersia 11. Plazæ 2. physico- rum, disputatio. 5. quæstio. 7. Antonius Sala 8. physico- rum, disputatione vltima, quæstio. 2. & alij recentio- res aientes, causam princi- palem motuum grauium, & leuium esse ipsas leuitatem, & grauitatem, eisque motus tribui directe, & solum per attributionem tribui gene- ranti, quatenus leui, & graui- dat esse.

4. Scotus. Valles. Plaza. Sala.

Per oppositum thomistæ, & alij à generante moueri graua, & leuia asseuerant. Quo pacto? Carmelitarum aadi Collegium, disputatio. 28. quæstio. 2. §. 2. dicen- dum tamen est, graua, & le- uia per se moueri à generan- te, per accidens à remouen- te prohibens, nunquam ta- men à se ipsis. Subscribunt (nifallor) Carmelitani isti quidam sepultæ opinioni Son- cinatis

5 Carmel.

cinatis 9. methaphysicę, quæstio. 6. & aliorum aientium, in leui, & graui nullam esse virtutem adiuam ad motum, atque adeo grauitatem, & leuitatem non esse principium effectiuum motus.

6 Modus dicendi prorsus intelligibilis, intelligi sane nequit, quod corpus graue, verbi gratia, moueatur à generante, nisi generans ei impartat aliquam virtutem, si ergo grauitas non est virtus motus effectiua, non poterit graue mouere. Præterea si esset generans absens, vel corrupteum intelligi non potest, quod moueat graue. Tandem, vel generans est eiusdem speciei cum graui generato, vel diuersa: si eiusdem, vtrumque habebit virtutem mouendi deorsum, ac per consequens poterit graue genitum idem, ac potest graue generans, si vero sunt diuersa speciei: habebunt diuersas ad motum inclinationes: atque adeo non poterit generans impellere genitum ad motum, quem ipse non potest habere.

7 Non est adeo explicatu difficilis, & à veritate alienus modus dicendi Suarez tomo 2. methaphysicę, disputatio. 18. sectio. 7. Conimbricensium 5. physicorū,

capit. 1. quæstio. 1. & Rubij 8. physicorum, capit. 4. quæstio. 2. dicentium, grauitatem, & leuitatem esse intrinseca principia affectiua motus, esse tamen instrumentalia. Verum cum his autoribus non multum controuersari valeamus: deò voluitur nã. que quæstio fere ad quæstionem de nomine, vtrum scilicet virtus, quam graue habet ad motum deorsum, nuncupanda sit principalis, an instrumentalis, quam ex dictis tractatu secundo agentes de instrumentali causa facile dirimeret possumus: at nullum profecto fundamentum reperio, vt motum deorsum à grauitate, vt ab virtute instrumentali oriri asseueretur. Et si instrumentalis est virtus, erit causa principalis, substantialis forma genitrici qua grauitas dimanar, non vero forma generantis: alias ipsa forma substantialis genitrici grauis erit instrumentum generantis, omnesque effectus formæ genitrici à genito, vt ab instrumento, & à generante, vt à causa prouenient principali, quod nemo affirmauit.

Plures difficultates fugimus, multa euadimus pericula asserentes, solum per quamdam attributionem generans causam dici motus leuium,


&

& grauium. Id solum Principem philosophia intendisse comperies, si hæc tractatus 33. octauilibri physicorum verba sedule expendas. *Aut enim (inquit) ab eo, quod generauit, & fecit, trahit, & graue mouentur, aut ab eo, quod impedit, & prohibet.*

*soluit.* Sicut ergo motus à re mouente prohibens dicitur causari per quamdam attributionem, sic, & à generante: non ergo in præsentiarum causas proprias, & immediatas motus requiritur, sicut philosophus.



TRA



# TRACTATUS

ULTIMVS.

*De primo motore circa octauum librum  
Physicorum.*

**V**LTIMVS hic liber capita cōtinet decem. In primo, vt suum de aternitate mundi delirium suadeat Aristoteles, motum, & tempus esse ab aeterno contendit. Et in secundo, ac tertio non nulla veterum recitat placita, de perpetuitate motus. In quarto, quinto, & sexto contendit, dan-

dum esse primum motorem, quem qualis sit in reliquis capitibus curat edocere, & doctrinam præcedentis capituli repetere videtur; quoniam illam propositionem, quid quid mouetur, ab alio moueri, in isto etiam expressit libro, quem duplici disputatione exponemus.

(3)

DIS

## DISPUTATIO PRIMA

*De motu proiectorum.*

**D**ISCVSSIMVS præcederi tractatu de motu naturali orto à gravitate, & leuitate, sed quoniam graua, & leuia moueri queunt localiter motu minime naturali, & non orto à gravitate, & leuitate, ideo in hac disputatione prima de huiuscemodi motu, & de eius principijs, & causis solita breuitate agemus.

### DVBIVM I.

*An detur impulsus, & quid sit?*

**P**ereira lib. 14. philosophiæ cap. 5. dari impulsum inficiatus est, existimans motum corporis proiecti produci ab aere, at ergo comprimente, & impellente ipsum corpus dū se iterum coniungere contendit ad replendum spatium; quod at ergo corpus proiectum reliquit, & id contendit, ne

detur in natura vacuum. Patrocinaatur huic sententiæ Aristot. qui nullam fecit impulsus mentionem, & proiecta ab aere proijci, & moueri asseruerat, & quarto physicorum textu 68 ait, in vacuo corpus non posse proijci, atq; adeo non posse dari proiectorum motum non ob aliam rationem nisi, quia, non adesset aer impellens.

Hunc impulsum commentitium esse ostendit, ex eo quod non possit eius natura explicari, nam in primis, si impulsus ipse est qualitas, ad quam qualitatis speciem spectat, & an sit prima, an secunda qualitas omnibus est ignotum. Præterea, nemo scit, an omnes impulsus sint eiusdem speciei, vtrum scilicet impulsus quo corpus sursum mouetur, & quo mouetur deorsum, solo numero differant. Tertio ignoratur huius qualitatis subiectum, causa productiua non innotescit, & a quo corrumpatur ne scimus: qualitas igitur adeo occulta, & minime

Ccc me

me necessaria commentitia est.

3 Reliqui vero philosophi, tam antiqui, quam moderni hanc qualitatem, impulsam videlicet, seu impetum à proiiciente impressum corpori proiecto, vt virtute illius moueatur, verisimilius concedunt: *S. Thom. 3. de potentia, art. 3. d. 5. Scotus 8. physicorum, q. 3. Magister Lorca, Suarez, & Vazquez, & alij recentiores.* Hæc sententia, quam amplectimur, efficaciter probatur, si ostenderit, falsam esse sententiam Pereiræ, & non posse proiectum à proiiciente moueri ablata hac qualitate, & hoc impulsu medio, quo proiciens inmediate virtutis, & mediatione suppositi corp⁹ proiectū moueri facit. Impugnatur primo sententia Pereiræ, quia quando sagitta velocissime mouetur, nequit motus adeo velox ab aere produci; etenim cū sagitta sit corpus tenuissimum, minimam facit aeris diuisionem, ita, vt illius partes post transitū sagittæ facillime coniungantur ad replendum vacuum: ergo non potuit aer tantam velocitatem sagittæ imprimere.

4 Secundo impugnatur, quia inde sequetur, vt quo maius esset corpus, quod mouetur eo velocius moueretur, quod

est contra manifestam experientiam. Sequela probatur, quia, quo corpus proiectum maius est, eo maiorem facit aeris diuisionem, & quo partes aeris diuisi distantiores sunt, eo velocius aduolant ad replendum spatium, quod attingo reliquum corpus proiectū, eo tandem magis velocē corpori proiecto motum imprimet aer, quanto maius est corpus, quod est manifeste falsum, ergo causa talis motus aliquid aliud est prater aerem. Datur ergo impulsus, quia eo melius explicatur, & assignatur causa motus projectorū. Omitto alias impugnationes: quoniam res adeo manifeste falsa, longiori non indiget impugnatione, & mille occurrunt in quibus ad aerem recurrere nequibit Pereiræ, verbi gratia, quando rota pergyrum mouetur.

Ad authoritates Arist. respondetur negando, nullam fecisse impetus, & impulsus mentionem: nam licet sub his vocibus illam qualitatem non expresserit, sub nomine inclinationis, quā proiecto proiciens imprimere insinuat, impetum istum proposuit: imo quotiescumq; Aristor. asserit, proiectum à partibus medij moueri, nostræ sententiæ suffragatur: quoniam proiciens, nō solum proiecto impulsam

imprimi, verum etiam parti bus ipsi mediij, vt impulsus impellere valeat proiectum. Et tandem si aerem mouere proiectum inuenitur in philosopho, nobis non aduersatur: quoniam arbitramur, aerem etiam ad motum projectorum iuuare, sed præter aeris iuuamen opus est impetu, & impulsu. Item cū in vacuo motum projectorum negauit, in ea est loquutus sententia, quæ aiebat, motus localis successione à resistentia provenire mediij. Quis enim credat, tantum philosophum, non posse Angelum lapidem, aut sagittam per vacuum projicere, ex propria sententia asseruisse.

6 Ad ea, quæ de natura impulsus dubitat, & exquirat Pereiræ, non facile fieri potest satis: nam plura dantur in rerum natura, quæ dari est planum, & quid sint, occultū. Cōtinuum cernimus oculis, & quid sit penitus ignoramus: explicabimus tamē hunc impulsus eo modo quo sanior philosophorum pars illum explanat. In primis respondeo, ad secundam qualitatis speciem imperum expectare, sicut gravitas, & leuitas spectate dicuntur. Hic impulsus in rigore nō est prima qualitas, quia non est calor, frigiditas, humiditas, aut siccitas: nec

secunda, quia à primis non emanat, sed est veluti aliæ qualitates, quæ nec sunt propriæ primæ, nec secundæ, vt lux, & sonus, quæ si primis cōparentur, secundæ, & si secundis, poterunt nuncupari primæ.

7 Impulsus iste in omnibus corporibus est eiusdem speciei, & est indifferens ad omnem locum, & ad omnem motum sursum, deorsum, lateralem, circulare, obliquum, & rectum, & ad reliquos alios, nam omnes hos motus solum accidentaliter differre, docui supra tract. 5. disp. 2. dub. 3. A leuitate autem, & gravitate differt impulsus, quia gravitas ad motum deorsum huius naturæ, & leuitas ad motum deorsum alterius naturæ destinata est, & vtraque qualitas ab ipso corpore emanat: at verò impulsus, est qualitas ad plures motus indifferens, naturæ nō debita, à corpore non emanans, sed ab extrinseco proiiciente proveniens: quod autem idem impulsus in specie motum causet, interdum versus orientem, interdum versus meridiem, vel occidentem, aut septentrionem ex directione proiicientis provenit. Nō abnego difficile esse intellectu eandem qualitatem, quæ propter directionem proiicientis





sus terra commoueretur tota, sed esto, quod terra sit in vilance, & quotiescumque proiectum alicui terræ lateri superadditur, terra commoueat, non poterit Vazquez impulsum projectorum semper à contrario corrumpi sufficienter defendere, nam crebro euenit impulsum proiecti grauis, finiri prius, quàm terram attingat, tunc enim impulsus à conatu terræ, nõ corruptetur: inuestiganda ergo est alia causa huius impulsus corruptiua.

Præterea, si proiectum nõ est graue, sed leue, quod proijciatur sursum, & eius impulsus causet maiorem velocitatem, corruptetur impulsus, & nulla forma contraria ab illo auctore assignari poterit: tãdempotest lapis per vacuum proijci, vt asserit ipse Vazquez, & tunc, etiam si nullum attingeret corpus lapidis impulsus finiretur, alias esset in motu perpetuo.

6 *Montes.* Hoc argumentum, non solū Gabrielẽ vtget Vazquez, sed Ludouicum Montefinos qui tom. 1. in. 1. 2. Sãcti Thomæ, disp. 34. quæst. 1. ait, impetum, seu impulsum nõ alio modo, quam à contrario posse corrumpi, & in casu, quod lapis proijciatur deorsum, impetum, ait, corrumpi à terra, quæ percussa à lapide re-

fistit, & corrumpit impulsum, quo lapis tendebat deorsum. Vrger etiam hũc authorem: nam si per vacuum moueretur lapis, nequiret impulsus destrui, & lapidis cessare motus. Præterea contra istum dicendi modum sic arguẽtor. Experientia compertum est, motum violentum velociorẽ esse in medio, quàm in fine, (& ideobellicum tormentũ vulnus infligit maius in corpus distans centum pãsisbus quàm mille) sed id prouenit ex eo quod impulsus paulatim remittitur, ergo si nõn corrumpitur impetus ferræ pilæ, quousque terra percutiatur, vt inquit Montefinos, semper eadem pergeret velocitate, idemque vbique infliget vulnus, quod noto aduersatur experimento: quarenda igitur est causa impetum corrumpens, prius quam proiectum tangat terram.

7 *Afferunt* His modis dicendi explosis, asserendum est, impulsum non corrumpi à qualitate contraria, sed impulsum esse de genere entium, quæ aliquo tempore durare possunt in absentia sua causæ, non tamen amplius, vt inquit Magister Lorca loco supracitato: est enim impulsus veluti sonus, qui determinatam durationem habet, & absque aliqua forma opposita, & contraria destrui-

truitur per suspensionem concursus causæ primæ, quæ suspensio naturalis est, quoniam talis naturæ sunt impulsus, & sonus, et breuitempore transacta suspensione Dei concursus postulant.

8 *Lorca.* Sed statim inquirendũ occurrit, an successiue, an instanti corrumpatur impulsus. In instanti corrumpi ait Magister Lorca, quoniam successiue (inquit) ea eodem modo motui, & rebus, quæ motum consequuntur valet conuenire; impulsus autem, nec post motum consequitur, nec est de genere successiuorũ, sed ens permanens. Alij successiue corrumpi asseruerant, & meo videri, sic melius explicatur, quo pacto cesset impulsus, & motus minuatur: est igitur impulsus ens permanens permanenter productus, corrumpitur tamen successiue, nec ob id de genere est successiuorum, siquidem plures partes impulsus dari possunt simul, poterit tamen dici ens successiuũ extrinsece ad modum, quo res per motum successiuum acquisitas; successiuas nuncupauit tract. 6. disp. 2. dub. 2. Si vero obstaculum tangat, verbi gratia, cum pila proiecta tangit parietem ratione obstaculi poterit in instanti corrumpi.

9 Dices, si corpus proiectum

versus orientem, reprojiciatur versus occidentem, vt contingit in ludo pilæ, tunc impulsus primo impressus corrumpitur per secundum, quia inter eos est oppositio, & contrarietas, ergo impulsus à forma contraria corrumpitur, quod autem inter hos impulsus sit oppositio compertum est, nam ad diuersos, & oppositos motus inclinant.

Respondetur vnũ impulsũ ab altero minime destrui, nec inter se se contrariari, sed posse in eodem compati subiecto, etiam si solo numero distinguantur, vt contingit in turri a duobus hominibus hinc, & inde impulsæ, quod autẽ duo illi motus sunt incompatibiles, non infert, impulsus incompa-

patibiles esse, nam licet, non possit homo simul sedere, & stare, simul habet potetiam, ad sedendum, & standum. In illo igitur ludo pilæ, quando reprojicitur pila, duo simul manent impulsus, at primus impulsus illico euanescit, & Deus suũ aufert concursum: quoniam talis naturæ impulsus est, vt obstaculo, & impedimento alterius corporis motum proiecti impediens valde minuatur eius duratio. Vel, vt ego arbitrõr, statim corrumpitur, si vero duos impulsus in eodem subiecto concedis, dicito, hos impulsus

sus diuerfas tribuere denominationes, & esse veluti entia respectiua, quæ etiam si solo numero differant, possunt, esse in eodem subiecto, vt notauit in dialecticis commentariolis tract. 5. disp. 3. dubio 12.

## DVBIUM III.

*A quo moueatur resiliens?*

**D**ari impulsus, quo moueatur proiectum motu, ad quem illud proiectum dirigit, liquet ex dictis, nunc autem, qualiter proiectum moueatur cum retrogreditur propter corpus resistens, verbi gratia, cum pila à pariete retrogreditur, an scilicet retrogreditur per impulsus à pariete ipso impressus, an vero per impulsus à proiectante in quæstionem vocatur, & in primis huius motus causam non valebit assignare Pereira, cum dubio primo negauerit, impulsus dari, & qualitatem aliquam imprimi in proiectis. Aer autem velocitatem motus corporis resiliens, nescio quo pacto valeat causare, poterat tamen huic satisfacere dubio Vazquez asserendo pilam, verbi

gratia, moueri à pariete, qui mouetur ad retinendum suæ grauitatis centrum, sed huius authoris doctrina, dubio præcedenti manet refutata.

Rubius tract. de impulsu, quæst. 5. ait, motum resiliens procedere per se à proiectante per impulsus ab eo impressum, & à pariete, verbi gratia, procedere per accidens, estque communis sententia, cui fauet Arist. in hoc lib. 8. physicorum, textu 36. dicens: *Sicut reflexa sphaera non à pariete reflexa est, sed à proiectante.* Præterea refertur ex Aristot. *Non posse corpus immotum manens alterius corpus mouere.* Probat Rubius suam sententiam, quia impulsus pilæ non perijt, cum parietem tangit, ergo per illud impulsus poterit pila retrogredi, nam impulsus quæ producet paries, non distinguetur realiter ab impulsu impresso pilæ à proiectante. Confirmatur, quia quo velocius impellitur pila, eo velocius resilijt, ergo motus resiliens à proiectante procedit.

Placet opinio asserentium resiliens motum, non per impulsus à proiectante impressum, sed per nouum impressum à pariete fieri. Patet, nam impulsus iuxta directionem proiectantis videlicet iuxta eius contactum prærequisitum ad

Rubius

3.

Conclus.

pro-

directionem impulsus tendere faciebat proiectum via recta, ergo vt via tendat reflexa necessarius est alij impulsus. Accedit, quod per obstaculum parietis, totus perijt impulsus primus, & producitur secundus, vt statim dicam.

Probat secundum, & nihil aliorum euidenter, quia pila à nemine pulsa, & suo pondere tendens deorsum, cum terram tangit, resilijt, & mouetur sursum, sed huius motus causa esse nequit proiectans, cum pila proiecta, non sit; restat ergo, quod sit causa huius motus impulsus à terra pilæ impressus.

Valde torquentur hoc argumento iuniores Rubius loco citato unicam causam non inueniens plures assignat, inquit enim, moueri pilam, cum à terra resilijt ab impulsu ei impresso à partibus aeris, à leuitate lanæ, ab aere incluso, & à figura etiam orbiculari. Sed plura ex his, quæ numerat, si absit impulsus, causa esse nequeunt illius motus, nam lana, figura, aer inclusus causare nequeunt motum, licet ad motum adiuuent. Inuestiganda, ergo est alia causa motus sursum pilæ resiliens à terra. Alij asserunt, huiusmodi motum causari à quadam grauitate accidentali, & aduenticia, quæ ab ipsa

pila pullulat, vt pilam maiori velocitate tendere faciat deorsum, & ratione terræ obsistentis causat illa grauitas motum pilæ sursum. Sed huiusmodi grauitas in multorum opinione, non datur, & præterea, cum à natura destinata sit ad motum deorsum, nequibit motum causare sursum. Dicendum igitur est in prædicto casu moueri pilam motu sursum per impulsus impressum à terra ipsi pilæ terra namque, & pila adinuicem per impulsus quasi alterantur.

Ad primam authoritatem Aristot. respondetur, motum resiliens proiectanti tribui, quoniam prior causa illius motus est, si enim proiectans, non impelleret pilam, pila non impelleret parietem, & si paries non esset impulsus, non causaret impulsus in pila, & illam retrogredi faceret. Est igitur causa immediata motus resiliens paries, mediata vero, & prior proiectans. Pronunciatur illud, *Nullum corpus immotum manens potest alterum mouere*, vniuersaliter sumptum verum non est, nam magnes immotus manens mouet ferrum, & ad se trahit. Si vero intelligitur in his rebus, quæ proiectando, & per lationem localem mouent corpora, non militat aduer-

Ddd sum

sum nos, quoniam paries mouetur, seu alteratur à pila per impulsum parieti à pila impressum, & statim, veluti per antiparistatim paries imprimat impulsus pilæ. Paries enim non alterat pilam, nisi alteretur, nec impellit pilam, nisi prius impellatur. Accedit, quod an illud pronúciatú sit Aristot. receptumque inter philosophos, inficiantur aliqui.

7 Ad primam rationē do, impulsus impressus à proiiciēte manere in pila retrogrediente; atq; adeo esse in eodem subiecto duas qualitates solo numero distinctas, nā de impulsibus, vt de modis respectiuis philosophandum esse nuper docui, at impulsus primus, quia tēdebat pila eo via recta, & propter impedimētum parietis paritū durat, ideo opus est nouo impulsu, quo pila via tendat reflexa, & retrogrediatur.

8 Ad confirmationem respōderur, eo quo velocius impellitur pila, eo velocius resiliere, quoniam quo velocius impellitur, maiorem imprimat impulsus parieti: paries vero quanto magis impellitur magis impellit, ideo magis pila resiliat. Nota tamen, vt huius difficultatis, & aliarum, quæ de impulsu agitari solent, superpetat solutio, ad motum vio-

lentum projectorum multum conducere dēsitatem, vel raritatem proiecti, proportionemque inter proiiciens, & proiectum; vnde vnum proiiciens melius hoc, quam illud, proiicit corpus arcus enim incit sagittam, & scloppus pilulam plumbeam.

### DVBIVM III.

*Quando sit velocior motus in principio, in medio, an in fine?*

**D**E motu naturali, & de motu violento præsens procedit quæsitum, & in vtroque motu satisfacit experientia, nam experimur, motum naturalem velociorem esse in fine, verbi gratia, lapidem eo velocius descēdere, quo proximior est centro, & ideo quanto magis ex alto cadit, tanto grauiorem ictum causat; motus vero violentus velocior est in medio, quam in principio, & in fine, & ideo maioris infligit vānus tormentum bellicum corpori, neque ei coniungo, nec nimis distanti, quā infligeret corpori ab illo paritū distanti, aut distanti nimis, sed vtriusq; experientia

tiæ ratio, non exiguo labore reddi potest; omisis tamen plumbus, iuniorū rationibus eas, quæ verisimiliores esse videntur, proponam.

2 Ob id inquit hi recentiores, motus naturalis est in fine velocior, quia quadā grauitas accidentalis à grauitate naturali nascitur, cum graue tendit centrum, & leuitas accidentalis à leuitatione naturali cum leue mouetur sursum, quæ grauitas accidentalis, quo magis graue accedit ad centrum, eo magis augetur, & consequenter magis mouetur: est igitur motus naturalis velocior in fine, quam in medio.

3 Hæc mihi non displicet ratio, at si maioris, dicitur, corpus graue (eadem est de leui ratio) talis esse conditionis, vt quo magis mouetur magis excitetur eius grauitas, & maiorē vim, atq; efficaciam cōferat, consequenterq; velocior est motus naturalis in fine, quam in medio. Motus vero violentus non augetur in fine, quia eius causa, nempe impulsus cum sit qualitas aduentitia minime debita corpori graui, non excitatur per motum maiorē, neq; vim cōfert, sed potius minuitur eius virtus, & intensio, vt statim dicam.

4 Veruntamen motus pro-

gressius animalium, quāuis naturalis sit, non est velocior in fine, quam in medio, sed velocior in medio est, quam in principio, & in fine. Huius ratio est; quia ad talem motum maxime iuuant spiritus vitales, qui suo calore fouent nervos, & musculos, quibus infidet potentia motua animalium, & quoniam initio motus, non aduenit tanta copia spiritum vitalium, quanta aduenit postea, cū membra animalium assidua agitatione incallescūt, inde est, quod in medio cursus sit velocior, quam in principio, in fine autē est tardior, quoniam defatigantur vires animalis.

5 Motus violentus ideo velocior est in medio, quā in fine, quia in fine motus iam est impulsus remissus, statim enim, ac impulsus producit, remittitur paulatim.

Sed dices, ergo motus proiecti velocior est in principio, quā in medio. Nego consequentiam, nā licet in principio sit impulsus intensior, quam in medio, est tamen extensior in medio, quam in principio. Impulsus enim, qui in principio est productus in vno latere, vel parte proiecti extenditur paulatim per omnes partes proiecti, & causat motum velociorem, cum ergo in medio

fit cū maiori extensione, maior, & velocior motus est, nā extensio multum inuat ad agendum.

## DISPUTATIO VLTIMA]

*De primo motore, & mundi conditione.*

**I**AM tandem post longum philosophiæ curriculum, & varias de natura motus difficultates aggreditur philosophus ad primū omnis motus principium, quo huic physici auscultationi finem imponat, & agit etiam de primo motu, inquirens, an detur primus motus, qui omnium sit primus, & alius primus, dari non possit.

## DVBIUM I.

*An fuerit mundus creatus in tempore?*

**P**hilosophus in hac materia, non solum contra veritatem, sed etiam stulte contra principia philosophiæ delirat, docuit enim sepiissime mundum extitisse ab æterno,

vt constat ex lib. 4. & 8. physiconum, & lib. 1. de cælo, 2. de generat. & 1. meph. Sui erroris discipulos habuit, & Aescias, Auicenam, Aberroes, & alios, qui suam sententiam argumentis ostendere conantur. Tribolis tamen, vt legenti Pereiram lib. 5. c. 2. 3. & 4. & Conimbricenses hic c. 2. q. 4. manifeste constabit; nos autē principale illorum fundamentum in medium adducemus, & diluemus.

Præcipuum argumentum, quod probatur mundi æternitas, est, quia bonum est cōmunicatiuum, & diffusiuum sui ipsius, sed Deus est summe bonus, ergo summe cōmunicatiuus sui, ergo semper se cōmunicauit, & mundum fecit ab æterno. Confirmatur, quia si Deus non semper operaretur, sed aliquādo operaretur, & aliquando non, mutaretur Deus per operationem, sed mutatio Deo repugnat, ergo & creare mūdū in tempore.

Fi.

**F**ides autē Chatholica docet, mūdū, & omnia, quæ in ipso continentur, fuisse creata à Deo in tēpore, nec quidquam præter ipsum Deū ex æternitate fuisse, sic habetur in 1. Genesis. *In principio creauit Deus cælum, & terrā,* sic Paulus ad Ephes. 1. scribit: *Elegit nos in ipso ante mūdū constitutionē.* Hanc veritatem clamant Concilia, & Patres Ecclesiæ sestantur.

Plures huius veritatis afferunt rationes, quarū, vt verum fatear, nulla est, quæ mūdū originem in tempore fuisse euidenter ostēdat, vt ingenue fateretur D. Thom. 1. p. q. 48. art. 2. licet rationes huius veritatis proteruum animū pagani euidenter, non conuincant, sufficiunt tamen ad fidem huius veritatis conciliandam, & ad veritatem ipsam esse euidenter credibile ostendendum.

Prima ratio proponitur à D. Thoma 2. contra gentes sic, quia finis propter quam Deus creauit vniuersum fuit, vt se esse authorem illius ostenderet, seque ipsis creaturis manifestaret, sed si crearet mundum ab æterno, non ita se ipsam manifestaret, nec homines, tam facile deuenirent in cognitionem authoris sui, ergo oportuit, vt mundus in tempore

crearetur, & non ab æterno. Patet minor, quia quando cognoscimus aliquid incepisse, & antea non fuisse, cognoscimus, suum esse habere ab alio, & ab alio dependere.

Confirmatur, quia sic magis micant diuina attributa, scilicet libertas in operando, qua sibi tempus pro libera voluntate elegit, in finita etiam potentia creatura, quæ omnia ex nihilo produxit, & independentia illius à creaturis, qua per æternitatem existit, solus creaturæ, & bonorum eius, non agens.

Age, diffiniamus quo anni tempore, mense, & die, mundus fuerit procreatus. Communis sententia docet Patrum, procreatū fuisse mūdum tempore verno, ex quo tempore, vsque ad præsentē annum 1628. numerantur 6817. Creatus fuit mense Martij, quo mense ab Irraelitis durū seruitutis iugū depulit Deus, & Patris Verbū in vtero Virginis naturā humanā strictissimo nexu vnienis hypostaticæ, assumpsit, eodē mense in ara crucis sacrū effudit sanguinem. Quæ omnia non obscure indicant eodem tempore condidisse mūdum, quo illū propter sua scelera perditū reparauit Dies, qua

in

Hierony.  
Conimb.

in locum fuit editus mundus est 25. Martij; ita testificantur Hieronymus lib. 1. de scriptoribus Ecclesiasticis, & alij Patres, & eodem Christus die resurrexit a mortuis. Lege Conimbricenses loca citatis.

8 **O**ppositum argumentum, nullo diluitur negotio. Respondeo, ergo Deū esse summe bonum, atque adeo sui ipsius diffusiuum, & communicatiuum, & ideo se ad intra ab æterno, & perfectissime communicat in productione diuinarum personarum, quæ est summa, & infinita communicatio: ad extra vero non petit se a se communicare, sed posse, & ideo se in tempore communicauit creaturis. Ad cōfirmationem dico, ex Dei operatione à dextra inepte inferri eius mutationem, nā actio per quā Deus à dextra operatur intrinsicè non est in ipso Deo, sed in ipso effectu, & sicut, nō mutatur per cotidianas reproductiones ita, nec per productionem mundi, nam actione diuinæ voluntatis, qua voluit mundum creare in tempore determinato fuit in Deo ab æterno, atque adeo Deus non est mutabilis.

(.)

## DVBIVM II.

*An potuerit creatura aliqua esse ab æterno?*

**M**undus, vt præcedenti ostensum est dubio, conditus est in tempore, an autē potuerit per Dei absolutam potentiā ab æterno esse, grauis est difficultas plura continēs dubia, nā subdubio est, an res successiua, verbi gratia, motus esse potuerit ab æterno, præterea an potuerint esse ab æterno generationes, & corruptiones rerum naturalium, & tādē, an res permanentes siue incorruptibiles, vt Angelus, siue corruptibiles, vt homo ab æterno esse potuerit, & vt ab vltimo incipiamus hoc vltimum dubiū primo diluimus.

Est multorum sentētia, res permanentes, siue corruptibiles, siue incorruptibiles ab æterno esse nō potuisse adhuc per Dei absolutam potentiā: ita opinantur plures antiqui, & inter recentiores Valentia 1. part. disp. 3. quæst. 3. punct. 2. Toletus 8. physicorum, quæst. 2. & alij iuniores. Primum, & præcipuum huius opinionis fundamentum est

plur

plura Sanctorum Patrum testimonia, in quibus Sancti Patres probant, creaturā creatori coæternam esse implicare contradictionem, vt inde per consequentiā necessariā inferant contra Arrium, filiū non esse creaturam, sed verissime Deum, cum æternus sit, & vt alia omitteram testimonia. Audite Augustinum 12. de ciuitate Dei, cap. 15. quomodo, inquit, creati dicendi sunt, si semper fuisse intelliguntur, & Hugonem Victorinum aientem fugit diuinam virtutem, vt aliquid sibi coæternum faciat; quod argumentum adeo efficax visum est Valentia, vt licet cætera argumenta leuis ponderis esse fateatur, propter istud præsentem sit sequutus sententiam.

August.

Hu. Vict.

3

Secundū, quia Deus etiā si ab æterno crearet creaturam, illā crearet libere, Deus enim non operatur res ex necessitate naturæ, sed implicat, aliquam rem siue effectum ab æterno producere libere, ergo implicat, dari creaturam coæternam creatori. Patet minor, nam si libere producta est creatura, potuit non produci, sed non potuit, non esse producta, postquam producta est, nam quod est factum, non potest esse infectū, nec potuit non esse pro-

ducta in puncto suæ productionis, nam res quando est, necesse est esse, ergo prius quam fieret potuit, non fieri, sed in æternis, nō datur prius, ergo non potuit creatura ab æterno creati.

Tertium, quia si Deus aliquam creaturam ab æterno crearet, deberet illam necessario conseruare per infinitū tempus, sed nil creatū Deus necessario cōseruat, ergo nequit illam producere ab æterno. Sequela patet, quia si Deus creaturam ab æterno conditam conseruaret per tempus finitum, & post illud, illā destrueret, posset assignari tempus destructionis talis rei, & inde retrocedere, tot annos, quod creatura illa durauit, cum essent finiti, vt supponitur, quibus peractis perueniret ad exordium æternitatis, quod etiam implicat, implicat igitur dari creaturam ab æterno.

Quartum, quia si ignis produceretur ab æterno cū sibi supra applicatur, non posset illam comburere, quia non potest dari effectus naturalis naturaliter ab æterno, & si illam combureret, deberet esse stupa per infinitū tempus accensa, quæ omnia videntur impossibilia.

Contraria sententia, quæ ait, dari posse per Dei absolu-

tam

Valentia

Toletus

5

6

S. Thom.  
Suarez.  
Vazquez  
Rubio.  
Conimb.  
Assertio.

ram potentiam creaturā pro-  
ductam ab æterno, verisimi-  
lior est. Tuentur eam S. Tho-  
mas passim, & omnes tho-  
mistæ, & præter hos Suarez  
tom. 1. meth. disp. 20. sect. 6.  
Vazquez in 1. part. disp. 177.  
Rub. Conimbricenses, & alij  
neoterici, & probatur, quia  
nulla potest reddi implicatio-  
nis ratio propter quam dene-  
getur Deo posse Angelum ab  
æterno creare; & præterea,  
quia, sicut Angelus est æter-  
nus à parte post ex natura  
sua, poterit saltem ex privile-  
gio Dei esse æternus, à parte  
ante. Vltius probatur, quia  
de ratione creationis nõ est,  
quod tempore, & duratione  
antecedat causa increata,  
vel quod præcesserit duratio-  
ne, & tempore nihilum, ex  
quo fieri dicitur creatura, sed  
fat est, quod causa creatiua,  
& nihilum antecedant causa-  
litates, quadam naturæ prio-  
ritate, seu dependentiæ, igitur  
etiam si creaturæ sint ab  
æterno productæ, saluatur  
dependentia, quam à Deo ha-  
bent, & fieri ex nihilo, totaq;  
creationis diffinitio, & essentia  
saluatur, nam ad creatio-  
nem non est necessaria noui-  
tas essendi, ita, vt non esse  
eius duratione præcedat.

Ad testimonia Patrum res-  
pondet Suarez loco supra ci-  
tato Patres loqui ex supposi-

tionem fidei, quæ docet, nullā  
creationem esse ab æterno  
creatam, ex quo recte colli-  
gunt, si verbum æternum est  
creatura, non est. Sed quoniā  
Sancti Patres, non semel do-  
cent coæternitatem repugna-  
re creaturæ, distinguunt ipse,  
& Gabriel Vazquez duas  
æternitates, alteram diuinā,  
alteram participatam, vnam  
ex necessitate, & alteram ex  
libera voluntate Dei produ-  
centis: vnam ab intrinseco,  
& ex natura rei, & alterā ab  
extrinseco, & ex privilegio.  
Æternitas diuina ex neces-  
sitate ab intrinseco, & à natu-  
ra repugnat creaturæ, & soli  
Deo conuenit, at vero æter-  
nitas participata, ex libera  
voluntate producentis ab ex-  
trinseco, & ex privilegio crea-  
turæ communicari potest. Pa-  
tres autem in argumento ci-  
tati de æternitate diuina lo-  
quebantur, & quoniam hæc,  
non potest conuenire creatu-  
ræ optime contra Arrium in-  
ferebant sic. Nulla creatura  
est æterna, at diuinum Ver-  
bum est Patri coæternum, er-  
go diuinum Verbum, non est  
creatura, cui nouitas essendi  
actu, & aptitudine repugnat,  
at vero creaturæ, etiam si ab  
æterno essent nouitatē habe-  
rent essendi, licet non actu  
saltem potentia.

Ad secundum respōdetur, 8  
cau-

causam non posse, esse, liberā  
omnino, quando causat effe-  
ctum, nec quando est effectus  
nisi aliquomodo prior effe-  
ctu consideretur, & indiffe-  
rens ad causandum, & non  
causandum effectum, nõ prio-  
ritate temporis, sed aliqua  
prioritate causalitatis, nam  
Angeli in primo instanti suæ  
creationis, & Christus Domi-  
nus in primo instanti suæ Cō-  
ceptionis liberos produxe-  
runt actus imo ipse Deus, vt  
cōmunis, & verissima theo-  
logia docet habuit actus libe-  
ros ab æterno, quibus voluit  
creare mundum in tali tem-  
pore.

9. Ad tertium responder, &  
bene Suarez, quod si Deus  
crearet mundum, vel aliquā  
entitatem permanentem ab  
æterno deberet illam neces-  
sario conseruare per infinitū  
tempus imaginarium, nam si  
Deus vult in tempore crea-  
turam producere, tenetur  
etiam illam in tempore con-  
seruare, ergo si producit illā  
in æternitate, necesse est, vt  
illam in æternitate cōseruet,  
quæ necessitas, cum sit ex sup-  
positione, non obstat diuinæ  
libertati absolutæ, nec ali-  
quod incōueniens assert.  
verò argumento se-  
quenti dubio  
sit satis.

## DVBIUM III.

An generationes rerum  
permanentium po-  
tuerint esse ab  
æterno?

Docuimus cum cōmuni re-  
sentiorum res permanē-  
tes, tam incorruptibiles, quā  
corruptibiles posse ab æter-  
no produci, quod autē in præ-  
senti inquirimus maiorem cō-  
tinet difficultatem vtrum sci-  
licet, generationes, & corrup-  
tiones rerum potuerint esse  
ab æterno, verbi gratia, gene-  
rationes hominū, aut igniū,  
sibi succedentium. Arbitran-  
tur id impossibile Suarez,  
Rub. Hurtado, & alij dubio  
sequenti citandi, quorum fun-  
damentum est, quia illud est  
æternum, quo nihil duratio-  
ne est prius, sed generatio-  
nis rerum permanentium est  
aliquid duratione necessario,  
prius, ergo generationes re-  
rum nequeunt esse ab æter-  
no. Paret minor, nā ad gene-  
rationē substantialē præsup-  
ponuntur dispositiones, & ge-  
nerans, ergo aliquid est prius  
generatione. Confirmatur,  
quia, si generationes essent  
æternæ posset dari infinita  
multitudo in actu, quæ dari  
Ecc im-

Suarez.  
Rubio.  
Hurtado

implicat. Patet sequela, nam si infinitæ hominum generationes darentur infinitæ animæ per generationes materijs essent vnitæ, ergo darentur infinita multitudo animarum.

**S. Thom. Caiet. Ferrara. Nazar.** Opposita sententia generationes rerum naturalium potuisse esse ab æterno, ait, & expressa est à D. Tho. multis in locis præsertim r. p. q. 56. ar. 2. quem Caiet. Ferrar. Nazarius, & reliqui imitantur thomistæ, & præter hos docuerunt illâ sententiam Gabriel, Ocan, & alij nominales, sed non eodem fundamento omnes huius opinionis nituntur authores, nam Arist. qui non solum de possibili, verum etiâ de facto rerum naturalium generationes fuisse arbitratur ab æterno. In æternitate mundi (inquit) infinitos processisse homines taliter, vt nullus fuerit primus immediate à Deo productus per creationem, sed omnes ab alijs per generationes fuisse productos, & quidē hic modus omnino impossibilis est, quia in omni genere causæ creatæ deuenimus tandem ad Deum, qui est prima causa productiua rerum omnium. Aliter creaturæ, non à Deo, sed à se ipsis forent, quod est absurdum, cōcessum tamē est ab Arist. nec mirū, nam hac in re cecutijt

philosophus, & passim inuenies parum sibi constitisse, cōcedit enim in præsentī infinitum in actu, quod in lib. 4. cōcedere renuebat.

Alij posse esse generationes ab æterno defendunt, si infiniti homines, vel æqui producerentur immediate à Deo ex æternitate, verbi gratia, si in quolibet die æternitatis Deus crearet hominem se solo, in quo casu inquit dari infinitos homines, sicut dantur in æternitate infiniti dies, quarum prima assignari nequit, at propositum dubio, nō de generatione hoc modo procedit, sed de generatione, quæ nō fit à solo Deo, sed à generante, v. g. quando homo generat hominem, nam in casu proposito, nulla est peculiaris difficultas præter propositam tract. 4. disp. dub. 2. Vtrum scilicet dari possit infinita multitudo in actu, cuius resolutionem, inuenies.

Alij Deus aliquem primū hominem ab æterno producere posse, à quo ceteri infiniti homines per generationem proueniret, & vnus hominis, & vnus mulieris productione ab æterno generationes rerum naturalium ab æterno esse posse defendunt, sed hūc modum dicendi illud vrget, quod ante generationem esset ali-

aliquid duratione prius, vide licet hominis, & mulieris creatio, quibus existentibus, licet statim fiat coitus, non sequitur prolis generatio.

**5.** Vt mem in hac re proferram iudicium obserua æternitatem ex privilegio, de qua in præsentī loquimur, & explicui disputatione præcedēti aliam esse simpliciter, & vnde quaq; aliam secundū quid, æternitas simpliciter ex privilegio est illa, qua nihil duratione est prius, sic Angelus ab æterno creatus diceretur æternus alia est æternitas ex privilegio secundū quid, quæ est duratio rei, qua aliquid est prius, durat tamen per infinitū tempus, nā sicut aliud est infinitum, cui potest fieri additio, & aliud, cui nō potest fieri additio, & cuius nihil est extra, sic aliud est æternum, cui potest fieri additio, quod est aliquid prius, & aliquid extra, aliud vero est æternum, quo nihil est prius, nec fieri potest additio, & cuius nihil est extra, & de duplici æterno potest præfens diffiniri diuolunt.

**6. Conclus.** Affero, ergo generationes substantiales rerum nequeunt esse ab æterno æternitate simpliciter, nam, vt optime probat argumentum primæ sententiæ necesse est, vt dispositio alteratioq; imo, & gene-

rationū creatio præcedat ad generationem substantialem, atq; adeo aliquid sit prius generatione consequenterque non erit generationum series æterna æternitate simpliciter, est tamen æterna æternitate secundū quid, nam licet sit aliquid prius serie generationum, tota generationū series duraret per infinitū tempus atq; adeo æternitatem, nam etiam si annus, v. g. à duratione æterna auferatur manet illa duratio æterna, iuxta illud proloquium, si ab infinito finitum demas, manet infinitum; pari ratione si ab æterno auferas temporale, æternū manebit, vnde, si igni producto ab æterno, stupra applicaretur illa combureret æterna combustione æternitate saltem secundum quid, ex quoruū quartum argumentum cuius occasione, hæc est agitata difficultas.

**7.** Argumentum primæ sententiæ, nos non vrget, quoniam tantum probat, rerum generationes substantiales, non esse ab æterno æternitate simpliciter, quoniā generationibus substantialibus datur aliquid prius, atq; adeo series generationū erit æterna æternitate secundū quid, hoc est infinita duratio quoniam talis seriei duratio, impertransibilis esset.



8 Confirmatio, nos non præmit, quoniam tract. 4 disp. dub. 2. dari posse infinitum in actu per Dei absolutam potentiam cōcessimus torquet tamen thomistas, quoniam Deum posse efficere infinitū in actu inficiantur disquirant ipsi solutionē, quæ laboriose poterit inueniri, nam doctrinam illam Thomistarum asserentium Deū miraculose, & præter ordinem naturalem, tunc traiecturum animas ex vno corpore in alia merito irridet Caiet. 1. part. quæst. 48. art. 2. & illa doctrina non soluitur argumentum, quia si cut infiniti homines easdem habentes animas possunt gigni, poterunt singuli Angeli, cum quolibet homine simul, & cum qualibet hominis generatione procreari, daretur que infinitum Angelorum in actu.

9 *Carmel.* Collegium Carmelitarum disp. 29. quæst. 5. §. 2. ne admittant infinitū in actu, quod supra impossibile esse iudicauerunt, in præsentiarum affirmant generationes potuisse ab æterno esse, excipiunt propagationem humanam, quoniam si hanc posse ab æterno esse concedunt, animalium infinitum numerum dandum fore asseuerare, putant teneri. Re tamen vera (vt verius

vtar Francisci Suarez, tractatu de opere sex dierum, libro 1. capit. 2. numer. 10.) ij Patres non loquuntur consequenter, & nam etiam ex propagatione Leonum ab æterno, Leonum infertur infinitus numerus, nam si ex propagatione humana ab æterno infinitus sequitur animarum rationalium numerus, quæ haud quaquam ex materia educantur potentia, sic ex propagatione ab æterno Leonum, dari infinitas Leonum formas de potentiaeductas materiae, sequitur plane: valet namque Deus omnes Leonum formas per æternitatem educas à materia, se solo conseruare, vel tandem poterit sua omnipotentia, generationes Leonum esse ab æterno decreuisse, & nullam Leonis dari corruptionem, in quo casu infiniti Leones per æternitatem geniti, existerent incorrupti.

(?)

DV

## DVBIUM III.

*Vtrum mundus quo ad res successiuas potuerit esse ab æterno?*

1 **R**es permanentes etiam corruptibiles posse esse ab æterno docui dub. 2. & earum generationes, quæ successiuæ sunt quadam veluti successione discreta quomodo ab æterno esse possint prædèti dubio explicui, in prænti autem solum superestquirendum, an res successiuæ possint esse ex æternitate, vtrum scilicet motus, verigratia, possint esse ab æterno. Suarez tom. 2. meth. disput. 29. sect. 1. Conimbricenses, Rubius, Hurtado, & alij iuniores communiter motū successiuum ab æterno esse iudicant impossibile, & his probant argumentis.

2 Primum, quia de ratione entis successiuus est habere partes, & posteriores, ergo non possunt esse ab æterno. Probo consequentiam, quia illud, quod est post aliud, non potest esse ab æterno, sed nulla pars entis successiuus datur, quæ non sit post alias, ergo non potest esse ab æterno,

nec secundum se totum, nec secundum aliquas partes, quia omnes illius partes supponunt alias. Confirmatur, quia ideo mutatum esse motus, non potest esse ab æterno, quia supponit partes ante se, nulla enim datur prima ante omnes, ergo nec continuum successiuum secundum omnes partes potuit esse ab æterno.

3 Secundo, quia per motum mutatarum res à dispositione, quam habet ante motum, ergo motus debet succedere post talem dispositionem, ergo non potuit dari motus ab æterno, cum præsupponat ante se dispositionem subiectū à qua mutatur. Vtraque consequentia patet, & antecedens declaratur hoc exēplo, quia si cælum, verbi gratia, fuisset creatū ab æterno, necessum esset, quod sol crearetur in aliquo determinato loco, in oriente scilicet, vel occidente, aut meridie, tunc enim si sol creatus esset in oriente, non posset inde ex æternitate moueri, quia supponitur ibi fuisse, ante quam moueretur, vt inde per motum moueretur, sed nihil præsupponitur ante æternitatem, ergo non potuit moueri ab æterno. Probatur consequentia, quia quando creatus fuit in oriente accepit vbi, sed non

po-

potuit illud deperdere ex æternitate, ergo amitteret illud per motum, non ab æterno, sed in tempore.

4  
*Assertum*

Placet oppositus modus dicendi afferens motum successivum, non habere conditiones repugnantes æternitati, sed posse dari motus ab æterno; hanc sententiam fuerit maior scholasticorum pars, quos allegat Rub. tract. de origine durationis, quæst. 3. & eam defendunt Pereira lib. 15. c. 3. Vazquez 1. p. disp. 177. c. 4. & alij; & ratio huius opinionis est, quod non ostenditur manifesta implicatio contradictionis, propter quam neganda sit æternitas motui per Dei absolutam potentiam, & præterea, quia sicut res permanentes potest Deus producere ab æterno, potest & rem successivam, nam rem permanentem potest creare, quæ simul, ac producitur moueatur, vel motu alterationis, vel motu locali, simul enim ab æterno valet Deus producere ignem, & stupam sufficienter applicatam, & quod ignis simul, ac producitur coëburat stupam, vel saltem illam calefaciat, in quo casu motus alterationis erit æternus æternitate simpliciter dubio præcedenti explicata, si vero ignis aliqua duratione prior existeret esset motus æter-

*Rubio.  
Pereira.  
Vazquez*

nus æternitate secundum quid.

Ad primum argumentum aduersantium respondeo concedendo motum successivum habere partes priores, & posteriores, consequenterque nullam partem diuise sumptum motus potuisse esse ab æterno, potuit tamen motus secundum se totum esse ab æterno, nam, ut motus integer sit ab æterno, sat est, quod nulla possit assignari pars, vel annus, vel sæculum; ante quod non sit aliud, & aliud sine primo principio. Ad confirmationem respondeo nullum mutatum esse potuisse esse ab æterno æternitate simpliciter, quia nulla pars est, antequam non sit mutatum esse, & sicut nunquam verificatur, quod partes incipient, esse, ita, nec quod mutatum esse, esse incipiat.

Ad secundum argumentum respondeo, quod ita posset constitui sol. in loco, ut eius motus localis, non esset æternus simpliciter, sed secundum quid, ut si prius sol. constitueretur in loco, & illico moueretur posset etiam motu æterno simpliciter moueri, si absque aliqua reali præsentia crearetur, quam motu successiuo, successiue acquireret, tunc enim, sicut sol potest esse ab æterno, pos-

5

6

posset etiam ab æterno esse motus, si simul haberent esse, si vero præsupponatur sol durans, motus solis esset æternus æternitate secundum quid. Nota pro huius argumenti, & totius disputationis enodatione sæpe illud, quod dicitur prius, eo quod producitur ab æterno dici prius solum ratione, & imaginatione nostra, vel aliqua prioritate naturæ, re tamen vera simul est, sic dicitur prius nihilum, ex quo fieret Angelus ab æterno, & subiectum causæ, ut motus qui ab æterno fieret, in quo motu, nec primum sui esse, nec ultimum non esse, nec inceptionem disquiras, quod enim ab æterno est absq; principio durationis est.

7  
Tractant aliqui prolixè, an mundus, ut modo est reliquus suæ naturæ, possit æternus in posterum remanere, sed in promptu huius difficultatis decisionem, nam in primis mundus duraturus, est re ipsa in æternum, non tamen in eodem statu, quem modo habet; nam non solum Angelos, animas, & cælestes orbes, sed etiam elementa, quæ tanquam præcipuæ partes hanc mundi fabricam constituunt, per manura in æternum ægregie probat Pereira lib. 2. in Ge-

*Pereira.*

nesim, capit. 1. & 2. perseverat, igitur mundus, non in eodem statu, sed in nouitate, ut ex sacra pagina constat.

8  
De possibili autem assero mundum in hoc statu, quem modo habet, si relinqueretur à Deo, & conseruaretur communi solum, & ordinario concursu, posse iuxta suam naturam, in æternum permanere. Patet, quia corpora cælestia, ex quibus inferiorum guernatio, & conseruatio dependet, incorruptibilia sunt, & mouentur ab intelligentijs, quæ in illorum motu defatigari non possunt, ergo nunquam deficerent illorum influentiæ, & per consequens effectus ab his influentijs provenientes non cessarent, daretur, ergo mundus in æternum duraturus, si igne non esset consumendus incendium autem, quo omnia, corruenda sunt, non ex aliqua naturæ vi, sed ex diuina prouidentia provenit teste Diuo Thoma in 4. dist. 47. quæst. 2. art. 2.

9  
Postquam totius naturæ, & mundi arcana perscrutati sumus illius voces auscultemus mundus enim ipse sua concordia mirabilitate, & rerum omnium visibilium admiranda pulchritudine factum esse inef-

*S. T.*



INDEX

- sint principia entis naturalis, fol. 33.
- Disp. 2. De materia prima, fol. 37.*
- Dub. 1. An sit, & quid sit materia prima, fol. 38.
- Dub. 2. An ratio potentia sit essentialis materiae primae, fol. 40.
- Dub. 3. Qualis sit appetitus quo materia appetit formas, fol. 45.
- Dub. 4. An materia prima sit in generabilis, & incorruptibilis, fol. 48.
- Dub. 5. Vtrum materia omnium corporum sublunarium sit eiusdem speciei, fol. 50.
- Dub. 6. An materia caelestis, & sublunaris differant specie, fol. 53.
- Dub. 7. An materia habeat propriam existentiam distinctam ab existentia formae, fol. 60.
- Dub. 8. Vtrum materia prima possit esse sine omni forma, fol. 66.
- Disp. 3. De privatione, fol. 72.*
- Dub. 1. Quid sit privatio, quae est principium entis naturalis, fol. 73.
- Dub. 2. Quot privationes sint in materia, fol. 75.
- Disp. 4. De forma, fol. 78.*
- Dub. 1. Num sit, & quid sit forma substantialis, ibid.
- Dub. 2. Quae formae substantiales educantur de potentia materiae, 79.
- Dub. 3. An omnes formae accidentales educantur de potentia materiae, 89.
- Disp. 5. De unione, ibid.*
- Dub. 1. Vtrum inter materiam, & formam unio substantialis intercedat ab illis distincta, ibid.
- Dub. 2. An unio solum unio reperiat in quolibet composito substantiali, 92.
- Dub. 3. Quodnam extremum sit unionis subiectum, 95.
- Disp. 6. De toto composito, 100.*
- Dub. 1. An ex materia, & forma substantiali constituitur unum compositum perfectum, ibid.
- Dub. 2. Num compositum substantiale sit perfectius forma, 101.
- Dub. 3. An totum distinguatur realiter a suis partibus simul sumptis, & unitis, 103.
- Dub. 4. An possit a Deo substantia simplex completa, & corporea produci, 107.
- Tractatus secundus, de materia, & causis corporis naturalis circa 2. lib. Physicorum. 110.**

*Disp.*

INDEX

- Disp. 1. de natura in communi, 111.*
- Dub. 1. Quid sit natura, ibid.
- Dub. 2. An ratio naturae conueniat toti composito, 113.
- Dub. 3. An ratio naturae conueniat omni formae substantiali, 114.
- Dub. 4. An materia prima sit proprie natura, 118.
- Dub. 5. Quomodo ars imitetur naturam, 122.
- Disp. 2. De causa in communi, 124.*
- Dub. 1. Quid sit causa in communi, ibid.
- Dub. 2. Quid dicat causa proformali, 127.
- Dub. 3. Qualis sit diuisio causarum in quatuor genera causarum, 128.
- Disp. 3. De causis formali materiali & exemplari, 131.*
- Dub. 1. Qualiter causet materialis causa, ibid.
- Dub. 2. An unio sit formae causalitatis, 134.
- Dub. 3. An forma possit recipi, & non informare, 137.
- Dub. 4. An effectus causae materialis, & formalis possint provenire a solo Deo, 138.
- Dub. 5. Quid & quotuplex sit exemplar, 142.
- Dub. 6. An exemplar sit in intellectu subiective, an obiective, 143.
- Dub. 7. Ad quod genus causae exemplar sit reducendum, 147.
- Disp. 4. De causa efficienti, 151.*
- Dub. 1. Quid & cotuplex sit causa efficiens, ibid.
- Dub. 2. Quid sit causalitas causae efficientis, 154.
- Dub. 3. An causa prima immediate causet effectus causae secundae, 155.
- Dub. 4. In quo consistat concursus Dei cum causis secundis, 160.
- Dub. 5. An causa prima determinet secundam quoad indiuiduationem, & actiolum, 165.
- Disp. 5. De causa efficienti principali, & instrumentali, 168.*
- Dub. 1. In quo causa principalis ab instrumento differat, 169.
- Dub. 2. Quid sit causa principalem eleuare instrumentalem, 172.
- Dub. 3. An accidens attingat immediate substantiam, 176.
- Dub. 4. An substantia sit immediate operatiua, 182.
- Dub. 5. An detur potentia obiectualis actiua, 188.
- Disp. 6. De causa finali, 192.*
- Dub. 1. Quid, & quotuplex sit finis, ibid.

F 2      dub.

I N D E X.

- Dub. 2. Vtrum finis moueat voluntatem per bonitatem; aut per sui cognitionem, 195.
- Dub. 3. In quo ponenda sit finis causalitas, 199.
- Dub. 4. Quinam sint effectus causae finalis, 202.
- Disp. 7. De comparatione causarum inter se, & cum effectibus, 207.
- Dub. 1. Quomodo causae possint sibi inuicem esse causae, ibid.
- Dub. 2. Vtrum idem numero effectus possit a duabus causis totalibus coniunctim produci, 212.
- Dub. 3. Vtrum idem numero effectus possit aduersis numero causis diuisim provenire, 218.
- Dub. 4. Vtrum eadem causa possit producere effectus contrarios, 225.
- Tractatus tertius, de motu in communi circa tertium librum Physicorum, 227.
- Disp. 1. De motu actione, & passione, 228.
- Dub. 1. Quid sit motus in communi, ibid.
- Dub. 2. Quo pacto motus cum actione, & passione comparetur, 230.
- Dub. 3. Quanta sit inter actionem, & passionem distinctio, 232.
- Dub. 4. Vtrum actio sit in agente, ut in subiecto, 234.
- Disp. 2. De infinito, 237.
- Dub. 1. Quid, & quotuplex sit infinitum, ibid.
- Dub. 2. Vtrum de facto detur aliquod infinitum, vel sit naturaliter possibile, 241.
- Dub. 3. An per Dei absolutam potentiam dari possit infinitum extensionis, 241.
- Dub. 4. An lege absoluta multitudinosa infinita dabilis sit, 247.
- Dub. 5. An dari possit per Dei absolutam potentiam qualitas infinite intensa, 252.
- Tractatus quartus, de loco, vacuo, & tempore, circa quartum librum Physicorum, 258.
- Disp. 1. De loco extrinseco, 259.
- Dub. 1. Quid sit locus extrinsecus, 260.
- Dub. 2. An & quomodo res sit in loco, 264.
- Dub. 3. Vtrum duo corpora possint in eodem loco consistui, 264.
- Dub. 4. Vtrum diuina virtute possit idem corpus esse

I N D E X.

- se in duobus locis adaequatis circumscriptiue, 270.
- Dub. 6. Vtrum idem corpus in duobus locis constitutum debeat eadem accidentia, & proprietates subire, 275.
- Disp. 2. De loco intrinseco, quod est vbi, 283.
- Dub. 1. Quid sit vbi, ibid.
- Dub. 2. Quotuplex sit vbi, 285.
- Dub. 3. Vtrum tot sint vbi, quot sunt entia, 287.
- Dub. 4. An Angelus sit in loco, 290.
- Disp. 3. De vacuo, 292.
- Dub. 1. An detur vacuum in natura, ibid.
- Dub. 2. An virtute angelica possit dari vacuum in natura, 294.
- Dub. 3. Qua virtute moueantur corpora, ne detur vacuum in natura, 294.
- Dub. 4. Vtrum corpus in vacuo constitutum possit moueri, & si moueatur, vtrum in instanti, 298.
- Disp. 4. De duratione, & tempore, 299.
- Dub. 1. An duratio realiter ab essentia cuius est duratio distinguatur, 300.
- Dub. 2. Quid sint aeternitas, & aeternum, & modus sui, 302.
- Dub. 3. An tempus sit ens reale, & quatenam eius definitio, 304.
- Dub. 4. Vtrum tempus, & motus realiter distinguantur, 306.
- Tractatus quintus, de motu in particulari, 309.
- Disp. 1. De speciebus motuum, ibid.
- Dub. 1. Quid sit motus rigoro sumptus, 310.
- Dub. 2. An motus qui est mutatio instantanea, & qui est mutatio successiua differant essentialiter, 312.
- Dub. 3. An ad qualitatem, & vbi detur perse motus, 314.
- Dub. 4. An detur perse motus ad quantitatem, 316.
- Dub. 5. An ad substantiam, & reliquas categorias detur perse motus, 319.
- Disp. 2. De unitate distinctione, & contrarietate motuum, 321.
- Dub. 1. Vnde sumatur unitas specifica actionum, ibid.
- Dub. 2. Vnde colligatur unitas individualis actuum, 325.
- Dub. 3. Quomodo motus sursum, & deorsum differant, 327.
- Dub. 4. Vnde motuum contrarietas summatur, 329.
- Tractus sextus, de continuo in sextum librum

I N D E X.

brum Physicorum,  
332.  
*Disp. 1. De continuo, 333.*  
Dub. 1. Vtrū continuum con-  
stet ex indiuisibilibus tan-  
tum, ibid.  
Dub. 2. Vtrū continuū con-  
stet ex infinitis partibus  
actu distinctis, an potētia  
337.  
Dub. 3. Vtrū continuū pos-  
sit diuidi in omnes partes  
quas continet, vel saltem  
in infinitas, 340.  
Dub. 4. Quotuplex sit indiui-  
sibile, 345.  
Dub. 5. Quodnam sit subie-  
ctum indiuisibile, 347.  
Dub. 6. Vtrū in continuo  
successiuo dentur indiuisi-  
bilia, 349.  
Dub. 7. An detur primum, &  
ultimum mutaturū esse mo-  
tus, 351.  
*Disp. 2. De inceptioe, & de-  
finitione rerum, 354.*  
Dub. 1. Quot sint modi inci-  
piendi, & desinendi rerū,  
ibid.  
Dub. 2. Qua ratione inci-  
pianr, & desinant res suc-  
cessiuę, 356.  
Dub. 3. Quomodo incipiant,  
& desinant res permanen-  
tes permanentes, acquisi-  
ta, 357.  
Dub. 4. Quomodo incipiant,  
& desinant indiuisibilia

entis successiuo, 359.  
*Disp. 3. De terminis magni-  
tudinis, & paruitatis, 361.*  
Dub. 1. Vtrū corpora viuē-  
tia habeant terminū mag-  
nitudinis, & paruitatis,  
ibid.  
Dub. 2. An corpora viuētia  
habeant terminum versus  
maximum, & versus mini-  
mum, 366.  
Tractatus septimus, in  
septimum librum  
Physicorum de mo-  
uente, & mouili,  
372.  
*Disp. unica, De comparatio-  
ne agentis, & passi, 373.*  
Dub. 1. An ad agēdum requi-  
ratur similtas agentis, &  
passi, ibid.  
Dub. 2. An agens, & passum  
realiter debeāt distingui,  
388.  
Dub. 3. A quo principio mo-  
ueantur grauiā, & leuiā,  
390.  
Tractatus vltimus, de  
primo motore cir-  
ca octauum librum  
Physicorum, 394.  
*Disp. 1. De motu projectorū,  
395.*  
Dub. 1. An detur impulsus, &  
quid sit, ibid.

Dub.

I N D E X.

Dub. 2. Quo modo intereat  
impulsus, 398.  
Dub. 3. A quo moueatur re-  
filiens, 402.  
Dub. 4. Quando sit velocior  
motus, in principio, in me-  
dio, an in fine, 404.  
*Disp. vlt. De primo motore,  
& mundi conditione, 406.*  
Dub. 1. An fuit mundus crea-  
tus in tempore, ibid.  
Dub. 2. An potuerit creatura  
aliqua esse ab æterno,  
408.  
Dub. 3. An generationes re-  
rum permanentium potue-  
rint esse ab æterno, 411.  
Dub. 4. Vtrū mundus quo  
ad res successiuas potue-  
rit esse ab æterno, 415.

Finis Indicis.

